πῦρ ἱερὸν ἔνδον] Diodorus 20, 14. de Carthaginiensibus: Ἦν δὲ παρ' αὐτοῖς ἀνδριὰς Κρόνου χαλκοῦς, ἐκτετακὼς τὰς χεῖρας ὑπτίας ἐγκεκλιμένας ἐπὶ τὴν γῆν, ὥστε τὸν ἐπιτεθέντα τῶν παίδων ἀποκυλίεσθαι καὶ πίπτειν εἴς τι χάσμα πλῆρες πυρός. εἰκὸς δὲ καὶ τὸν Εὐριπίδην ἐντεῦθεν εἰληφέναι τὰ μυθολογούμενα παρ' αὐτῷ περὶ τὴν ἐν Ταύροις θυσίαν, ἐν οἷς εἰσάγει τὴν Ἰφιγένειαν ὑπὸ Ὀρέστου διερωτωμένην. Tum hi versus sequuntur, in quorum

ultimo χθονὸς legitur, non πέτρας, ut nunc. Hæc observavit nobis Joh. Brodæus. De voce autem εὐρωπὸς nonnihil notandum, quia raro occurrit, Hesychius tamen agnoscit et explicat, puto ex hoc ipso loco sumtam: Εὐρωπὸν, σκοτεινὸν, πλατύ. BARN. De illis Carthaginiensium Phœnicumque sacris v. scriptores ad Hoeckio in Cretæ vol. 2. p. 74. citatos. HERM.

631. ἐγὼ λείψω] Scribendum ἐγὼ 'λλείψω cum Marklando.

633. Hunc versum habent codices, omittit Ald.

ἐλαίῳ (ἐλέῳ Par. A.B.)—καταρβέσω] Euripides non ita ineptus fuit ut oleo ignem exstingui diceret, quod in Patrocli rogo vino factum narrat Homerus Iliad. 23, 237. sed minus proprie loquentem Iphigeniam hoc dicere voluit, oleo se honorandi mortui caussa affuso effecturam ut citius consumpto corpore exstinguatur ignis, φαρμασσόμενος, ut Æschyli verbis utar, χρίματος ἐγνοῦ μαλακαῖς ἀδόλοισι παρηγορίαις. Imponebantur enim rogo vasa oleo repleta. Homerus Iliad. 23, 170. ἐν δ' ἐτίθει μέλιτος καὶ ἀλείφατος ἀμφιφορῆας πρὸς λέχεα κλίνων. et Odyss. 24, 67. HERM.

635. πυρὰν βαλῶ Canterus. πῦρ ἐμβαλῶ Par. A.B. Ald. πῦρ ἐμβαλὼν Par. C. Flor. 1. 2.

640. Deleantur commata ante et post verba οὓς δοκεῖ θανεῖν posita.

642. κατολ— | τὸν— | μελόμενον αἷμ. Ald.

644. ῥανίσι] Lacunam explet Elmsleius addito βαρβάρων. Versus vel ex dochmio compositus et ⏑ ⏑́ ⏑ – ⏑́ –; vel, quod probabilius videtur, ex versu ithyphallico et dochmio. Idem metrum v. 649.

646. σὲ] σὺ Flor. 1.

ἰὼ Seidlerus. Libri ὦ.

650. τοῖς] Recte Hermannus τοι.

651. ὦ σχέτλιοι πομπαί. | φεῦ φεῦ, διόλλυσαι. | αἰαῖ αἰαῖ] σχετλίους πομπάς Pyladis dicit chorus Argos remittendi. διόλλυσαι vero non ad eundem spectat Pyladem, sed ad Orestem Dianæ sacrificandum. Quod ex verbis ut nunc scripta leguntur divinamus magis quam intelligimus. Inepte enim verba φεῦ φεῦ διόλλυσαι ita adjiciuntur ut omnis absit diversæ personæ significatio. Scribendum videtur ὦ σχέτλιοι πομπαί. σὺ δὲ διόλλυσαι. | αἰαῖ, αἰαῖ. Interjectiones φεῦ φεῦ nihil aliud esse videntur quam usitatum librariis glossema vocularum αἰαῖ αἰαῖ, ut apud Soph. Œd. C. 1670. 1748. et alibi non raro.

654. πότερος ὁ μέλλων] μᾶλλον corrigendum videbatur Musgravio, διολλύμενος ex præcedente διόλλυσαι intelligenti. Mihi verba πότερος ὁ μέλλων, quæ ipsa metri forma huic loco non satis apta suspecta reddit, longioris versus reliquiæ esse videntur: qui si dochmiacus fuit, fortasse ἄρ' post πότερος lectum fuit. Sed hoc valde incertum, quum non solum post μέλλων, sed etiam ante hoc verbum aliquid excidisse possit.

655. Duo versus in Ald. quorum alter a δίδυμα incipit.

ἀμφίλογα] ἀμφίφλογα codd. et Ald. Correctum in ed. Brubachii.

μέμονε] μεμήνε Par. B.C. Flor. 1. μέμηνε Flor. 1.

658. Πυλάδη, πέπονθας ταυτὸ, πρὸς θεῶν, ἐμοί;] Veteres Attici, ut alibi monui, libentius ταυτὸν dicebant quam ταυτό. Malim igitur πέπονθας ταυτὰ, ut in Bacch. 189. Ταυτά μοι πάσχεις ἄρα. Sic etiam Aristophanes Eccl. 339. Νὴ τὸν Ποσειδῶ, ταυτὰ τοίνυν ἀντίκρυς | ἐμοὶ πέπονθας. Epicrates apud Athenæum p. 570. B. πεπονθέναι δὲ ταυτά μοι δοκεῖ | τοῖς ἀετοῖς. Plato Euthyphrone p. 8. D. Οὐκ οὖν ταυτά γε ταῦτα καὶ οἱ θεοὶ πεπόνθασιν, etc. Polit. 5. p. 468 D. Πεισόμεθα ἄρα (ἦν δ' ἐγὼ) ταυτά γε Ὁμήρῳ. Pro plurali accipiendum est ταύτ' apud nostrum Ion. 330. πέπονθέ τις σῇ μητρὶ ταύτ' ἄλλη γυνή. ELM. Recte Elmsleius ταὐτά corrigit.

663. Ἀχιλλέως codices. Ἀχιλέως Ald.

664. ᾤκτειρ' Heathius. ᾤκτειρεν libri.

τέ με Schæferus. τ' ἐμέ libri.

669. φθάσας codices. φράσας Ald.

670. τῶν] τοι Hermannus.

671. ἐπιστροφὴ, de quo vocabulo Blomfieldius in glossario Æschyli Sept. ad Theb. 645. hic passive dictum de iis quos alii accedunt. HERM.

674. σοῦ Porsonus. Vulgo σου.

675. κοινῇ δὲ πλεύσας] Legebatur κοινῇ τ' ἔπλευσα. Emendavit Elmsleius, allato exemplo simillimo Hippol. 22. τὰ πολλὰ δὲ | πάλαι προκόψασ', οὐ πόνου πολλοῦ με δεῖ.

676. Soph. Antig. 924. τὴν δυσσέβειαν εὐσεβοῦσ' ἐκτησάμην. ubi hunc locum attulit Musgrav. De idiomate Græcæ linguæ, quo *virtus*, *vitium* pro laude virtutis, crimine vitii ponitur, vid. Schæferi annotationem in Jacobsii notis ad Anthol. Palat. vol. 3. p. 973. MATTH.

679. προδοὺς σὲ L. Dindorfius. Vulgo προδούς σε.

σώζεσθ'] Notanda elisio diphthongi, cujus tam rara apud tragicos exempla sunt ut valde probabilis Elmsleii conjectura videtur προδοὺς σεσῶσθαί σ' αὐτὸς εἰς οἴκους μόνος. qui de collocatione pronominis σε locum comparat aliqua ex parte similem Ion. 293. καὶ πῶς ξένος σ' ὢν ἔσχεν οὖσαν ἐγγενῆ;

682. ἔγκληρον ὡς δὴ σὴν κασιγνήτην γαμῶν] Versus non ab Euripide scriptus. Quem qui addidit, declarare voluit qua via Orestis necati bona ad Pyladem sint perventura, sed verbis usus est tam ineptis ut Pylades Electram, quam in matrimonium pridem duxerat, nondum videatur duxisse. Quæ sententiæ absurditas nascitur ex præsenti γαμῶν propter metri necessitatem pro γεγαμηκώς posito. Ceterum in Flor. 1. ἄκληρον scriptum.

687. κακά] ἐμέ Porsonus recte.

690. ὃ γὰρ σὺ λυπρὸν κἀπονείδιστον λέγεις, ταῦτ' ἐστὶν ἡμῖν, εἰ σὲ συμμοχθοῦντ' ἐμοὶ κτενῶ.] Hic quidem ταῦτα solœcum est, rectiusque Marklandus τοῦτο legebat. Modo ne hic utrovis numero pronomen hoc alienum esset. Quippe οὗτος, ubi sic post relativum infertur, rei accuratius designandæ et ab aliis distinguendæ inservit. Atqui minime hic quæritur quid tandem sit illud quod turpe Oresti sit, sed num illud quod Pylades sibi dedecori fore dixerat, Oresti non perinde sit ignominiosum futurum. Itaque accentum tantum emenda: ὃ γὰρ σὺ λυπρὸν κἀπονείδιστον λέγεις, ταῦτ' ἐστὶν ἡμῖν. L. DINDORF.

692. λύειν Is. Vossius. λύσειν Ald. λήγειν Par. A. λήσειν Par. B.C. Flor. 2. λήσειν Flor. 1.

699. Citant hunc locum Etym. M. p. 410, 42. Photius p. 53. et grammaticus in Bekkeri Anecd. p. 97, 29. SEIDL. Versum proximum scholiasta Pind. Ol. 13, 27. POR.

705. ἁγνισθεὶς] *Immolatus*. Hesych. ἁγνίσαι: ἀποθῦσαι, διαφθεῖραι. REISK.

707. ὁρῶν codices. προδοὺς Ald.

708. εὗρον] Scribendum ηὗρον.

709. ὦ συγκυναγὲ καὶ συνεκτραφεὶς ἐμοὶ] Cum Agamemnon ab Ægistho cæderetur, Electra soror fratrem Orestem, tum ferme undecennem, furtim subduxit et in Phocidem misit ad avunculum Strophium; qui educabat eum in virum una cum filio suo, Pylada. Vid. Æschyli et Sophoclis Electram et Choëphoras. Pindari Schol.—Ὁ δὲ Ὀρέστης, ἔτι νεώτερος ὢν, τῆς μητρὸς ἀποφυγὼν χεῖρας, πρὸς Στρόφιον, τὸν Πυλάδου πατέρα,

παρεγένετο, οἰκοῦντα πρὸς τοῦσχατον τοῦ Παρνασσοῦ. ad Pyth. Od. 11. BARN.

710. ὦ codices. ὡς Ald.

713. ἀπήλασ' Heathius. ἀπήλασεν libri.

719. διέφθορεν codices. διέφθειρεν Ald.

σε] με Par. A. Flor. 1. 2. Ald.

720. ἔστηκας codices. ἔστηκα Ald.

725. ἀπέλθεθ' ὑμεῖς] Chori partem compellari putat Marklandus, satellites quosdam Scythas Musgravius. Sed vere Heathius ministros illos intelligit, quos e scena egrediens Iphigenia ad captivorum custodiam in scena reliquerat. Conf. supra v. 638.

φυλάσσετ' αὐτοὺς, πρόσπολοι, δεσμῶν ἄτερ.

et v. 469. seqq. SEIDL.

727. πολύθυροι] Libri πολύθρηνοι, ex quo Scaliger et alii fecerant πολύθροοι. Ex Msti Oxoniensis lectione πολύθηροι jam Marklandus inciderat in πολύθυροι, (quod apud Aristotelem legitur Rhetor. 3, 6.) sed respuebat illud Pollucis auctoritate deterritus 4, 18. οἱ δὲ Ἀττικοὶ, γραμματεῖον δίθυρον· καὶ θύρας τὰς πτύχας, ἄχρι δύο· εἶτα πτύχας, καὶ τρίπτυχον καὶ πολύπτυχον. Ac profecto idem perhibet Hesychius v. θυρὶς, ubi Albertius confert Polluc. 10, 57. Recte tamen Musgravius πολύθυροι recepit, his legibus poetam teneri dubitans. Adde aliud, quod non dicit δέλτον πολύθυρον, pro quo fortasse dicendum erat δέλτον πολύπτυχον, sed ipsas διαπτυχὰς δέλτου vocat πολυθύρους, quas ne poterat quidem apte vocare πολυπτύχους. SEIDL.

728. ξένοι liber Oxoniensis Marklandi ex conjectura, ut videtur viri docti. Vulgo ξένοις, quod revocandum.

729. αὐτὸς] αὐτὸς libri.

730. τε codices (nisi quod δὲ Flor. 1.). γε Ald.

731. μὴ 'πονοστήσας] Scribendum μἀπονοστήσας.

733. τήνδε codices. τάνδε Ald.

738. Idem versus Med. 748.

742. ναὶ, ab librariis etiam alibi interdum additum, recte omittere videntur Par. A.C.

εἰσβήσω] Scribendum ἐσβήσω.

744. δώσω Pyladi, reliqua verba Iphigeniae tribuit Ald. Correctum ex codicibus.

τοῖς ἐμοῖς] Ineptum est δώσω ab Iphigenia ex persona Pyladis, τοῖς ἐμοῖς autem ex sua ipsius persona dici. Sensit per-

versitatem Reiskius, cui τοῖς ἐκεῖ φίλοις corrigendum videbatur. Sed probabilior Bothii conjectura est τοῖσι σοῖς, quod ab oscitante librario facile in τοῖς ἐμοῖς mutari potuit. Minus probabiliter δώσω in δώσειν mutes.

747. Oresti tribuunt Par. C. et Ald.: Pyladi libri reliqui. τοισίδ' Marklandus. τοῖσιν libri, nisi quod τοῖς Par. A.

752. ποδός] χθονός Par. A.

754. αὖθις ἔσται καιρὸς Piersonus. Legebatur αὖτις ἔσται καινός. Bothio scribendum videbatur ἀλλ' οὔτις (λόγος) ἔστ' ἄκαιρος, *enimvero nullus* (sermo) *intempestivus est, si bene habet.* Sed hoc per γὰρ particulam potius dicendum fuisset quam per ἀλλά. Recte Piersonus. Nam Iphigenia quum a Pylade tantum impetraverit quantum impetrasse ipsius intererat, auditis Pyladis verbis ἄκουε δή νυν ὃν παρήλθομεν λόγον metuit ne quam ille moveat vel difficultatem vel dubitationem Iphigeniæ incommodam.

756. χρημάτων μέτα] Marklandus conjicit γραμμάτων μέτα, *cum scriptura,* coll. Iph. Aul. 37. et 322. et nostræ fabulæ paulo post v. 764. Nulla enim tunc Pyladi χρήματα fuisse, de quibus sollicitus esset. Verum illud γραμμάτων mirifice languet. Per se enim intelligitur, δέλτῳ pereunte etiam γράμματα peritura. Μετὰ χρημάτων intellige, *cum rebus meis,* non, *cum divitiis.* Atqui habere semper aliquid oportet eum, qui navi longum iter facturus est. Innuit simul Pylades, magis etiam curæ sibi fore, epistolam ut servet, quam ut res suas. Verum esse χρημάτων, certissimo indicio sunt verba proximi versus, σῶμα δ' ἐκσώσω μόνον. SEIDL.

757. ἐκσώσω codices. ἐκδώσω Ald.

759. πολλὰ γὰρ πολλῶν κυρεῖ] *Multa enim multa obtinent,* aut *per plurima plurimis prospicitur.* HEATH. Colon post κυρεῖ ponendum typotheta in finem versus proximi transtulit: qui error ex L. Dindorfii editione in meam transiit.

760. 761. Ex hoc loco scriptor prologi Iphigeniæ Aulidensis adumbravit, ut videtur, v. 112. ἃ δὲ κέκευθε δέλτος ἐν πτυχαῖς | λόγῳ φράσω σοι πάντα τἀγγεγραμμένα.

761. ἀναγγεῖλαι] ἀναγγεῖλαν Flor. 1. 2. Non sine veri specie Elmsleius conjecit ἀπαγγεῖλαι. Potest tamen ἀναγγεῖλαι eo defendi, quod etsi hospites non missi a cognatis Iphigeniæ erant nuncii, tamen de iis rettulerant. HERM.

765. ἐμοί] ἐμούς Flor. 1.

769. τἀγαμέμνονος] τὠγαμέμνονος Par. C. Flor. 1. 2.

773. μὴ λόγοις ἔκπλησσέ με] Scribo, μὴ λόγου δ' ἔκπλησσέ με, *ne vero me excute ex sermone*, i. e. ne me loquentem interpella, ne interrumpe sermonem meum. vide supra, v. 240. Orest. 548. Τὸ γῆρας—τὸ σὸν, ὅ μ' ἐκπλήσσει λόγου. sic ἐκπλήττειν κομπασμάτων, Æschyl. Prometh. 360. ἀποσχίζειν τοῦ λόγου, Aristoph. Nub. 1410. Vide omnino Hemsterhuis. ad Tho. Magistrum v. Ἐκπλήττειν. Vulgata falsum dicit. nullis enim λόγοις Iphigeniam ἐξέπληξεν Orestes: sed eam λόγου ἐξέπληξεν, *interrupit sermonem* ejus. MARKL. Scribendum λόγων cum Seidlero.

776. ξενοφόνους codices. ξενοκτόνους Ald. Sic ξενοφονία pro ξενοκτονία Isocrati p. 228 D. restitutum ex codice Urbinate.

777. εὑρήμεθα] Scribendum ηὑρήμεθα.

779. αὖθις] αὖτις Ald. et, ut opinor, codices.

780. 781. Quæ Pyladi in libris tribuuntur verba, Orestis esse recte monet Hermannus.

782. τάχ' οὖν ἐρωτῶν σ' εἰς ἄπιστ' ἀφίξομαι] Frustra in hoc versu corrigendo laborant critici, qui ab interpolatore additus est, lectoris animum ad miraculum illud præparaturus, quod proximis versibus narrat Iphigenia.

786. ᾤκισ' Ald. ᾤκησ' codices.

787. τάδ'] ταῦτ' Plutarchus Mor. p. 182 E.

ἐστὶ τἀν Plutarchus. Legebatur ἐστὶν ἐν.

789. ὀμόσασ'] ὀμόσας Par. A. et as superscriptum in Par. B. Flor. 2.

795. ἐκπεπληγμένος codices. ἐκπεπληγμένη Ald. ad σύγγονος relatum, quod corrector posuit vitiosa deceptus scriptura ἀπιστῶ.

796. σ' ἀπίστῳ Marklandus. ἀπιστῶ libri.

799. χραίνεις] χραίνοις Flor. 1. 2.

802. δοκοῦσ' Flor. 1. 2. δοκῶν Ald.

804. Ἄργος μεστὸν αὐτοῦ ἐστι, *Argos plenum est illo*, non significat *Argos eum habet*, sed *Argos ab illo frequentatur*. Apte Erfurdtius confert Porsoni notam ad Orest. 54. SEIDL.

807. γε Seidlerus. τε libri.

οὐ 'κπέφυκ' Elmsleius. Legebatur ἐκπέφυκ'.

808. ἔχεις] ἔχοις Flor. 1. 2.

811. ἀκοῇ Marklandus. ἄκουε libri.

812. *οἶσθα*] *οἶδα* Ald. Correctum in ed. Brubachii.

815. *κάμπτει*] *κάμπτῃ* libri. Scribendum *κάμπτεις* cum Blomfieldo in glossario Æschyli Agam. 335.

818. Moris erat, ut iis, qui nuptias facerent, *λουτρὰ* mitterentur, aut ipsi illi ferenda sibi curarent. Vid. Hesych. v. *λουτροφόρα ἄγγη* et *λουτροφόρος*, coll. Suida, v. *λουτροφόρος* atque ad eum Kustero, Polluce 3, 43. Etym. M. p. 568. 57. sqq. SEIDL.

819. *Nuptiæ enim bonæ*, cum nobili viro ineundæ, *non effecerunt ut lavacris a matre ministrandis carerem.* MATTH.

820. *δοῦσα*] Intelligendum *οἶσθα* ex prægresso *οἶδα*. SEIDL.

828. In Ald. duo versus, quorum alter ab *χθονὸς* incipit. Conjungenda verba *ἔχω—φίλος* in unum versum, qui ex penthemimere iambico, dactylo et duobus dochmiis constat.

832. *δάκρυ' ἀδάκρυα* Musgravius. *δάκρυα δάκρυα* Ald. Sed alterum *δάκρυα* om. codices, prius autem *δάκρυα* in Par. A.B. cum apostropho scriptum *δάκρυ'*, licet consonans sequatur litera. Totus versus sic restituendus videtur *κατὰ δὲ δάκρυα, κατὰ δὲ γόος χαρά θ' ἅμα.*

834. *τόδ' ἔτι τόδ' ἔτι βρέφος* Hermannus. *τὸ δέ τι βρέφος* libri. Præstat quod in novissima editione posuit Hermannus *τότε σε τότ' ἔτι βρέφος.* Conjungenda autem in unum versum verba *τότε σε—δόμοις.*

835. *ἀγκάλαισι* codices. *ἀγκάλαις* Ald.

837. *κρεῖσσον ἢ λόγοισιν*] Videtur ellipsis esse pro *κρεῖσσον ἢ λόγοισιν εἰπεῖν.* Sic Suppl. 846. *κρεῖσσον ἢ λέξαι λόγῳ.* MUSG.

εὐτυχῶν [*ἐμοῦ*] *τύχαι*] *εὐτυχῶν ἐμοῦ ψυχά* Ald. Recte Elmsleius *εὐτυχῶν τύχαι*, deleto *ἐμοῦ*, quod ad *ψυχά* adscriptum fuit. *εὐτυχῶν* genitivus est.

838. Scribendum uno versu *τί φῶ—ἀπέβα.*

840. *ἀπέβα* Matthiæ editio ex conjectura Reiskii. Recte libri *ἐπέβα, accidit.*

842. *ἡδονὰν*] Scribendum *ἀδονάν.*

845. *ὦ—ὦ*] Scribendum *ἰὼ—ἰὼ* cum Seidlero.

Κυκλωπίδες ἑστίαι] Scribendum *Κυκλωπὶς ἑστία* cum Hermanno.

847. *ζόας*] *ζοᾶς* Blomfieldus. *ζῶας* libri.

848. Scribendum cum Seidlero, verbis unum in versum

conjunctis, ὅτι μοι συνομαίμονα τόνδε δόμοισιν ἐξεθρέψω φάος. Versus a dactylis ὅτι μοι συνομαίμονα in dochmios transit. Idem metrum v. 875.

853. ἐγὼ δ' ἁ μέλεος Seidlerus. ἐγὼ (δὲ addit Par. A.) μέλεος Ald. Recte Hermannus ἐγὼ δὴ μέλεος.

856. ὦ addidit Seidlerus.

857. εἰς] Scribendum ἐς, et uno quidem versu ἐς—ἀγόμαν. λέκτρων codices. λύκων Ald.

858. δολίαν] Scribendum δόλιον.

861. Personæ in Ald. sic descriptæ Ὀρ. φεῦ—. Ἰφ. ᾤμωξα—. Ὀρ. ἄλλα—. Ἰφ. δεῖν' ἔτλαν etc. Correxit Tyrwhittus.

τῶν ἐκεῖ Seidlerus. Aberat τῶν.

864. Hunc versum trimetrum fuisse probabilis est conjectura Hermanni, cui ὦ φίλος vel simile quid post ἔλαχον excidisse videtur.

869. ὦ —τόλμας | δεῖν'— | ὤμοι — | παρὰ — | ὄλεθρον — | δαϊχθεὶς— | δ' ἐπ'— Ald.

870. Alterum δεῖν' ἔτλαν recte delere videtur Bothius. Quo facto unus erit versus ὦ μελέα—σύγγονε.

871. ἀπέφυγες Musgravius. ἀμπέφυγες Par. A. ἀμφέφυγες Flor. 1. 2. Ald.

872. χερῶν Flor. 1. 2. χειρῶν Ald.

873. αὐτοῖς—συγκυρήσει Hermannus. Legebatur αὐτοῖσι—συγχωρήσει.

875—883. Duo versus, τίνα σοι—Ἀργείαν, et πρὶν—ἀνευρίσκειν. De metro conf. ad v. 848.

876. πάλιν— | ἀπὸ φόνου— | πατρίδ'— | πρὶν— | αἵματι— | τόδε τόδε— | χρέος— | πότερον— | ἀλλὰ— | θανάτῳ— | βάρβαρα— | καὶ διόδους— | διὰ— | μὴν— | πέτρας— | ναΐοισι— | τάλαινα τάλαινα | τίς— | ἢ θεὸς— | τι τῶν— | πόρον— | δυοῖν — | φανεῖ—ἔκλυσιν Ald.

πόλεως] Disyllabum.

880. ξίφος] ξίφους Flor. 1. 2.

881. παλαῖσαι] Scribendum πελάσαι ex codicibus. "Verbi πελάζειν insolentior etiam usus est in Hel. 361. αὐτοσίδαρον ἔσω πελάσω διὰ σαρκὸς ἁμιλλαν." SEIDL.

τόδε Seidlerus. τόδε τόδε libri.

886. ἄρα] ἀνὰ Marklandus. recte fortasse.

888. δι' ὁδοὺς Barnesius. Libri διόδους.

890. Scribendum uno versu στενοπόρου—δρασμοῖς.

στενοπόρου] στεινοπόρου Par. A.

891. ναΐοισιν Seidlerus. ναΐοισι libri.

895. τίς ἂν οὖν τάδ' ἂν ἢ θεὸς ἢ βροτὸς ἤ] Interpolata hujus versus lectio est a grammatico anapæstos restituente, non cogitante autem solœcum esse ἂν, idque duplicatum adeo, cum indicativo futuri conjunctum φανεῖ. Neque apparet unde pendeat accusativus τάδε. Mihi hæc sic fere videntur esse redintegranda,

τάλαινα τάλαινα, τίς οὖν τάδ' ἰδὼν
ἢ θεὸς ἢ βροτὸς
τῶν ἀδοκήτων πόρον εὔπορον ἐξανύσας—.

Dochmius est ἢ θεὸς ἢ βροτός. In verbis proximis scripturam vulgatam ἢ τί τῶν ἀδοκήτων ineptam esse bene intellexit Matthiæ. "Recte Seidler.: τί quid sibi velit, nemo dixerit. Ipse conj. τύχα et hinc ἐξανύσασα. Sed post ἢ θεὸς ἢ βροτός non poterat commemorari tertium, quod præter hominem vel deum opem ferre posset, ut *casus aliquis inopinatus;* nam hunc ipsi dii moderantur." Cum verbis τῶν ἀδοκήτων πόρον comparandum quod in fine aliquot fabularum Euripidis legitur τῶν δ' ἀδοκήτων πόρον ηὗρε θεός.

897. ἄπορον] Quod supra adscivi εὔπορον, Hermanni emendationi debetur.

898. Unus versus δυοῖν— ἔκλυσιν.

δυοῖν τοῖν μόνοιν] Nullam rationem habet Electræ, quam absentem quidem, sed superstitem esse dixerat Orestes v. 562. "Sed in tanta familiæ suæ clade jam sola sibi Iphigenia cum fratre videtur esse superstes. Eandem video esse Brunckii sententiam ad Soph. Ant. 941." SEIDL.

901. Legebatur ἐν τοῖσι θαυμαστοῖσι καὶ μύθων πέρα τάδ' εἶδον αὐτὴ, καὶ κλύουσ' ἀπαγγελῶ. Hæc sic accepta ab interpretibus videntur: Miracula hæc narrabo ut quæ ipsa viderim et audiverim. Ubi ne illud dicam, Orestis et Iphigeniæ agnitionem rem esse visu magis quam auditu percipiendam, ab initio fieri nequit ut hæc sit illorum verborum sententia. Duæ enim sunt diversæ enunciationes τάδ' εἶδον αὐτή et κλύουσα ἀπαγγελῶ, quas non temere licet inter se commiscere et alteram ad alteram transferre. Id quod certissimum est. Ita vero alia illico sententia enascitur, et vah quam absurda: Miracula hæc fide

majora ipsa vidi, et tanquam quæ audiverim narrabo. *Audiverim* vero, si vidit ipsa? Sane auribus ea viderit necesse est, ac non post demum narrabit, sed jam nunc incipit narrare miracula. Ego vero has nugas sic ad sanam rationem revocandas censeo: *ἐν τοῖσι θαυμαστοῖσι καὶ μύθων πέρα τάδ' εἶδον αὐτὴ κοὐ κλύουσ' ἀπαγγελῶ.* Non accepta, inquit, ab aliis hæc miracula narrabo, sed quorum ipsa testis oculata fuerim. Hac sententia nihil apud tragicos frequentius est. Supplicibus v. 684. *λεύσσων δὲ ταῦτα κοὐ κλύων οὐκ ἔχω τί πρῶτον εἴπω.* Medea v. 652. *εἴδομεν οὐκ ἐξ ἑτέρων μύθων ἔχομεν φράσασθαι.* Troadibus v. 481. *καὶ τὸν φυτουργὸν Πρίαμον οὐκ ἄλλων πάρα κλύουσ' ἔκλαυσα τοῖσδε δ' εἶδον ὄμμασιν αὐτὴ κατασφαγέντα.* Æschylus Persis v. 266. *καὶ μὴν παρὼν γε κοὐ λόγους ἄλλων κλύων Πέρσαις φράσαιμ' ἂν οἷ' ἐπορσύνθη κακά.* Et quæ alia alibi innumera exstant similia exempla. L. DINDORF.

902—908. Pyladi tribuit Heathius: choro continuant libri.

905. *ὄνομα* (*ὄμμα* Par. A.) *τῆς σωτηρίας*] Sic noster Medea 125. *τῶν μετρίων—τοὔνομα* pro *τὰ μέτρια.* Hec. 381. *τῆς εὐγενείας ὄνομα.* Orest. 1082. *ὦ ποθεινὸν ὄνομ' ὁμιλίας ἐμῆς,* ubi bene schol. *ὦ ποθεινὴ ὁμιλία ἐμοί, τουτέστι σύ, ᾧ ποθεινῶς ὡμίλουν ἐγώ.* Ad eundem modum explicandum *σὸν ὄνομα,* Hec. 435. et alibi, ut nihil amplius significet quam *σέ.* Nam ita etiam in nostri Fragm. Aug. 7, 3. *τοὐλεύθερον ὄνομα* positum est pro simplici *ἐλευθερία.* SEIDL.

907. *μὴ 'κβάντας*] *μὴ 'μβάντας* Flor. 1. Sensum hujus et sq. versus sic explico: *Prudentes homines convenit, non, fortunam, in qua constituti sunt, non respicientes* (*ἐκβάντας τύχης*), *aliis rebus a fortuna sua alienis, quum opportunitate oblatæ sint, sese oblectare in iisque fruendis tempus terere;* nunc enim Orestes et Iphigenia, de fortuna sua et discrimine non cogitantes, mutuis amplexibus se oblectaverant. MATTH.

910. *τις* Flor. 1. 2. *τι* Ald. Similis sententia est versus Æschylei Pers. 742. *ἀλλ' ὅταν σπεύδῃ τις αὐτὸς, χὠ θεὸς ξυνάπτεται.*

912. *οὐδέν μ' ἐπίσχει γ'* Ald. *οὐδέν μ' ἐπίσχῃ γ'* codices. Recte Elmsleius de scripturæ veritate dubitavit. Ineptum est enim præsens pro futuro positum. Corrigendum videtur *οὐδέν μ' ἐπισχήσει οὐδ' ἀποστήσει λόγου.* Librorum scriptura *ἐπίσχῃ γ'* ex *ἐπισχήσ'* orta est, quod librarii crasin ignorantes scripse-

runt, quemadmodum ἐπ' οὐ et ἐπ' οὐδέ pro ἐπεὶ οὐ et ἐπεὶ οὐδέ scribere solent. Non alienam autem ab terminatione verbi ει crasin esse habitam Aristophanis exempla nonnulla ostendunt κλαύσᾶρα, οἰμώξᾶρα, ἀγορασᾶγένειος.

ἀποστήσει] ἀποστήσῃ codices. ἀπιστήσει Ald.

914. φίλα γὰρ ἔσται πάντ' ἐμοί] Accepta mihi erunt omnia, i. e. quidquid dixeris, certe cognovisse mihi jucundum erit. SEIDL.

918. ὁ δ' L. Dindorfius. Vulgo ὅδ'.

ἐμός codices. ἐμοί Ald.

930. ἦ που] οὔπω Flor. 1. 2. Scribendum οὔ που cum Hermanno. Vid. ad Hel. 135.

931. Ἐριυνύων Flor. 1. 2. Vulgo Ἐριννύων. Scribendum Ἐριυῦν hic et v. 970. Vid. ad Phœn. 1306.

932. ἠγγέλθης Elmsleius. Libri ἠγγέλης.

934. σ' addidit Marklandus.

935. στόμ'] *Rictus. Cruento rictu* vel *ore me impetentes.* Hesych. στόμια: χάσματα. REISK.

938. δρᾶσαι] Libri δράσειν. Correxit Musgravius.

942. ἔνθεν μοι πόδα] Scribendum ἔνθ' ἐμὸν πόδα: *tum*, inquit, *me Athenas misit Apollo.* Sic in Hecuba 977. τί χρῆμ' ἐπέμψω τὸν ἐμὸν ἐκ δόμων πόδα; HERM.

943. ἐς τὰς Ἀθήνας ἔπεμπε Λοξίας] Post Ἀθήνας legebantur particulæ δή γ', quas metri explendi caussa adjectas esse Elmsleius aliique animadverterunt. Scribendum videtur ἐς γῆν Ἀθηναίων ἔπεμπε Λοξίας· cujus glossema τὰς Ἀθήνας in textum illatum fecit ut versus hiaret.

944. ταῖς ἀνωνύμοις θεαῖς] Similiter de Eumenidibus Soph. Œd. C. 128. ἃς τρέμομεν λέγειν. SEIDL.

946. μιάσματος] Cædem dicit Halirrhothii, de quo vid. ad Electr. 1260.

947. ἐλθὼν Flor. 1. ἐλθὼν Par C. Flor. 2. ἐλθόντα Ald.

μ' addidit Barnesius.

ξένων] ξένος Par. A.

950. στέγει Ald. τέγει codices.

951. σιγῇ δ' ἐτεκτήναντ'] σιγὴ δ' ἐτεκτήνατ' Ald. Correctum ex codicibus.

952. αὐτῶν Scaliger. αὐτοῦ libri. "Matris cæde contaminato quid Athenis evenerit Oresti narrant Athen. ex Atthide Pha-

nodemi 10. p. 437 C. et Plutarch. Mor. p. 613 B. Conf. Meurs. de regn. Athen. 3, 8. et Stanlei. ad Æsch. Choëph. 289." VALCK. Diatr. in Eurip. p. 246.

955. κἀγὼ 'ξελέγξαι Marklandus. Libri κἄγωγ' ἐξελέγξαι.

957. οὕνεκ' ἦν μητρὸς φονεύς] Hæc verba ex εἰδέναι pendent. Ita se gerebat Orestes ut ignorare cædem matris videretur, quasi qui non interfecisset matrem, sed miraretur institutum Atheniensium, quo hospites tam contemptim tractarentur. HERM.

959. τελετὴν γενέσθαι, "cerimoniæ originem dedisse." Heathius. Malim *festo*. Citant interpretes Aristoph. schol. Equit. v. 95. Kust. Acharn. 1001. 1075. Festum illud vocabatur Χόες. Χοῆρες ἄγγος poetice dixit pro simplici χοᾶ, i. e. ἄγγος, quod continet octo cotylas. SEIDL.

964. εἰπὼν ἀκούσας θ'] Apollo ipse et adversarios audiens et iis respondens Orestem defendebat. Ad totum hunc locum intelligendum faciunt Æschyli Eumenides. SEIDL.

967. φόνια πειρατήρια] Judicium ubi quis de capite periclitatur. SEIDL.

969. ψῆφον παρ' αὐτήν] Piersonus ad Mœr. p. 351. recte interpretatur *juxta ipsum locum, ubi suffragia lata sunt.* ὡρίσαντ', i. e. *sibi pactæ sunt templum habere.* Quare neutiquam cum Marklando scribendum ὥρισαν γ'. Medium hic propriam suam habet vim. SEIDL.

ἱρὸν] Scribebatur ἱερόν.

970. Ἐρινύων] Libri Ἐριννύων. Scribendum Ἐρινῦν. Vid. ad v. 931.

975. σώσει] σώσοι Blomfieldus. Non opus.

976. λακὼν Scaliger. Legebatur λαβών.

980. ἦν Seidlerus. ἂν libri.

983. φιληθεῖσ' codices. φίλη γ' Ald.

984. δ' ἐμέ Seidlerus. Vulgo δέ με.

986. ληψόμεσθα] ληψόμεθα Par. B.C.

987. δεινή τις ὀργὴ δαιμόνων ἐπέζεσε τὸ Ταντάλειον σπέρμα] Cum dativo hoc verbum construxit Hecub. 583. δεινόν τι πῆμα Πριαμίδαις ἐπέζεσεν πόλει τε τῇμῇ. neque hoc in loco cum accusativo erat conjuncturus, nisi sequeretur aptum huic casui verbum διὰ πόνων τ' ἄγει. Sic Soph. El. 1005. λύει γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν

οὐδ' ἐπωφελεῖ, non ἡμῖν dixit, quæ est usitata verbi λυσιτελεῖν constructio, sed ἡμᾶς propter ἐπωφελεῖ.

988. ἄγει Canterus. ἀεί libri.

990. σὲ] σὺ Par. A.

εἰσιδεῖν] ἐσιδεῖν Flor. 1. 2.

991. σέ Canterus. σοί libri.

πόνων codices (πονοῦν Par. A.) πόνον Ald.

992. κτανόντι Heathius. κτανοῦντι libri.

995. τ' Marklandus. Vulgo δ'.

999. ἔν τι] ἔν τοι Flor. 1.

τοῦθ'] Scribendum ταῦθ' cum Marklando.

1006. γυναικὸς Ald. haud dubie ex conjectura correctoris propter ἀνὴρ, quod præcedit, facta. γυναικῶν codices: quod restituendum.

1008. κοινόφρων] Non plus significat quam simplex κοινῇ.

1010. ἥξω δέ γ', ἥνπερ καὐτὸς ἐνταυθοῖ πέσω, | πρὸς οἶκον, ἢ σοῦ κατθανὼν μενῶ μέτα] In his apertum est ipsa sententia postulante corrigendum esse μὴ αὐτὸς, quod per crasin scriptum μαὐτὸς sollemni errore in καὐτὸς abiit, ut μἀμαθὴς in κἀμαθὴς, de quo dixi ad Suppl. 421. Atque hoc quidem dudum intellexit Marklandus, quamvis cetera non felicius quam alii tractans, illud vero non animadvertit, hos versus, quibus tantundem fere continetur quantum verbis præcedentibus dictum fuit, non esse ab Euripide scriptos, sed eandem habere originem quam tot aliæ habent sententiarum amplificationes in Euripidem illatæ. Verba κατθανὼν μενῶ fortasse ex Ionis v. 1037. sunt κἄνπερ διέλθῃ λαιμὸν, οὔποθ' ἵξεται | κλεινὰς Ἀθήνας, κατθανὼν δ' αὐτοῦ μενεῖ. Incaute autem se prodidit qui versus illos scripsit etiam eo, quod inusitatam tragicis formam adverbii ἐνταυθοῖ intulit, de qua dixi ad Aristoph. Nub. 814.

ἥξω δέ γ'] ἄξω δέ σ' Canterus.

1017. θανεῖν codices. κτανεῖν Ald.

1018. νοσεῖ Marklandus. Legebatur νόει.

1019. νόστος codices. νόστον Ald.

1022. εἰ σὲ Seidlerus. εἴ σε Ald.

1025. σκότος] Scribendum σκότον. Vid. ad Hecub. v. 1.

ἐκσωθεῖμεν codices. ἐξωθεῖμεν Ald.

1027. ἱεροὶ φύλακες] ἱεροφύλακες Marklandus recte, nisi quod ἱροφύλακες scribere debebat. ναοφύλακες dicuntur v. 1284.

Scripturam vulgatam defendere conatur Lobeck. ad Phryn. p. 201.

1031. *ἀνίαις* codices. *ἀνοίαις* Ald.

1032. *γὰρ*] *μὲν* Stobæus 73, 26.

1035. *σε* Reiskius. *γε* libri. *ὥστ' οὐ θέμις σε* Dobræus. Post *θεᾷ* delenda interpunctio: continuatur enim Iphigeniæ oratio verbis *οὐ καθαρὸν ὄντα.*

1036. *ὑποπτεύω τι γάρ*] Eadem particulæ *γάρ* collocatio apud Soph. Philoct. 218. *προβοᾷ τι γὰρ δεινόν.*

1037. *τὸ* codices. *τὸν* Ald.

φόνῳ Ald. *φόβῳ* codices.

1040. *ἔτ'* codices. *ἔστ'* Ald. Quæsierat Orestes de statua deæ, Iphigenia vero ad hoc non responderat, sed dixerat tantum, se mari ipsum esse lustraturam. Jam igitur iterum Orestes: Sed adhuc in templo est deæ statua, ob quam huc veni, i. e. sed nondum viam monstrasti, qua ista e templo possit auferri. Recte Heathius interrogandi notam in fine versus delet. Neque tamen male conjecerat Reiskius *τὸ δ' ἐν δόμοισι,* &c.. SEIDL.

1041. *ἐρῶ* codices. *ἐρᾷ* Ald. Marklandus *ὡς ἐρῶ* explicat *quod cupio,* Reiskius et Musgravius *ut dicam.* Falluntur omnes. Distinctio ponenda est post *ὡς,* ut fecimus, non post *θιγόντος,* ut vulgo. Conjungenda *ὡς σοῦ θιγόντος, tanquam a te tactum.* Addit *ὡς,* quod res ficta est. *Σοῦ* vulgo accentu caret. Aldus distinctionem nullam habet. SEIDL.

1042. *εἶπας*] Scribendum *εἶ παρ'* cum Reiskio.

ἔκβολον] De loco accipio ubi mare e finibus suis egressum (hinc *ἐκ*) in terram intrat et sinum efficit, qualis est *κοιλωπὸς ἀγμὸς* commemoratus v. 263. MATTH.

1044. *σὺ δ' ἤ τις* Jacobsius. *σοὶ δὴ τίς* libri.

1046. *πόνου* Brodæus. *φόνου* libri.

1049. *γε* codices. *σε* Ald.

1055. *ἂν πάντα* Marklandus. Legebatur *ἅπαντα.*

1056. *ὡς*] Scribendum *εἰς* cum Hermanno.

1059. *φιλτάτης* Seidlerus. Legebatur *φιλτάτου.*

1061. *ἀλλήλων*] *ἀλλήλοις* Par. B. *ἀλλήλαις* Flor. 1. 2.

1064. *τοι* Par. A. Flor. 1. 2. *τι* Ald.

πίστις παρῇ] Scribendum *πιστὴ πάρα* cum Hermanno.

1066. *νόστος* Heathius. Libri *νόστον.*

1068. πρός σε Matthiæ. πρὸς σὲ vulgo. πρὸς σῆς Par. A. Versus propter sigmatismum notandus, de quo vid. ad Med. 476.

1071. μητρὸς πατρός τε καὶ τέκνων, ὅτῳ κυρεῖ] Ridiculum est illud τέκνων ὅτῳ κυρεῖ de choro virginum dictum. Nam ex virginibus chorum esse compositum clare intelligitur ex versu 130. neque in reliqua fabulæ parte quidquam est ex quo mulieres nuptas interfuisse colligi possit præter hunc ipsum versum μητρός—κυρεῖ, qui non ab Euripide scriptus videtur, sed a grammatico fictus, qui his verbis explicuit quod in universum dixerat Iphigenia τῶν ἐν δόμοισι φιλτάτων. Simile peccatum notavimus ad Iphig. Aul. 164.

1073. φθέγξασθε codices. φθέγξασθαι Ald. omissa ante et post hoc verbum interpunctione.

1076. ἔκ γ' ἐμοῦ] ἔκ γ' ἐμοί Par. A.C. Id indicium est alius non malæ lectionis ἔν γ' ἐμοί. Sophocles Œd. C. 153. ἀλλ' οὐ μὰν ἔν γ' ἐμοὶ προσθήσεις τάσδ' ἀράς. HERM.

1080. κοίρανος codices. τύραννος Ald.

1083. πατροκτόνου] πατροφόνου Par. A. Quemadmodum hic παιδοκτόνον πατρὸς χεῖρα per abusionem πατροκτόνον χεῖρα appellavit poeta, ita in Hipp. 68. εὐπατέρειαν αὐλὰν dixit pro εὐδαίμονα πατρὸς αὐλάν. ELM.

1089—1105. Hæc stropha ex septem constat versibus sic dividendis ὄρνις — | εὐξύνετον — | ἐγώ σοι — | ποθοῦσ' — | ἃ παρὰ— | δάφναν— | λίμναν—θεραπεύει. pariterque in antistropho 1106—1122.

1089. Deleatur τὰς, quod omittunt Flor. 1. 2. Ad exordium carminis respici ab Aristophane Ran. 1309. ἀλκυόνες, αἳ παρ' ἀενάοις θαλάσσης κύμασι στωμύλλετε, scholiastæ est ad illum locum opinio, ἐξ ἄλλων δὲ καὶ ἄλλων Εὐριπίδου δραμάτων κόμματα τίθησι καὶ οὐδὲν ἑξῆς λέγει μέλος. ἔστι δὲ τὸ παρεγκείμενον ἐξ Ἰφιγενείας τῆς ἐν Αὐλίδι. quem Iphigeniam Tauricam nominare voluisse recte suspicatus est Berglerus.

1090. ἀλκυὼν] ἀλκυὼν Ald.

1091. ἔλεγον οἶτον] οἰκτρὸν corrigit Barnesius. Alii ἔλεγον pro adjectivo acceperunt, cujus exempla nulla sunt. "Sana quidem est vulgata, sed explicanda illa eum in modum, ut explicat Porsonus Phœnissarum v. 293. Nostro loco similes sunt Æschyl. Agam. 1203.

ὑμνοῦσι δ' ὕμνον δώμασιν προσήμεναι
πρώταρχον ἄτην.

Sophocl. Trachinn. v. 49.

πολλὰ μέν σ' ἐγὼ
κατεῖδον ἤδη παυδάκρυτ' ὀδύρματα
τὴν Ἡράκλειον ἔξοδον γοωμένην.

Nec multum abhorrent Eur. Troad. v. 335. βοάσατε Ὑμέναιον νύμφαν, ad quem locum vid. quæ annotavimus." SEIDL. Parum probabiliter scripturam vulgatam defendit Seidlerus. Recte Barnesius οἰκτρὸν corrigere videtur. Sic οἰκτρὸν ἰήλεμον Suppl. 281.

1092. εὐξύνετον] ἀξύνετον Par. B.

1093. ὅτι πόσιν κελαδεῖς] Verte, *te videlicet maritum lugere.* ὅτι pendet ab εὐξύνετον. SEIDL.

πόσιν] Ceycem.

1095. ἐγώ—θρήνους] Explica: ἐγὼ παραβάλλομαι θρήνους ἐμοὺς σοὶ, i. e. τοῖς σοῖς θρήνοις. Nisi quis malit cum Reiskio legere θρηνοῦσ'. SEIDL.

1097. λοχίαν Musgravius. Libri λοχείαν.

1098. Κύνθιον] Δήλιον superscriptum in Par. B.C.

1101. θαλλὸν] θάλλος codices et Ald. Correctum in ed. Brub.

ἱρὸν Par. A. Vulgo ἱερόν.

ἐλαίας] Olivæ hujus Deliæ meminit Callimachus Hymn. in Delum v. 262. et Catullus Carm. 32. v. 8. et Callimachus quidem γενέθλιον ἔρνος vocans indicat, tum primum e solo editam esse olivam illam: quod de lauro testatur palmaque Eurip. Hecub. v. 457. MUSG.

1102. Λατοῦς ὠδῖνα φίλαν] ὠδῖνι Portus, ὠδῖνι—φίλον vel φίλας Marklandus. ὠδὶν significare videtur locum, ubi Latona partum edidit. MATTH. Mihi Euripides audacius partum Latonæ dixisse videtur arborem, cui obnixa peperit Apollinem et Dianam. Homerus hymn. Apoll. 117. ἀμφὶ δὲ φοίνικι βάλε πήχεε. HERM.

1104. κύκλον ex L. Dindorfii editione relictum. Libri κύκνειον, quod om. Par. A. Scribendum κύκλιον ex emendatione Seidleri, quæ accuratius respondet versui antistrophico.

κύκλιον] Ita emendavimus vulgatum κύκνειον. Mirum enim, lacum illum Deli insulæ a ceteris ita distingui, ut dicatur volvere aquam cygneam. Lacum vocatum esse Τροχοειδῆ patet ex locis, quos Barnesius citat, Theogn. v. 7. et Herodot. 2, 170. Adde Callim. Hymn. in Apoll. v. 59. ubi λίμνη περιηγὴς,

et Hymn. in Del. v. 260. ubi *τροχόεσσα* dicitur. Herodoti locus hic est: *λίμνη τέ ἐστιν ἐχομένη λιθίνῃ κρηπῖδι κεκοσμημένη καὶ ἐργασμένη εὖ κύκλῳ, καὶ μέγαθος, ὡς ἐμοὶ ἐδόκεε, ὅσηπερ ἡ ἐν Δήλῳ ἡ Τροχοειδὴς καλεομένη.* Apparet emendationem istam, qua numeri simul ad usitatam formam glyconeam revocantur, satis esse in propinquo. Conf. præterea Iphigen. Aul. 1055. *εἱλισσόμεναι κύκλια*, Orest. v. 358. *κύκλῳ εἱληθεῖσαν*; coll. ibid. v. 444. Hercul. Fur. v. 926. Corruptelæ occasionem dedit vicina vox *κύκνος*. Ad totum hunc locum Marklandus hæc monet: "Ex mentione hujus lacus et montis Cynthi, et aliis circumstantiis, licet probabiliter colligere, hunc Chorum ex mulieribus Deliacis Euripidem constare voluisse. Quæri potest a curiosis, utrum vestigium ullum in antiqua historia supersit hujus cladis Delo illatæ circa hæc tempora; an hoc sit merum poetæ figmentum." Mihi potius totum hoc videtur figmentum Marklandi. Græcæ hæ mulieres Lucinæ Delique insulæ mentione nihil amplius significant, quam se malle mitiorem Græcorum Dianam, quæ vitæ hominum prospiciat, in sede sua, insula Delo, colere, quam barbaram hanc hominum cæde gaudentem Tauricæ insulæ præsidem. SEIDL.

1109. *ὀλλυμένων* Erfurdtius ad Soph. Antig. 833. Legebatur *οὐλομένων*.

ἐνὶ] Recte *ἐπὶ* Elmsleius, collato Hel. 1147. *τέρας, οὐ τέρας, ἀλλ' ἔριν Δαναῶν, νεφέλας ἐπὶ ναυσὶν ἄγων.*

1112. *νόστον—ἦλθον*] *Iter profecta sum*, quod est *ἐλθεῖν πόρον* v. 116. MARK.

1114. *κούραν*] Scribendum *κόραν* ex Flor. 1.

1115. De constructione verbi *λατρεύω* cum accusativo vid. Seidler. ad Electr. 131.

1117. *ζηλοῦσ'* codices. *ζητοῦσ'* Ald. Dicit Chorus, se sua conditione feliciorem prædicare sortem perpetuo miseram, i. e. sortem eorum, qui a principio statim miseri fuerint, nec felicitatis dulcedinem unquam gustaverint. Huic sententiæ apposite subjicitur proxima *ἐν γὰρ ἀνάγκαις οὐ κάμνει σύντροφος ὤν.* SEIDL.

1119. *κάμνει* liber Oxoniensis apud Marklandum. Vulgo *κάμνεις*.

1120. *δυσδαιμονία*] Scribendum *δ' εὐδαιμονία* cum Lentingio, qui præcedentem versum non recte mutat.

1121. τὸ δὲ μετ' εὐτυχίας] Vulgo τὸ γὰρ μετ' εὐτ. Sed illud γὰρ profectum arbitror ab interpolatore metrico, qui numeros strophicis æquare vellet, ubi legisset κύκνειον. Non magis metro quam nexui favet particula δέ. Εὐτυχίας recte Barnesius accipit pro plurali, cf. Ion. v. 480. et 1506. Quo melius autem totus hic locus intelligatur, conferri possunt, citante Marklando, Hercul. Fur. v. 1291. Troad. v. 634. Hel. v. 424. Addo, quod magis etiam appositum est, Fragm. Belleroph. 16. SEIDL. Probabilis Scaligeri correctio est εὐτυχίαν. Nihil enim caussæ erat cur poeta ambiguo uti mallet plurali quam qui nihil ambiguitatis habet singulari.

1123—1133. Sex versus, sic digerendi, καὶ σὲ— | συρίζων— | κώπαις— | ὁ Φοῖβος— | ἀείδων— | ἐμὲ—πλάταις. pariterque in antistropho.

1124. πεντηκόντορος] Nempe navis illa quæ Oresten et Pyladen advexerat, quam πεντηκόντορον fuisse scimus ex v. 1347. πότνι' est, *O domina*, Iphigenia: Troad. 292. Helen. 227. et alibi. Huic σὲ μὲν, mox respondet ἐμὲ δέ. MARK.

1125. δ'] Scribendum θ' cum Elmsleio.

1131. εὖ σ'] Libri εἰς, nisi quod ἐς Flor. 1. Emendavit Seidlerus, collato Hec. v. 1291. εὖ δ' ἐς πάτραν πλεύσαιμεν.

1132. λιποῦσα] Scribendum προλιποῦσα cum Hermanno.

1133. ῥοθίοις codices. ῥοθίαις Ald.

1134. Tres versus in Ald. ἀέρι— | πρῷραν— | ἐκπ. πόδα.

Libri ἀέρι δ' ἱστία πρότονοι κατὰ πρῷραν ὑπὲρ στόλον (στύλον error typothetæ) ἐκπετάσουσι πόδα ναὸς ὠκυπόμπου. Etiam hic versus a metro laborat, ab sensu totus locus. Marklandus, quo versum expleret, post ἱστία inseruit καί, quod prorsus absonum est. Nam πρότονοι, i. e. *funes*, non possunt explicare *pedem* navis, qui ipse erat funis. Imo ne vela quidem recte dicuntur *explicare* pedem navis, quem potius *extendunt*. Pedes e contrario explicant velum. Sed videamus de singulis. Πρότονοι proprie sunt duo majores illi funes, quibus malus proram et puppim versus illigatur. Scholiastes ad Eur. Hec. v. 111. πρότονος, τὸ σχοινίον, δι' οὗ δεσμοῦσι τὸν ἱστόν. Apollon. Rhod. 1, 563.

δή ῥα τότε μέγαν ἱστὸν ἐνεστήσαντο μεσόδμῃ,
δῆσάν τε προτόνοισι, τανυσσάμενοι ἑκάτερθε.

ubi scholiastes: προτόνους δὲ τὰ ἐξ ἑκατέρου μέρους τοῦ ἱστοῦ ἐπὶ

τὴν πρῴραν καὶ τὴν πρύμναν ἐκτεινόμενα σχοινία, coll. v. 1204. Hesychius: *πρότονοι, οἱ ἑκατέρωθεν τοῦ ἱστοῦ σχοῖνοι ἐκτεταμένοι εἰς τὴν πρῴραν καὶ πρύμναν ἔμπροσθεν.* cf. statim sub v. *προτόνοισι.* Hæc propria vocis significatio est. Translate deinde usurpatur de quovis fune nautico. vid. Etym. M. p. 804. 49. Zonaras sub v. coll. nostri Hec. 111. Nostro loco propria potius quam translata significatione accipiendum esse persuadet stoli et pedis simul illata mentio. Quid *στόλος* fuerit, explicat Apollonii scholiastes ad 1, 1089. *στόλος λέγεται τὸ ἐξέχον ἀπὸ τῆς πτυχῆς καὶ διῆκον ἄχρι τῆς πρώρας ξύλον.* Pollux 1, 86. *τὸ δὲ μεταξὺ τοῦ ἐμβόλου καὶ τῆς προεμβολίδος ὁ στόλος ἐστὶν ὑπὲρ τὴν στεῖραν, ὃς καὶ περικεφαλαία καλεῖται.* Minus accurate Hesychius: *στόλος—καὶ ὁ τῆς νεὼς ἔμβολος λέγεται, τὸ εἰς ὀξὺ συνεστραμμένον.* Navis autem *πόδες* erant duo funes, qui ab utraque inferiore veli parte, sive ab angulis veli, exeuntes in navi puppim versus alligabantur. Schol. ad Eur. Orest. v. 704. *λέγεται δὲ οὕτω (ποὺς) σχοινίον, τὸ κάτωθεν τοῦ ἱστίου.* Clarius schol. Aristoph. ad Eq. 436. *πόδας δὲ καλοῦσιν οἱ ναῦται τοὺς παρ' ἑκάτερα τὰ μέρη κάλως ἐκδεδεμένους τῆς ὀθόνης.* Unde intelligitur, cur utroque pede intento ventus majori vi velum impleverit, quam alterutro sive utroque relaxato. Locus classicus de funibus nauticis exstat apud Apollon. Rhodii schol. ad 1, 567. *κάλωας δὲ τὰ σχοινία, νῦν μὲν οἷς ὁ ἱστὸς ἰσχυρὸς ποιεῖται ἀφ' ἑκατέρου τοῦ πλευροῦ τῆς νεώς· καὶ καθόλου δὲ πᾶν σχοινίον κάλως λέγεται. Διὸ καὶ διαιροῦντες αὐτοὺς, οἷς μὲν κατάγεται τὸ ἱστίον, μεσουρίας λέγουσιν· οἷς δὲ ἰσχυροποιεῖται ὁ ἱστὸς ἐξ ἑκατέρου μέρους ἐπὶ τὴν πρῴραν.* (insere *καὶ τὴν πρύμναν*), *προτόνους· τοὺς δὲ κατὰ τὰς γωνίας* (i. e. veli *angulos*. Mire explicat Schneiderus in Lexico v. *ποὺς* de angulis venti.) *πόδας. ἐφεξῆς δὲ τούτων πρόποδας· μεθ' οὓς εἰσὶν οἱ καλούμενοι τέρθριοι· εἶτα οὓς λέγουσι μέσους.* His ita explanatis, explanavi autem, non quod nova docere putarem, sed quod multos de his rebus aut errantes aut ambigentes video, neque adeo a Scheffero, qui singularem de militia veterum navali librum scripsit, cuncta satis explicata aut confirmata sunt, his, inquam, explanatis nostrum locum sic corrigo:

ἀέρι δ' ἱστία πρὸ προτόνου κατὰ
πρῶραν ὑπὲρ στόλον ἐκπετάσουσι πόδες
ναὸς ὠκυπόμπου.

Vento vela ante mali funem a prora super stolum explicabunt pedes navis celeriter euntis. Quæ omnia fieri necesse erat, quando pleno velo secundoque vento navigabatur. Noster Hel. 1475. *κατὰ μὲν ἱστία πετάσαι' αὔραις λιπόντες ἐναλίαις*, Homer. Odyss. *ε'*. v. 269. *οὔρῳ πέτασ' ἱστία*, Apollon. Rhod. 2. 902. *ἐκ δ' ἔχεαν πίσυνοι ἀνέμῳ λίνα.* Præpositio *πρὸ*, quam ob syllabam sequentem librarius omiserat, vocalem producit ante mutam cum liquida, ut moris est in dactylicis numeris. Vulgatum *πόδα* etiam hanc offensionem habet, quod dactylos secus atque in antistropha in brevem syllabam exire facit. SEIDL. Recte Seidlerus perspexit hoc dici debuisse, *πόδες ἐκπετάσουσιν ἱστία*, sed in reliquis ab vero videtur aberrasse. Atque prima quidem versus verba, in quibus aliquid turbatum esse metri vitium ostendit, *ἀέρι δ' ἱστία πρότονοι*, facile in ordinem redigi possunt sic emendata, *ἱστία δ' ἀέρια*: cui nemo facile præferet *ἀέρι' ἱστία δὲ*, quæ tanto ineptior foret collocatio verborum quo facilius vitari poterat. In verbis proximis nimia verborum copia, quæ molesta sensui, metro autem perniciosa est, ita est minuenda ut *πρῷραν* vel *κατὰ πρῷραν*, glossema ad *ὑπὲρ στόλον* adscriptum, deleatur. Remanet igitur vocabulum *πρότονοι*, vel *πρότονοι κατὰ*, cujus quæ sit ad *ἱστία* ratio et ex iis quæ Seidlerus attulit facile explicari potest et ex epigrammate in Anth. Pal. Append. 283. *οὔριον ἐκ πρύμνης τις ὁδηγητῆρα καλείτω Ζῆνα, κατὰ προτόνων ἱστίον ἐκπετάσας.* Itaque hæc sic corrigenda videntur, *ἱστία δ' ἀέρια προτόνοισιν ὑπὲρ στόλον ἐκπετάσουσι πόδες ναὸς ὠκυπόμπου.* nisi quis *προτόνων καθ'* scribi malit: quod tamen minus commodum videtur propter alteram quæ statim sequitur præpositionem.

1137—1141. Mens Chori in his quinque versibus est, Utinam possem volare per aëra ad domum meam et thalamum in Græcia, atque ibi deponere remigium alarum, et ducere choreas quemadmodum solebam! MARK.

ἱππόδρομον] Recte interpretatur Barnesius Cœli amplum spatium, in quo sol equis suis invectus, et aurora stellæque quasi suis cursibus exercentur, ut in magno quodam circo. MUSG.

1144. *παρθένος εὐδοκίμων γάμων*] *Virgo nobili conjugio destinata.* MATTH.

1145. *παρὰ πόδα*] Id est *coram*. SEIDL.

εἰλίσσουσα—θιάσους] *Choreas ducens.* Post θιάσους punctum posuit typotheta. Debebat comma.

1148. χαίτας ἁβρόπλουτον ἐς ἔριν L. Dindorfii editio ex conjectura Hermanni. Libri χαίτας ἁβροπλούτοιο ἐς ἔριν. quæ scriptura duplici laborat vitio, altero metri, altero sententiæ. Nam amplius quid dici debebat quam χαίτας, quod eo inutilius est quod singulæ ornatus muliebris partes proximo versu nominantur, φάρεα καὶ πλοκάμους. Sensit hoc Marklandus, cui χαίτας in χλιδᾶς, convenientissimum adjectivo ἁβρόπλουτος vocabulum, mutandum videbatur. Quo recepto metrum sic est corrigendum, ἁβροπλούτου ἔριν χλιδᾶς.

1153. γέννσιν ἐσκίαζον] Debebat dicere γέννας ἐσκίαζον: pro quo dativum posuit verbo περιβαλλομένα accommodatum.

1155. ἤδη Reiskius. Legebatur ἢ δή.

1156. τ' addidit Bothius.

1158. ὠλέναις codices. ὠλένῃ Ald.

1159. παραστάσιν codices. παραστάσει Ald. De παραστάσιν vid. Valcken. ad Phœn. 417. MARK.

1161. ἀπέπτυσα non idcirco dicere Iphigeniam censeo, quod Thoas voce male ominata καινός usus erat, quæ est Marklandi sententia;—statim enim ex hoc Iphig. responso Thoas conjicit νεοχμόν τι, *grave quid*, factum esse;—sed ad id, quod animo adhuc continet, et v. demum 1163. eloquitur. Hinc ὁσίᾳ γὰρ δίδωμ' ἔπος τόδε esse videtur ὁσίας ἕκατι (v. 1461.) τοῦτό φημι. Quum enim impura erant sacrificia, non satis erat dicere ἀπέπτυσα, sed lustrare templum vel statuam necesse erat. MATTH.

1171. τὸν φόνον, cædem, quam suspicaris. Dixerat enim ἀλλ' ἤ τιν' ἔκανον — — MATTH.

1174. Vereor ut abesse possit τόδ', quod ante Seidlerum ejecerat Gaisfordius. Noster Med. 1339. οὐκ ἔστιν ἥτις τοῦτ' ἂν Ἑλληνὶς γυνὴ | ἔτλη πόθ'. Hel. 96. Οἰκεῖον αὐτὸν ὤλεσ' ἅλμ' ἐπὶ ξίφος. ΕΛ. Μανέντ'; ἐπεὶ τίς σωφρονῶν τλαίη τάδ' ἄν; Scribendum Ἄπολλον, οὐδ' ἐν βαρβάροις τόδ' ἤλπισ' ἄν. Subauditur γενήσεσθαι. Ita noster Hipp. 96. Ἢ κἀν θεοῖσι ταυτὸν ἐλπίζεις τόδε; Ubi εἶναι supplent interpretes. Hel. 662. Τί φῶ; τίς ἂν τάδ' ἤλπισεν βροτῶν ποτε; Emendationi meæ optime convenit Iphigeniæ responsum, Πάσης διωγμοῖς ἠλάθησαν Ἑλλάδος. ELM. Scribendum cum Elmsleio τόδ' ἤλπισ' ἂν.

1177. ὡς μεταστήσω φόνου] *Ut amoveam a contagione cædis.*

1182. τι Matthiæ. Vulgo τί.

1188. τοῖν ξένοιν Par. B.C. Flor. 1. 2. τοῖς ξένοις Ald.

1190. οὐκοῦν] Scribendum οὔκουν cum Marklando.

1193. Hoc versu utuntur Diog. L. 3, 6. Stobæus 4, 20. scholiasta Iliad. 1, 314. Eustath. p. 108, 30. Etym. M. p. 127, 15.

1196. οὐκοῦν—κλύδων.] Scribendum οὔκουν—κλύδων; cum Marklando.

1201. ποτ' ἄν νιν codices. ποτέ νιν Ald.

ἠράμην Musgravius. ἀνηράμην libri.

1202. Post προμηθία ponatur punctum. Verba proxima ὡς εἰκότως σε πᾶσα θαυμάζει πόλις. hoc loco posita sunt in ed. Matthiæ ex conjectura Marklandi. In libris leguntur post εἰς ἐμέ v. 1214. Mihi neutro loco scripta ab Euripide videntur, sed ab interpolatore aut hic aut infra ad verba εὖ γε κηδεύεις πόλιν adjecta.

1204. δέ σ'] δ' Par. A.

1206. γε Elmsleius. δὲ libri.

1207. κρᾶτα κρύψαντες Musgravius. κατακρύψαντες libri, nisi quod κατὰ κρύψαντες Par. A. Hæc verba usque ad ὀπαδῶν in libris tribuuntur Iphigeniæ. Quod correxit Marklandus.

Post φλογὸς interrogationis nota non opus. Iphigeniæ orationem simpliciter supplet, quasi dicat: intelligo, tu dicis contra solis flammam. SEIDL. Comma ponit Ald. Punctum recte Seidlerus.

1209. ποίας τύχας] Non video quid hic significet τύχας, quod recte legitur, v. 1410. σοὶ τὰς ἐκεῖθεν σημανῶν, ἄναξ, τύχας. Postulat sententia Ποίους λόγους aut tale quid. ELM. ποίας τύχας errore librarii, cujus menti alius locus similis obversaretur, pro ποίους λόγους positum videtur: cujusmodi peccata interdum admissa in codicibus esse certis constat exemplis. Hermannus literarum spectans similitudinem ποίας ταγάς posuit, quo vocabulo non est credibile usum esse Euripidem.

1211. Personæ in Ald. sic descriptæ Θ. στεῖχε καὶ σήμαινε σὺ, μηδέν' εἰς ὄψιν πελάζειν. Ἰ. εὖ—μάλιστα. Θ. τοῦτ' ἔλεξας εἰς ἐμὲ, ὡς εἰκότως σε πᾶσα θαυμάζει πόλις. Ἰ. σὺ δὲ—. Correctum ex Par. A.

1210—1214. In his nonnulla esse turbata manifestum est

ex verbis μηδέν' εἰς ὄψιν πελάζειν, quæ nihil amplius continent quam quod modo dictum erat ἐν δόμοις μίμνειν ἅπαντας, nec cum præcedentibus Iphigeniæ verbis apte sunt connexa. Quod vitium bene perspexit Hermannus, qui hæc sic scripta exhibuit

Ἰφ. ἐν δόμοις μίμνειν ἅπαντας. Θο. στεῖχε καὶ σήμαινε σύ.
Ἰφ. καὶ φίλων γε δεῖ μάλιστα— Θο. τοῦτ' ἔλεξας εἰς ἐμέ.
Ἰφ. μηδέν' εἰς ὄψιν πελάζειν. Θο. μὴ συναντῴην φόνῳ.
Ἰφ. μυσαρὰ γὰρ τὰ τοιάδ' ἐστίν. Θο. εὖ γε κηδεύεις πόλιν.
Ἰφ. εἰκότως. Θο. ὡς εἰκότως σε πᾶσα θαυμάζει πόλις.

Quibusdam plane consentio, nisi quod jejunum istum et inutilem versum postremum, quem addito in initio εἰκότως explevit Hermannus, abjiciendum puto, ut in annotatione ad v. 1202. indicavi. Qui si servandus esset, melius sic posset corrigi, Ἰφ. εἰκότως γάρ. Θ. ὥστε καί σε πᾶσα θαυμάζει πόλις.

1210. φόνῳ] φόβῳ Flor. 1.

1214. καὶ φίλων γ' οὐ δεῖ Elmsleius. καὶ φίλων γ' (γ' om. Par. A.) οὐδεὶς libri. Scribendum esse καὶ φίλων γε δεῖ cum Hermanno supra diximus.

1216. πυρσῷ] χρυσῷ libri. Emendatum a Reiskio. Conf. Hel. 868. Herc. f. 1145. Hesych. πυρσῷ: πυρί. MATTH. μόλης Par. A. Flor. 1. 2. μόλις Par. B. μόλις Ald.

1217. ἡνίκ' ἂν δ' codices. ἡνίκα δ' ἂν Ald.

1220. μηδέν—σχολῆς Schæferus. μηθέν—σχολῇ libri.

1223. ἄρνας Piersonus. Libri ἄρσενας.

1234—1283. Argumentum carminis, quod viri docti non ex omni parte perspexerunt, hoc est: Latona brevi post partum Apollinem cum Diana ab insula Delo transtulit ad montem Parnassum, ubi Themis, Terræ filia, oraculum habebat ab immani dracone custoditum. Hunc draconem infans adhuc Apollo quum interfecisset, ipse oraculo occupato hominibus vaticinatus est. At Terra ob deturbatam loco filiam dolens, quo Apollinem cultu suo privaret, frequenter hominibus per somnia oracula edidit. Qua ira ille ad Olympum profectus puerilem ex Jovis solio veluti fulmen gerens vibrat manum, minans Terræ se vaticinationem vi sublaturum. Ridens ob hanc pueri alacritatem Jupiter ipse cessare facit nocturna vaticinia, Terræque ira sedata, Apollini honorem restituit, eumque in Delphica sede confirmavit. Citant de hac fabula

Marklandus Antonin. Liberal. Fab. 35. Strab. 9. p. 646. seq. 14. p. 948. Athenæi 15. cap. ult. p. 701 C.D. Barnesius Apollodori Biblioth. 1, 4. Didym. ad Iliad. β'. v. 519. et Eur. schol. Orest. (v. 163.) Quibus addendus Æschyl. Eum. init. Neque mihi quidem, quæ quorundam opinio est, hæc fabula ab hoc loco videtur aliena esse, immo quum cuncta, quæ in hac tragœdia mirabilia accidunt agunturque, fatumque Orestis omne ab Apollinis oraculo veluti e fonte suo exeant, haud abs re est, quam tantæ auctoritatis oraculum originem habuerit, hoc loco doceri. Rem accuratius perpendere debebat Marklandus, priusquam affirmaret, non minori jure etiam Herculis laudes hoc loco potuisse celebrari. SEIDL.

1234. *εὔπαις*] Sensus: eximius infans sive puer fuit Latonæ filius. Est enim Chorus facta Apollinis narraturus, quæ patraverit infans. Schol. ad Arist. Plut. v. 639. *εὔπαιδα δὲ οἷον καλοὺς ἔχοντα παῖδας, ἢ τὸν καλὸν παῖδα· ἐπαμφοτερίζει γὰρ τὰ τῆς χρήσεως ἐπί τε τοῦ καλοῦ παιδὸς καὶ τοῦ καλοὺς παῖδας ἔχοντος.* SEIDL. Versus in Ald. sic descripti, *εὔπαις* — | *Δηλίας* — | *γυάλοις* — | *Φοῖβον* — | *ἅ τ'* — | *εὐστοχία* — | *φέρει* — | *λοχεῖα* — *ἀ-* | *στάκτων* — | *τὰν* — | *Παρνάσιον* — | *δθι* — *δρά-* | *κων* — | *εὐφύλλων* — | *πελώριον* — *ἀμ-* | *φέπει* — | *ἔτι μιν* — | *ἐπὶ* — | *ἔκανες* — *ἐπέ-* | *βας* — | *θάσσεις* — | *μαντείας* — | *θεσφάτων* — | *ὑπὲρ* — | *γείτων* — | *Θέμιν* — | *ἀπὸ* — | *χθὼν* — | *οἳ* — | *τά τε πρῶτα* — | *δσα* — | *ὕπνου* — | *εὐνὰς* — | *μαντεῖον* — | *Φοῖβον* — | *δ' ἐς* — | *χέρα* — | *Πυθίων* — | *χθονίαν* — | *θεᾶς* — | *γέλασε* — | *πολύχρυσα* — | *ἐπεὶ* — | *παῦσε* — | *ἀπὸ δὲ* — | *νυκτωπὸν* — | *καὶ τιμὰς* — | *πολυάνορι* — *ξενό-* | *εντι* — | *θεσφάτων ἀοιδαῖς.*

1235. *δν*] *τὸν* Hermannus. Scribendum uno versu *δν* — *γυάλοις.*

Δηλιὰς ἐν Scaliger. *Δηλίας ἐν* Ald. Scribendum *Δηλιάσιν* cum Seidlero.

1236. *καρποφόροις*] Monet Musgravius, Delum insulam vulgo ut sterilem describi. Verum spectare videtur poeta nonnisi ad arbores istas, quas, quum Latona pareret, terra progenuit. Vid. nostri Hec. 458. ibique Porson. SEIDL.

1237. *Φοῖβον τὸν χρυσοκόμαν*] Sic correxi quod legebatur *χρυσοκόμαν Φοῖβον.* Pro *τὸν* tamen *τε* potius ponere debebam, quod postmodum fecit Hermannus.

1239. εὐστοχία male excusum pro εὐστοχίᾳ.

γάνυται] γάνυνται Ald.

1240. φέρεν ἴνιν G. Burgesius ad Troad. p. 131. Legebatur φέρει νιν. φέρειν νιν Par. B.

εἰναλίας codices. ἐναλίας Ald.

1241. λιποῦσα male excusum pro λιποῦσ'.

1242. ἀστάκτων ὑδάτων λοχεῖα κλεινά jungo cum Marklando, quam constructionem nescio cur ne commemoraverit quidem Seidler. jungens ἀστ. ὑδ. Παρνάσιον κορυφάν. λοχεῖα ἀστ. ὑδ. dictum ut πύργοι διδύμων ποταμῶν Phœn. 824. MATTH. Dicit autem chorus Inopum fluvium: v. Callim. h. Del. 206. HERM.

1243. Hic versus integro est vocabulo terminandus Διονύσῳ et in antistropho 1267. τιμάν.

1246. κατάχαλκος] Poeta finxisse sibi videtur draconem istum æneis squamis obductum, vel certe æris speciem præ se ferentibus. Voce κατάχαλκος eo significatu, ut sit *ære obtectus*, utitur noster in Phœniss. v. 108. Conjecturas interpretum, qui tantum non omnes hanc vocem tentant, transmittere satius est. Marklandus vere monet, male verti *æreis dentibus minax*, et æque bene posse *ærea cauda* vel *æreis pedibus minax*. SEIDL. κατάχαλκος, quod per se non esset reprehendendum, hoc in loco ineptum fit additis verbis σκιερᾷ εὐφύλλῳ δάφνᾳ. Quamobrem mihi quoque vitiosum videtur. Sensus postulat κατάπαστος vel simile aliquod vocabulum.

εὐφύλλῳ codices. εὐφύλλων Ald.

1247. ἄμφεπε Seidlerus. ἀμφέπει libri. Scribendum autem uno versu deletisque lacunæ signis γᾶς πελώριον τέρας, ἄμφεπε μαντεῖον χθόνιον.

1250. μιν] Scribendum νιν cum Seidlero. Vid. ad Phœn. 643.

1256. Legebatur: μαντείας βροτοῖς ἀναφαίνων θεσφάτων ἐμῶν ἀδύτων, ὑπὲρ Κασταλίας ῥεέθρων, γείτων, &c. in quibus summa est confusio, aucta etiam prava interpunctione, quam alii aliam exhibent. Pro ἐμῶν verissime Musgravius conjicit νέμων, coll. Orest. v. 585. βροτοῖσι στόμα σαφέστατον νέμει. Ad νέμων adscripserat explicator ἀναφαίνων, quam vocem metro jubente expunximus. Pro ὑπὲρ item metrum reposcit ὕπο, i. e. ὑπέκ. Cetera explicabit melior interpunctio. Conjungenda

enim sunt νέμων μαντείας θεσφάτων, ὑπὸ ἀδύτων et γείτων ῥεέθρων Κασταλίας, i. e. *prope fontem Castaliæ*. SEIDL.

1259. ἐπεὶ Scaliger. ἐπὶ libri.

1260. Scribendum uno versu παῖδ'—ζαθέων. Lacunam probabiliter explet Hermannus vocabulo Πυθῶνος.

1262. ἐτεκνώσατο Ald. τεκνώσατο codices.

ὀνείρων addunt codices: om. Ald.

1264. ἃ τ' Seidlerus. Legebatur ὅσα τ'.

1265. φράζον scripsit Seidler. pro ἔφραζον. Herm. γᾶς εὐνὰς ἔφραζον ἄνω, μαντεῖον δ' ἀφ. ejectis Γαῖα δέ. Quum enim Tellus jam antea commemorata sit, his autem verbis explicentur et continuentur præcedentia, non potuisse γαῖα δὲ poni, tanquam quod oppositum esset superioribus. MATTH. Scribendum, receptis Hermanni emendationibus, ὕπνου κατὰ δνοφερὰς | εὐνὰς γᾶς ἔφραζον ἄνω· | μαντεῖον δ' ἀφείλετο τιμάν. In Ald. δνοφερᾶς, quod correxit Musgravius.

1267. μαντείων Matthiæ editio ex conjectura Seidleri. μαντεῖον Ald. τὴν μαντεῖον codices, quorum Par. A. τὴν superscriptum habet.

1270. παιδνὸν Flor. 1. ψαιδνὸν Par. B. Flor. 2. ψεδνὸν Ald.

ἕλιξεν Seidlerus. ἕλιξ' libri.

ἐκ—θρόνων] Scribendum ἐς—θρόνον cum Barnesio. Hermannus ἐπὶ—θρόνον, servato ἕλιξ'.

Διὸς] Scribendum Ζηνὸς cum Hermanno.

1271. ἀφελεῖν] Scribendum ἀφελεῖν μῆνιν νύχιον cum Hermanno, deletis verbis proximis θεᾶς μῆνιν νυχίους τ' ἐνοπάς, partim ex v. 1276. huc illatis.

1276. ἐπὶ Musgravius. ἐπεὶ libri.

παῦσε νυχίους ὀνείρους] Scribendum παῦσεν νυχίους τ' ἐνοπάς cum Seidlero, qui recte animadvertit verba νυχίους τ' ἐνοπάς in libris post v. 1271. lecta huc esse referenda. Eorum glossema est νυχίους ὀνείρους.

1278. μαντοσύναν Par. B.C. Vulgo λαθοσύναν.

1283. θάρση ἀοιδαῖς dixit quia βροτοὶ ἀοιδαῖς θεσφάτων θαρσοῦσι. Hæc autem θάρση ἔθηκεν ἐν θρόνῳ Pythico. MATTH.

1288. εἰ] ἢ Par. B.

1291. φεύγοντες] φυγόντες L. Dindorfius, recte fortasse.

1300. τῶν codices. τοῦ Ald.

1301. Hunc versum nuntio, duo proximos choro tribuit Ald. Correxit Heathius.

1302. εἴπῃ Porsonus. εἴποι libri.

1308. φόβον] ψόφον Par. C. Flor. 1. 2.

1309. ψευδῶς ἔλεγον] ἔλεγον, et fortasse ψευδῶς quoque, ex glossemate illatum esse patet. Scribendum fortasse ψευδῶς ἄρ', quæ Matthiæ conjectura est, quamvis minime certa.

1310. εἴης Scaliger. ἦς Ald.

1312. αὖθις] αὖτις Ald.

1317. τί πνεῦμα συμφορᾶς κεκτημένη;] Marklandus: "Sensus videtur esse, quid sibi volens? quam mentem rei habens? Difficultas est in voce πνεῦμα. Cod. B. κεκτημένους, quæ vox forte explicari potest per abruptionem." Talis abruptio hic locum non habet. Metaphoram ductam apparet a navigatione. Verba igitur τί πνεῦμα συμφορᾶς κεκτημένη explicanda videntur, *τίνι συμφορᾶς πνεύματι φερομένη, quonam casu, quanam re, veluti vento, impulsa?* SEIDL.

1319. τὸν ποῖον] τὸ ποῖον Par. B. et Ald.

1320. θεᾷ] θεὰ Par. C. et Victorius.

1321. Thoanti, quum nuncium sequens hoc factum θαῦμα appellat, non satisfacit hoc, non putat se τετυχηκέναι, i. e. apto et satis forti nomine illud appellasse. Quærit igitur, quonam fortiori nomine te appellare licebit, ut convenienter appellem? SEIDL. Similia vide in Blomfieldii glossario Agamemn. ad v. 1203. HERM.

1324. διωγμὸς] Præstat διωγμὸν, quod posuit Hermannus.

1327. θαλασσίας] θαλασσίους dixit 236. quod fortasse hic quoque restituendum. Monuit Hermannus. Conf. ad Hecub. 698.

1328. ὡρμισμένη] ὡρμημένη Par. A.

1333. ὄπισθε] Præstat ὄπισθεν, ubi metrum formam alteram non postulat.

1336. δοκοῖ Matthiæ. Legebatur δοκῇ.

1338. μαγεύουσ' Reiskius. Libri ματεύουσ'.

1340. ἐσῆλθεν] Recte εἰσῆλθεν Ald.

1342. χρῆν] 'χρῆν Ald.

1343. αὐτὸς] αὐτὸς libri.

1345. νεὼς] νεῶν Flor. 1. 2.

1346. ταρσῷ—ἐπτερωμένου] Versum ab hoc loco alienum post v. 1394. transposuit Hermannus.

1349. πρύμνηθεν νεὼς, *a puppi*, sed in terra stantes. Puppis scilicet litori, ex more antiquorum, obversa erat. Consentaneum igitur ab hac parte stetisse qui mox adscensuri erant. MUSG.

1350. Videtur perversa hujus clausulæ interpretatio tenebras toti huic narrationi offudisse, plerisque scilicet nominativum verbo εἶχον ex præcedenti commate arcessentibus, ut intelligatur, Pyladen et Orestem fuisse, qui proram contis sustentarent. Verum id neque dignitati eorum conveniebat, neque omnino facere potuerunt, in litore adhuc stantes. Enimvero subaudiendum est οἱ μὲν, cui deinde opponitur notissimo more οἱ δὲ. Hujus ellipseos, quæ nec valde inusitata est, nec a multis tamen animadversa, insigne apud Homerum exemplum est, Iliad. χ'. v. 157.

τῇ ῥα παραδραμέτην, φεύγων, ὁ δ' ὄπισθε διώκων. MUSG.

ἐπωτίδων] Scholiastes Thucydidis ad 7, 34. ἐπώτιδες εἰσὶ τὰ ἐκατέρωθεν τῆς πρώρας ἐξέχοντα ξύλα. Confer et Diod. Sic. vol. 2. p. 251. ed. Wessel. MUSG.

1351. ἄγκυραν Scaliger. ἀγκύρας libri.

1352. ἦγον διὰ χερῶν πρυμνήσια] Navis etsi ancoris firmata, tamen alligata fuerat etiam in littore: itaque solutos nautæ rudentes per manus trahebant, quo eos in navi reponerent. Aptissime rem declarant verba Polyæni 4, 6. p. 374. ex Hemsterhusii adnotatione ad Lucian. T. 1. p. 374. ab Seidlero repetita: ἄλλοι μὲν ἀνέσπων τὰ πρυμνήσια, ἄλλοι δὲ ἀνεῖλκον τὰς ἀποβάθρας, ἄλλοι δὲ ἀγκύρας ἀνιμῶντο. HERM.

1353. τοῖν ξένοιν Seidlerus. Libri τὴν ξένην.

1354. ἐσείδομεν] Scribendum εἰσείδομεν.

1356. Post πρυμνησίων τε recte interpungunt Aldus et antiquissimæ editt. Proxima quum non intelligerent, plerique aut male interpretati sunt, aut perperam correxerunt. Primum verbum ἐξηροῦμεν de conatu interpretandum, *auferre volebamus*, ut recte reddit Marklandus; deinde verba δι' εὐθυντηρίας et οἴακας minime tentanda sunt. Εὐθυντηρία, quam navis partem fuisse Hesychius docet, aut locus fuit in puppi, ubi foramina sive cava erant, in quibus ὁ εὐθυντὴρ versabatur, aut ipsis his cavis nomen illud fuit. Est igitur δι' εὐθυντηρίας fere idem quod ἐξ εὐθυντηρίας, *durch die* εὐθυντηρία *heraus*. Lucianus Toxar. §. 6. picturam describens, qua fabula hæc, paucis mutatis, repræsentata sit, ut aliorum ita hujus loci explicator

haberi potest. Scribit ille sic: *οἱ Σκύθαι δὲ ἄλλως ἐπιλαμβάνονται τοῦ σκάφους ἤδη πλέοντος, ἐκκρεμαννύμενοι τῶν πηδαλίων, καὶ ἀναβαίνειν πειρώμενοι, εἶτ' οὐδὲν ἀνύσαντες οἱ μὲν αὐτῶν τραυματίαι, οἱ δὲ καὶ δέει τούτου, ἀπονήχονται πρὸς τὴν γῆν.* Heathius, qui unam navem non plura gubernacula habuisse contendit, non consuluerat Schefferum de Milit. Nav. p. 146. Vid. etiam Reitz. ad Lucian. locum modo citatum. SEIDL.

1358. *πορθμεύετε*] *πορθεύετε* Par. B.C. Flor. 1. 2.

1359. *ξόανα καὶ θυηπόλους*] Libri *ξόανον καὶ θυηπόλον* contra metrum. Musgr. corrigit *ξόανα καὶ θυηπόλους*. Hinc Seidler. et Elmslei. ad Soph. Œd. T. 322. *ξόανα καὶ θυηπόλον*. Sed quid causæ esse dicamus, cur *ξόανα* de uno simulacro dixerit Euripides, non item *θυηπόλους* de una sacerdote? Itaque mihi quum necessario scribendum esse *ξόανα*, non minus necessario scribendum etiam visum est *θυηπόλους*. et invidiosius est aliquem simulacra et sacerdotes rapere dicere, quasi de more hoc faciat, quam simulacrum et sacerdotem. MATTH.

1360. *σὺ* addidit Marklandus.

1361. *μάθῃς* codices. *μάθοις* Ald.

1367. *κεῖνοί τε οὐκ εἶχον, ἡμεῖς τε* pro *οὔτ' ἐκεῖνοι εἶχον, οὔθ' ἡμεῖς*. cujus generis unus præterea locus succurrit, infra 1477. *ἐγὼ δ' Ὀρέστῃ τ' ἀδελφῇ τ' οὐχὶ θυμοῦμαι* pro *οὔτ' Ὀρ. οὔτ' ἀδ.* MATTH.

1368. *δ'*] *τ'* Flor. 1. 2.

1371. *ὡς ξύν τ' ἀπειπεῖν* Marklandus. Legebatur *ὥστε ξυνέπτειν*.

1380. *ὥστε μὴ* codices: *ναυάταις* Ald. "*φόβος ἦν ὥστε μὴ τέγξαι* dictum est pro *φόβος ἦν τέγξαι*. Infinitivus non rarus post *φοβεῖσθαι, δεδιέναι*, ut Hec. 751. *πατήρ νιν ἐξέπεμψεν, ὀρρωδῶν θανεῖν*. Cf. Ion. 1564. Æsch. Th. 726. *φοβεῖσθαι* et sim. tunc proprie significant *præ timore nolle* vel *non audere*, vel infinitivus designat objectum, quod vocant, timoris, *ἐφοβοῦντο τὸ τέγξαι*. Hinc, ut verbis negantibus omnibus, sic verbis timendi additur *μή*, ut Plat. Leg. 12. p. 943 D. *χρὴ — — φοβεῖσθαι τὸ μήτε ἐπενεγκεῖν ψευδῆ τιμωρίαν*. Sicut vero aliis verbis additur *ὥστε* (vid. ad Hippol. 1317.), sic hoc loco verbis *φόβος δ' ἦν*." MATTH.

1383. *εὐσέλμου* Par. B. Vulgo *εὐσήμου*.

1384. *τ'* Marklandus. *δ'* libri.

οὐρανοῦ πέσημα] Vid. v. 88.

1385. ἄγαλμα. νηὸς δ' ἐκ Marklandus. Legebatur ἄγαλμα, νηὸς ἐκ.

1386. βοή τις codices. βοήν τιν' Ald.

τῆς Ἑλλάδος ναῦται νεώς] Libri γῆς, quod correxit Reiskius. Sic Ἑλλάδος νεὼς σκάφος 1345. et ναὸς Ἑλλάδος σκάφος Cycl. 85.

1387. κώπης Reiskius. Legebatur κώπαις.

τε λευκαίνετε] Scribendum τ' ἐκλευκαίνετε cum Scaligero.

1391. ἔπαισαν ἅλμην] Idem versus initium legimus in Æschyl. Pers. 397.

ἔπαισαν ἅλμην βρύχιον ἐκ κελεύσματος.

Atque in universum monendum est, ex ista Æschylei nuntii oratione plura videri Euripidis memoriæ inhæsisse, ut v. 386.

πρῶτον μὲν ἠχοῖ κέλαδος Ἑλλήνων πάρα
μολπηδὸν εὐφήμησεν.

v. 391.

παιᾶν' ἐφύμνων σεμνὸν Ἕλληνες τότε.

v. 399.

καὶ παρῆν ὁμοῦ κλύειν
πολλὴν βοήν· ὦ παῖδες Ἑλλήνων ἴτε,
ἐλευθεροῦτε πατρίδ', etc. SEIDL.

1393. ἠπείγετο] *Jactata, vexata est.* Sic νῆ' ἐνὶ πόντῳ— ἐπειγομένην Hom. Od. Ψ, 234. MUSG.

1394. Post hunc versum Hermannus verba ταρσῷ κατήρει πίτυλον ἐπτερωμένον inserenda esse vidit, quæ in libris leguntur post v. 1345. et v. 1395. πάλιν πρυμνήσι' in παλιμπρυμνηδόν mutavit, collata glossa Hesychii, παλιμπρυμνηδόν: οἷον παλίμπρυμνον χώρησιν προῆλθεν εἰς τοὔμπροσθεν, ἀνακάμπτουσα, ὡς ἐπὶ πρύμναν κροῦσαι.

1396. εἰς δὲ γῆν Brubachii editio. εἰς γῆν δὲ Ald. εἰς γῆν δὴ Par. A.B.C. et haud dubie Flor. 1. 2. quum Victorius hanc scripturam annotaverit. εἰς γῆν δ' ἔμπαλιν Musgravius, et recte fortasse.

1399. ἱερίαν Barnesius. ἱερείαν Ald.

1404. ἐξ ἐπωμίδων χέρας ex conjectura legitur Musgravii, cujus fundamentum scriptura Aldina est ἐκ χερῶν ἐπωμίδας, omni fide destituta, quum codices in ἐκβαλόντες ἐπωμίδας con-

sentiant. Quod Matthiæ recte videtur in ἐκβαλόντες ὠλένας mutare.

1408. ἄλλος—ἐξανῆπτεν Par. C. Flor. 1. 2. ἄλλοι—ἐξανῆπτον Ald. ἄλλοι—ἐξανῆπτ' ἐν ἀγκύραις Par. A.

ἀγκύλας Musgravius. Libri ἀγκύρας. Facillima sane emendatio est ἀγκύλας, quod tamen neque ego, præsertim sic positum, pro adjectivo acceperim. Quum nuntius finem hic faciat narrandi, non diserte docemur, de quo funium usu sermo sit. Si de velorum contractione poeta cogitasset, valde dubito eum hoc modo fuisse locuturum. Neque usquam in præcedentibus mentio est ulla *velorum*, quæ omnino non videntur expansa fuisse, propterea quod statim ab initio adverso vento utebantur. Idcirco probabilius est, eos, qui in mare prosiluerant, navem, quo ab impetu venti tutior esset, laqueis voluisse ad littus retrahere et religare. Nam cur tandem nisi hanc ob causam in mare se proripuissent? Vertendum igitur erit: *alius vero tortos laqueos* ex nave *suspensos religabat.* Memorabilis tamen est glossa in Lexico MS. Octateuchi in Bibl. Coisl. p. 464. ἀγκύλας, ὀγκίνους, (i. e. uncinos) εἰς οὓς ἐμβάλλονται οἱ κρίκοι τῆς κώπης, vid. Hesych. s. v. ἀγκύλας, ejusque Interpp. Hac significatione si vocem accipias, legi fortasse possit ἀγκύλαις: *alius vero funes suspendebat ab uncinis scalmi*, quod fortasse faciebant, ut non tantum a puppi, sed etiam a latere navis ad littus alligari posset. Ἐξανάπτειν cum dativo eodem jure construi poterit, quo ἐξάπτειν, Iph. Aul. v. 1216. Troad. 1198. et ἀνάπτειν sæpe. SEIDL.

1418. ἀδελφήν θ' Musgravius. τ' ἀδελφήν libri.

1421. πάλιν codices. πόλιν Ald.

1438. πεπρωμένοις] πεπρωμένος Hermannus.

1439. τόν Marklandus. τῶν libri.

1442. τῶν νῦν—ἀναψυχάς] Hunc versum addunt codices, om. Ald.

1445. Recte construunt Barnesius et Reiskius, (τοῦτον) πορθμεύων πλάτῃ Ποσειδῶν πόντου νῶτα τίθησι ἀκύμονα. Clarius locutus esset poeta, si scripsisset (τοῦτον) Ποσειδῶν, πόντου νῶτα ἀκύμονα τιθεὶς, πορθμεύει πλάτῃ. Sed ponitur interdum primarium verbum in participio, ut Soph. Electr. 345. ἐλοῦ γε θάτερ', ἢ φρονεῖν κακῶς, ἢ τῶν φίλων φρονοῦσα μὴ μνήμην ἔχειν, i. e. ἢ τῶν φίλων μὴ μνήμην ἔχουσα (εὖ) φρονεῖν, coll. Hom. Iliad. β'. v. 291. SEIDL.

1447. κλύεις γὰρ—θεᾶς] Hic locus ita distingui debet, (κλύεις γὰο αὐδὴν, καίπερ οὐ παρὼν) θεᾶς χώρει λαβὼν ἄγαλμα, &c. θεᾶς ἄγαλμα conjungenda sunt ut v. 1480. et passim. Plautus videri potest egisse interpretem hujus parentheseως, Amphitryon. 3. 3. *Audis quæ dico, tametsi præsens non ades.* Jupiter Mercurium alloquitur. MARKL. In Plauto tali adjectioni non erat locus. Sed hic additum θεᾶς causam continet, cur audiat Orestes, *audis enim meam, utpote deæ, vocem, quamquam absens.* Ad ἄγαλμα genitivus θεᾶς facile intelligitur, ut supra v. 1001. ἄγαλμά τ' οἴσεις. SEIDL.

1449. Ἀθήνας τὰς θεοδμήτους] Hippolyt. v. 978. καὶ μήτ' Ἀθήνας τὰς θεοδμήτους μόλῃς. Vid. Joh. Meursii de Fortuna Attica, c. 2. p. 8. et 9. ubi Athenas a dea Minerva conditas probat. BARN.

1452. Ἁλάς] Pagi hujus meminit, ut et Dianæ simulacri eo translati Callimach. H. Dian. 173. Vid. et Strabon. p. 399 A. Ἅλῃσι παρὰ τὴν θάλασσαν habet Plutarch. Anton. p. 1736. ed. Steph. MUSG. Αλάς sine spiritu Ald. Spiritu aspero scribi constat ex Steph. Byz.

1453. τεύξας Piersonus. τάξας libri.

1454. γῆς Hermannus. Libri τῆς.

1455. περιπολῶν] Consulto hoc vocabulo utitur. Alludit enim ad ultimas syllabas vocis Ταυροπόλος. Hic enim ἐπωνυμία laborum Orestis quærenda est. Conf. tamen de vocis etymologia viros doctos, quos citat Lobeck. ad Soph. Ajac. 175. SEIDL.

1456. Ἐρινύων] Scribendum Ἐρινῦν. Vid. ad v. 931.

1458. θὲς Porsonus. θέσθαι Par. A. θέσθαί Flor. 1. 2. θέσθε Ald.

ὅταν Par. B.C. Flor. 1. 2. ὅθ' Ald.

1460. ἐξανιέτω Musgravius. Libri ἐξαννέτω. "Similis ὁσιά erat in ejusdem deæ sacris apud Spartanos flagellatio puerorum, de qua accurate exposuit Pausan. 3, 16. extr." HERM.

1461. ὁσίας ἕκατι θεᾶς] Ceperunt ὁσίας pro adjectivo, conjungendo cum θεᾶς, sententia summe insulsa. Euripides, puto, dedit ὁσίας ἕκατι, θεά θ' ὅπως τιμὰς ἔχῃ. *Duas* caussas hujus actionis reddit. Ὁσίας ἕκατι, est, Ὁσίας χάριν, Ὁσίας ἕνεκα, *Defungendæ religionis caussa, dicis caussa.* Locutionem, et mentem poetæ, explicat Harpocration V. Ἀφοσιῶ. Exemplum rei habes apud Herodot. 4, 154. vid. et Sophocl. Antig. 262.

786. et Gronovii Observat. 4. c. 13. ad fin. MARKL. Recte emendat Marklandus.

1462. κλίμακας] Hoc nomine plures montes ob difficilem adscensum vocatas notat Wesselingius ad Diod. Sic. 19, 21. MUSG. λείμακας Piersonus.

1463. Construendum ἀμφὶ κλίμακας τῆσδε Βραυρωνίας θεᾶς. Erat enim hoc deæ nomen: vid. Pausan. 1, 23, 8. SEIDL. Rectius, ut videtur, alii κληδουχεῖν θεᾶς conjungunt, quod pro κληδοῦχον εἶναι θεᾶς dictum esse monet Matthiæ.

1464. τεθάψει] De Iphigeniæ morte diversa tradit Pausan. 1, 43. 1. SEIDL.

1465. De divino honore, quo post mortem Iphigeniam prosecuti sunt, vid. Barnes. ad Iphig. Aul. v. 1608. coll. Pausan. 7, 26. 3. Quinimo cum ipsa Diana antiquitus videtur esse confusa. Pausan. 2. 35. 2. καὶ Ἀρτέμιδος ἐπίκλησιν Ἰφιγενείας ἐστὶν ἱερὸν, coll. Herodot. Melpom. sect. 103. ad quem locum respicit Pausanias 1, 43. 3. SEIDL.

1469. ἐκσώσασά σε] Speciose interpretes quidam lacunam sumserunt, quod hæc non tam ad Orestem, quam ad Thoantem dicta esse debuerint: verum ultimo isto refugio ne hic quidem opus. Dicta quidem sunt ad Orestem, sed ita tamen, ut Thoas audiret, ideoque quæ ad se pertinerent, simul sumere inde sibi posset. Ad illud ἐξεφίεμαι igitur intellige *ei, cui hoc mandandum est*, i. e. Thoanti. Plane autem assentior Musgravio, qui Canterum *omnino male* correxisse affirmat ἐξέσωσά σε pro ἐκσώσασά σε, quamquam ita citet Aristoph. schol. ad Ran. v. 697. Verte locum sic: *Hasce vero Græcas mulieres dimitti jubeo, bonæ eorum voluntatis causa, cum te prius quoque, calculis æqualibus in Areopago judicatum, Oresta, servarim, et quidem* (scil. dimitti eas jubeo) *ad illam ipsam regulam, ut vincat, qui pares calculos nactus sit.* Quum Orestem servaret Minerva, lata lege, ut vincat, qui æquales calculos habeat, urnæ suum calculum addidit. Numerati calculi fuere æquales atque ita judicio liberatus Orestes. In hac nostra causa pariter æqualia sunt suffragia, in utramque partem unum, damnans Thoantis, (conf. supra v. 1433.) absolvens Minervæ. SEIDL. Recte Brodæus et Markl. hic lacunam esse viderunt, in eo tantum falsi, quod ante γνώμης δικαίας οὕνεκ' quædam deesse suspicantur. Verba enim τάσδε δ' ἐκ-

πέμπειν χθονὸς etc. haud dubie Thoanti dicuntur, penes quem solum erat eas dimittere, penes Orestem nullo modo, ut stultissima esset Minerva, si hæc Oresti, ad quem nullo modo pertinent, diceret, ita tamen, ut Thoas audiret, ideoque quæ ad se pertinerent, inde sumere sibi posset, quæ Seidleri est defensio. Verba γνώμης δικαίας οὕνεκ' cum præcedentibus jungenda: dimittere has mulieres jubeo ob bonam voluntatem, qua Orestis et Iphigeniæ consilium adjuverunt. Quæ sequuntur, ad solum Orestem spectant, nec ullo vinculo cum præcedentibus cohærent. Itaque post γνώμης δικαίας οὕνεκ' intercidisse quædam suspicor. MATTH. Lacunam post οὕνεκ' recte indicavit Reiskius.

1470. ἴσας ψήφους κρίνασα i. e. τῷ κρίνειν ἴσας ψήφους ποιήσασα. Nam sua sententia Minerva effecerat, ut par esset in utramque partem calculorum numerus. MATTH.

1471. ἐς ταὐτό γε] Par. A. εἰς ταὐτό με. εἰς non accipio pro κατά cum Markl. et Seidlero, qui vertunt *secundum eandem constitutionem, ad illam ipsam regulam*, quasi hæc lex vel regula jam antea lata esset, eique Minerva paruerit. Sed εἰς *eventum* vel *effectum* significare videtur, *et ita quidem, ut eadem posthac lex obtineat*, ὥστε ταὐτὸ νόμισμα εἶναι. MATTH. Sententiam hanc, et fere verba habes Electr. 1268. καὶ τοῖσι λοιποῖς ὅδε νόμος τεθήσεται, Νικᾷν, ἴσαις ψήφοισι τὸν φεύγοντ' ἀεί. et Æschylus de eadem re, Eumenid. 487. ubi Minerva dicit, Θεσμὸν τόνδ', [τὸν] εἰς ἅπαντ', ἐγὼ θήσω χρόνον. MARK. Vitiosum videtur καὶ νόμισμ' ἐς ταὐτό γε, quod Marklandus in καὶ νόμισμ' ἔσται τόδε mutabat.

1473. κασιγνήτην Elmsleius. κασίγνητον libri.

1474. παῖ] παῖς Flor. 1.

1480. ἴτωσαν εἰς σὴν σὺν θεᾶς ἀγάλματι | γαῖαν, καθιδρύσαιντό τ' εὐτυχῶς βρέτας] Noster Ion. 1130. θύσας δὲ γενέταις θεοῖσιν, ἣν μακρὸν χρόνον | μένω, παροῦσι δαῖτες ἔστωσαν φίλοις. Uterque locus suspiciosus est, propter tertiam pluralem imperativi in ωσαν terminatam. Ἴτων dixit Æschylus Eum. 30. καὶ νῦν τυχεῖν με τῶν πρὶν εἰσόδων μακρῷ | ἄριστα δοῖεν. κεἰ παρ' Ἑλλήνων τινὲς, | ἴτων πάλῳ λαχόντες, ὡς νομίζεται. Ἰόντων in vulgatis saltem exemplaribus exhibent Thucydides 4. 118. Plato Legg. 12. p. 956 C. Hæc forma si legitima est, facile nostro loco reponitur εἰς σὴν ἰόντων. Altero loco legendum suspica-

bar ἑστᾶσιν. Antiquissima hujus formæ exempla, quæ quidem hodie supersint, quæque indubiæ sunt fidei, in Archestrati versibus ab Athenæo allegatis occurrunt. P. 4 E. Ἕστωσαν δ' ἢ τρεῖς ἢ τέσσαρες οἱ ξυνάπαντες. P. 56 C. Ῥυσαὶ καὶ δρυπεπεῖς παρακείσθωσάν σοι ἐλαῖαι. Hic Aristotelis æqualis fuit. Occurrunt περιμαξάτωσαν et περιθέτωσαν apud Menandrum Μητραγύρτῃ p. 120. ed. Cler. Sed Menandri ætate Attice loqui jam desierant Athenienses. ELM. Sed formam ωσαν satis tuebitur Thuc. 1, 34. μαθέτωσαν et Æschin. c. Tim. e lege Attica afferens p. 61 sqq. ed. Reisk. κυριευέτωσαν, εἰσφερέτωσαν, κρινάτωσαν, ἐγγραψάτωσαν, et p. 37 sq. ἀνοιγέτωσαν, κλειέτωσαν, ἐάτωσαν, ἔστωσαν. MATTH.

1482. τάσδ'] τάσγ' Flor. 1.

1485. νηῶν] Scribendum νεῶν cum Boissonadio.

θεά] θεᾷ Par. C.

1486. Hunc versum Minervæ tribuit Par. B., Thoanti continuat Ald.

χρεὼν] Scribendum χρῆν. Vid. ad Hecub. 260.

1487. Huic versui Apollinis persona præscripta est in Par. A.B.C. Flor. 1. 2, Minervæ in Ald. "Huic iambo præfigitur απολ. seu persona Apollinis in B.C. Non recte, opinor: quia in veterum tragœdiis *duo dii* ἐκ μηχανῆς nunquam, quod scio, adhibentur. nam Castor et Pollux qui apparent in catastrophe Helenæ et Electræ Nostri, pro uno tantum numine habendi sunt. Nescivit interpolator, Minervam fuisse sororem (ὁμοπάτριον) Dianæ: Soph. Œd. Tyr. 166. Noster Ion. 467. Unde putavit Apollinem necessarium esse, propter ista, ἀδελφῆς τῆς ἐμῆς, ver. 1489." MARK.

1490. 1491. Minervæ tribuuntur in libris. "Anapæstos omnes choro tribuendos putavimus. Minervæ voto pro felici illorum reditu chorus statim adjunxit suum; deinde se ad ipsam Minervam convertit, ita ut illud ἀλλὰ fere significet *quod ad te attinet*. Recte autem Marklandus conjungit ἴτ' ἐπ' εὐτυχίᾳ, i. e. ἴτε εὐτυχεῖς, εὐτυχῶς, ἐπ' εὐτυχεῖ πότμῳ, coll. Iphig. Aul. 1523. et εὐδαίμονες τῆς σωζ. μοίρας, i. e. ἕνεκα τῆς μοίρας. Σωζομένης equidem non reddo per σωζούσης, sed explico *felices ob servatam* vitæ vestræ *sortem*, i. e. felices ob sortem, qua servamini." SEIDL. Aristides vol. 2. p. 424. ἐπειδὴ τοιαῦτ'

ἀφέστηκεν, ἀπολαῦσαι τοῦ βίου τὰ κάλλιστα, ἵν' εἰ μὲν τῆς σωζομένης μοίρας εἴημεν, ἐν τοῖς καλλίστοις σωζοίμεθα. MUSG.

1491. *εὐδαίμονες*] *εὐδαίμονος* Par. C. Flor. 1. 2.

1495. *τερπνὴν* L. Dindorfius. Legebatur *τερπνόν*.

1497—1499. De his versibus dictum ad finem Orestis.

1497. *σεμνὰ Νίκα*] Scribendum *σεμνὴ Νίκη*.

RHESUS.

RHESUM ab Euripide juvene scriptum esse diserto docemur Cratetis Mallotæ testimonio, quod non potest dubitari quin didascaliarum, quæ grammatici illius ætate supererant integræ, auctoritate nitatur. Id prodidit scholiasta codicis Vaticani ad v. 515. Κράτης ἀγνοεῖν φησι τὸν Εὐριπίδην τὴν περὶ τὰ μετέωρα θεωρίαν διὰ τὸ νέον ἔτι εἶναι, ὅτε τὸν Ῥῆσον ἐδίδασκε. Jam quum Euripidem primum in certamen descendisse constet anno ætatis vigesimo quinto, archonte Callia, qui eponymus fuit olympiadis octogesimæ primæ anni primi, non improbabile nobis videtur Rhesum eidem olympiadi esse assignandum, ita ut hæc tragœdia quindecim circiter annorum intervallo ab Alcestide sit disparata, quæ archonte Glaucino olymp. 85, 2. acta antiquissima ceterarum esse videtur quæ supersunt tragici fabularum. Quod si recte conjecimus, non miranda est dissimilitudo quædam, quæ Rheso cum reliquis Euripidis tragœdiis intercedit, jam ab ignoto quodam animadversa grammatico, qui tamen mira judicii perversitate Sophocleæ quam Euripideæ tragœdiæ similiorem esse Rhesum autumat: quod his verbis traditum est argumento Græco subjectis in codicibus Vaticano, Florentinis aliisque: Τοῦτο τὸ δρᾶμα ἔνιοι νόθον ὑπενόησαν, Εὐριπίδου δὲ μὴ εἶναι. τὸν γὰρ Σοφόκλειον μᾶλλον ὑποφαίνει (ὑπεμφαίνειν?) χαρακτῆρα. ἐν μέντοι ταῖς διδασκαλίαις ὡς γνήσιον ἀναγέγραπται, καὶ ἡ περὶ τὰ μετάρσια δὲ ἐν αὐτῷ πολυπραγμοσύνη τὸν Εὐριπίδην ὁμολογεῖ. Quæ si quis cum similibus comparet grammaticorum opinionibus, cujusmodi est de Antigona non Sophocli, sed Iophonti tribuenda, et de comicorum quibusdam fabulis, de quibus exposui ad Aristophanis fragmenta p. 503, facile sentiet levem istiusmodi dubitationem nullius esse momenti ad labefactandam hujus tragœdiæ auctoritatem. Accedunt ad hæc alia. Ac primo quidem in scholiis Vaticanis quamvis Aristarchi, Cratetis, Parmenisci aliorumque grammaticorum antiquissimorum ad hanc fabulam annota-

tiones commemorentur, tamen nullum usquam indicium animadvertimus, ex quo dubitatum de auctore esse intelligatur. Quid quod ab Aristophane quoque Byzantio, cui in codice Vaticano argumenti Græci expositio tribuitur (Ῥῆσος—περιέχει δὲ νυκτεγερσίαν), genuina esse habita videtur: quo indicio fortasse paullo longius progredi et Callimachum quoque, qui integro seculo antiquior Aristarcho testis est, illis annumerare licebit grammaticis. Nam Aristophanem Byzantium in conscribendis fabularum scenicarum ὑποθέσεσι Callimachi tabularum auctoritatem esse secutum ex Etymologico M. p. 672, 28. colligi potest, ὁ δὲ Χοιροβοσκὸς εἰς τὸ ἀνεκφώνητον λέγει πίνακας ἐν οἷς αἱ ἀναγραφαὶ ἦσαν τῶν δραμάτων. ὁ οὖν (γοῦν) Καλλίμαχος ὁ γραμματικὸς ἐποίει πίνακας ἐν οἷς ἦσαν αἱ ἀναγραφαὶ παρὰ τῶν ἀρχαίων· οἷς ἐντυχὼν ὁ γραμματικὸς ἐποιήσατο τὰς ὑποθέσεις τῶν δραμάτων. quæ recte redintegrare videtur Bernhardyus in Historia literaturæ Græcæ vol. 1. p. 135. ἐποίει πίνακας, ἐν οἷς ἦσαν ἀναγραφαὶ ποιητῶν ἀρχαίων· οἷς ἐντυχὼν Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικὸς—. collato Athenæo 9. p. 408 F. ubi Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικὸς memoratur ἐν τοῖς πρὸς τοὺς Καλλιμάχου πίνακας. Denique illud quoque non est prætermittendum, ab scriptore vitæ Euripidis satis antiquo, quem Baccharum editioni adjunxit Elmsleius, tres tantum, quæ dubiæ esse visæ sint, memorari fabulas Euripideas, inter quas Rhesus non est. Ex his omnibus satis apparere arbitror, vetustissimis quibusque et doctissimis grammaticis genuinam hanc visam esse fabulam Euripidis. Longe diversæ recentiorum quorundam virorum doctorum opiniones fuerunt, quorum dux et signifer exstitit Josephus Scaliger, qui in Prolegomenis ad Manilium p. vi. scriptorem Rhesi magnis quidem laudibus extollit vetustissimumque esse concedit, sive Sophocles sive alius sit, sed Euripidem esse negat. Quæ tota disputatio non alio nititur fundamento quam ignoti istius grammatici verbis, quæ ex codice Florentino, quo Scaligerum quoque usum esse constat, aliisque libris supra apposuimus. Nihilominus Scaligero non pauci posteriorum temporum viri docti sunt assensi, non argumentis, quæ ab Scaligero nulla sunt allata, permoti, sed temere quæ ille dixisset credentes, auctoritatem clari nominis reveriti, donec Valckenarius, sui vir judicii, cujus disputationem infra apponemus, hanc quæstionem diligentius tractandam sibi sumeret et hanc fabulam, quamvis Athenis scriptam,

tamen Euripide nihilo digniorem quam Sophocle esse pronunciaret, ceterum in medio relinqueret a quo et qua ætate scripta esset: de quo postmodum alii alia conjecerunt. Duobus autem potissimum argumentis usi sunt et ipse Valckenarius et qui sententiam ejus defendere sunt conati, quorum alterum ab inventione et tractatione fabulæ, alterum ab genere dicendi est petitum, quod nimis dissimile esse visum est Euripideo. Et argumentum quidem fabulæ, quod ex Dolonea Homeri, id est libro decimo Iliadis, petitum ab Euripide est, negant aptum esse tragœdiæ et a poeta ita esse tractatum contendunt ut plane negligeret, quod primarium in tragœdia est, ut spectatorum animi metu, miseratione, admiratione commoverentur. Quæ si quis vel omni ex parte verissime dicta esse concedat, non efficietur ut propterea abjudicanda ab Euripide hæc fabula videatur, quum argumentatio illa vitio laboret quod petitionem principii vocare solent logici. Sumitur enim pro concesso quod nondum est a quoquam demonstratum, Rhesi fabulam ab Euripide justa pertractari debuisse tragœdia, id est tali quæ vel primum vel secundum vel tertium trilogiæ tragicæ locum recte obtineret: id quod olim quidem facile credi poterat affirmantibus, hodie non potest, nisi idonei testis auctoritate ostensum fuerit genuinam fabulam Euripidis, cui, quum perisset, spuriam hanc quæ supersit fabulam substitutam esse conjiciunt, unum ex tribus illis, quos modo dicebam, trilogiæ tragicæ locis occupasse. Nam ex quo Alcestidis exemplo, quod unicum fuisse atque singulare nemo facile sibi persuadebit, genus quoddam cognovimus fabularum scenicarum, quæ medium tenerent inter tragœdiæ gravitatem et dramatis satyrici levitatem trilogiisque tragicis pro dramate satyrico adjicerentur, nihil impedit quominus Rhesus quoque satyrica habeatur: nam sic brevitatis caussa quartam tetralogiæ fabulam vocare liceat. Satyrica autem si fuit, manifestum est quæ reprehensa esse supra dixi, adeo non esse reprehendenda ut excusanda potius et quædam etiam laudanda esse prudenterque instituta videantur, et argumentum ex Homero judicio non minus recto sit delectum quam Cyclops ab Ulixe occæcatus in fabula cognomine Euripidis. Quod si quis objiciat, ne hoc quidem, quod nos conjicimus, ullius niti fide testimonii, nihil aliud efficiet quam ut ab ancipiti hoc argumentorum genere plane abstinendum sit, donec cognoverimus qui tetralogiæ locus Rheso datus

fuerit, ceterum conjecturam improbabilem præferre videatur probabili, cui argumenti et inventio et tractatio et, quod minime negligendum, exiguus fabulæ ambitus tantopere favet quantopere contrariæ adversatur sententiæ.[a]

Paullo speciosiora sunt quæ de dictione non satis Euripidea contra Rhesum ab Valckenario aliisque sunt allata. Eorum tamen alia facilem ab juvenili ætate poetæ excusationem habent, alia cupide magis quam vere sunt notata, ut, si quis hoc agat, eodem fere jure alias quoque tragœdias in dubitationem vocare possit, quod Baccharum exemplo ostendit Vaterus in Prolegomenis ad Rhesum p. cix. His omnibus autem detractis quæ relinquuntur ab more tragicorum, ut visum est, aliena ita sunt comparata ut aliquam ad persuadendum vim essent habitura si numerosiora essent: nunc ipsa paucitate sua elevantur. Redeunt enim ad hæc tria, quod formis Homericis δέχθαι et μεμβλωκότων usus est poeta v. 525. 629. et μηνίων syllaba media correpta solus tragicorum dixit v. 494. (nisi forte eadem mensura Euripidis versui est adhibenda Hippol. 1146.). Qualia in aliis quoque tragicorum fabulis inveniri solitaria satis constat. Cujusmodi est ὕμμε et ἰδὲ (pro ἠδὲ) ab Sophocle dictum in Antigona, ἀμέρσαι ab Euripide Hec. 1029, ὁ pro ὃς in Hippol. 525. ἔροτις pro ἑορτὴ in Electra v. 625. σίφωνα correpto iota in Cycl. 439. et quæ sunt reliqua hujus generis: quæ si in Rheso legerentur, inter argumenta νοθείας relata videremus, nunc, quum in fabulis reperiantur extra dubitationem positis, patienter feruntur.

Reliquum est ut Valckenarii et Matthiæ apponamus disputationes, ut non nostram solum sententiam, sed aliorum quoque argumenta cognoscere et ipsi judicium facere possint lectores.

Valckenarii Dissertatio de Rheso, excerpta ex Diatribe in Euripidis fragmenta (*c.* 9. *et* 10. *p.* 88—114.)

Quo capite physica quædam Euripidis attigi miretur forsan aliquis, Rhesi nullam a me factam fuisse mentionem, qui qui-

[a] Tertium de hoc genere exemplum Euripidis fortasse Heraclidarum fabula est habenda: quæ etsi aliquanto τραγικωτέρα est quam Rhesus, tamen mollibus illis et lugubribus, quas tragœdiis inserere consuevit Euripides, cantibus caret et paucioribus quam ulla ceterarum, præter Rhesum et Cyclopem, versibus absolvitur, ut aptissimus ei esse videatur quartus tetralogiæ locus.

dem in argumento Rhesi dramatis ista legere se meminerit: τὸ δὲ δρᾶμα ἔνιοι νόθον ὑπενόησαν, ὡς οὐκ ὂν Εὐριπίδου· τὸν γὰρ Σοφόκλειον μᾶλλον ὑποφαίνει (scribendum ὑποφαίνειν) χαρακτῆρα· ἐν μέντοι ταῖς διδασκαλίαις ὡς γνήσιου ἐπιγέγραπται, καὶ ἡ περὶ τὰ μετάρσια δὲ ἐν αὐτῷ πολυπραγμοσύνη τὸν Εὐριπίδην ὁμολογεῖ. Sed mirari desinet, ubi cognoverit, in dramate Rhesi superstite, cui præfiguntur ista, nihil reperiri quod illuc referri potuerit, nisi forsan unum illud, quo Trojani vigiles, qui Chorum conficiunt, Pleiadum sideris jam apparentis, et Aquilæ medium cœli tenentis, meminere v. 523.

Τίνος ἁ φυλακὰ, τίς ἀμείβει
Τὰν ἐμάν; πρῶτα
Δύεται σημεῖα· καὶ ἑπτάποροι
Πλειάδες αἰθέριαι·
Μέσα δ' αἰετὸς οὐρανοῦ ποτᾶται.

quibus tragicus Homerica quodammodo expressit ex Iliad. K'. v. 251.

ἐγγύθι δ' ἠώς·
Ἄστρα δὲ δὴ προβέβηκε· παρῳχηκεν δὲ πλέων νὺξ
Τῶν δύο μοιράων.

ista autem ex Rheso, quæ recte cepit clar. amicus Musgravii, p. 145. velut ab astronomiæ peritissimo poeta scripta Jos. Scaliger admiratur in Prolegom. ad Manilium, p. 6. et 7. ubi, præter cetera, *Auctor*, inquit, *Rhesi vetustissimus scribit Vergilias eminere supra finitorem Aquila culminante.* Qui Rhesum Euripidis esse tragœdiam cum Scaligero negat, Sam. Petitus Scaligeri tamen super hoc loco observata conatus est labefactare Miscell. III. c. xxii.—Ab hoc uno loco si discedas, nulla hoc in dramate deprehendetur περὶ τὰ μετάρσια πολυπραγμοσύνη· neque ista pauca videntur hac potuisse nota designari,[b] tanquam quæ censeri deberent Euripidem χαρακτηρίζειν· quum contra minus accurate de sideribus loquatur Euripides; hoc monuit Scaliger ibidem, et Castig. in Catull. p. 92.

Si hujus nominis drama scripsit Euripides Mnesarchides, posset quis suspicari, ex istius argumento sumta, quæ supra posui; prout Scaliger putabat, de duobus argumentis, quæ

[b] Inanis hæc est opinio Valckenarii nec dubitandum quin grammaticus unum illum locum in mente habuerit, de quo copiosas exstitisse scholiastarum disputationes ex scholiorum quæ supersunt excerptis intelligitur. G. D.

Sophoclis præfiguntur Philoctetæ, alterum, versibus scriptum senariis, non istius esse dramatis, sed alterius cognominis sive Æschyli seu Euripidis; nam ad istud argumentum hæc sua manu scripsit vir summus in exemplari edito Bibl. Leidensis: *ἔστιν ὑπόθεσις οὐ τοῦ παρόντος δράματος, ἀλλὰ τοῦ ἐπωνύμου, ἢ τοῦ Αἰσχύλου ἢ τοῦ Εὐριπίδου· ἀμφοτέροι γὰρ Φιλοκτήτην δρᾶμα ἐδίδαξαν.*

Sed Rhesi drama superstes cujuscunque sit auctoris, videtur ad nos imperfectum pervenisse. Ex ejus prologo, qua parte deficit, versus aliquot, atque adeo dramatis initium, quod hue usque latuit in tenebris, hic in lucem proferam. Verbis ex argumento vulgato paulo ante descriptis, in Euripidis Codice MS. Florentino, quem Is. Vossius adhibuit, hæc proxima subjunguntur, ex libello descripta Leidensis Bibliothecæ: *Πρόλογοι δὲ διττοὶ φέρονται. ὁ γοῦν δικαίαν ἐπιτιθεὶς τὴν ὑπόθεσιν τοῦ Ῥήσου γράφει κατὰ λέξιν οὕτως,*

Νῦν εὐσέληνον φέγγος ἡ διφρήλατος

Καὶ ἐν ἐνίοις δὲ τῶν ἀντιγράφων ἕτερός τις φέρεται πρόλογος, πεζὸς πάνυ, καὶ οὐ πρέπων Εὐριπίδῃ. καὶ τάχα ἄν τινες τῶν ὑποκριτῶν διεσκευακότες εἶεν αὐτόν. ἔχει δὲ οὕτως. Sequuntur tum undecim senarii, partim Is. Vossii, meo partim arbitratu sic leviter emendandi:

Ὦ, τοῦ μεγίστου Ζηνὸς ἄλκιμον τέκος,
Παλλὰς, παρῶμεν· οὐκ ἐχρῆν ἡμᾶς ἔτι

c In his versibus, quæ Codicis Florentini contextus minus sincera dabat, erant in margine melius scripta. Sed v. 4. pro *μακῇ δορὸς*, quæ Codicis erat lectio, ponere malui, *ἐν μαχῇ δορὸς* (ut in Eurip. Cycl. v. 5. et apud Stobæum, p. 240. 17.) quam cum Is. Vossio, *ἐν ἀκμῇ δορός*.—V. 5. vocem *βιαίας* in *βιαίαν'* immutavi; et prout oportebat sic scripta, v. 7. *ἔκρινα Κύπριν Ἀλέξανδρον θεάν*. Versum 9. sic Codex præferebat: *καὶ σῆς Ἀθηνᾶ, φίλτατ' ἐμοίθ' ἑῶν*· Is. Voss. emendabat: *Καὶ σῆς, Ἀθηνᾶ, φιλτάτη ἐμοὶ θεῶν*. turpis hiatus facile monstrabat formam legitimam *φιλτάτης*. [Codicis Vaticani ab Valckenarii lectione discrepantia hæc est, v. 1. om. *τέκος*, relicta lacuna. 3. *στράτευμα* 4. *μακρῇ* 5. *λόγχῃ βιαία ἕκτορος* 6. *ἐμοὶ γὰρ οὐκ ἔνεστι βάρβαρος, ἐξ ὅτ' ἔκρινε* 8. *προσήκειν* 9. *ἀθηνᾶ φίλα γ' ἐμοὶ* 11. om. *βίᾳ*. Ceterum Prolegomena codex hoc ordine exhibet, *Ὑπόθεσις ῥήσου. Ἕκτωρ τοῖς ἕλλησιν ἐπὶ κοίτῶν ἀκούσας αὐτοὺς πῦρ καίειν, εὐλαβήθη μὴ φύγωσιν. ἐξοπλίζειν δὲ διεγνωκὼς τὰς δυνάμεις μετενόησεν αἰνείου συμβουλεύσαντος ἡσυχάζειν, κατάσκοπον δὲ πέμψαντας δι' ἐκείνου τὴν ἀλήθειαν ἱστορῆσαι. δόλωνα δὲ πρὸς τὴν χρείαν ὑπακούσαντα ἐκπέμπεσθαι.* (*καὶ* addit Havn.) *τόπον εἰς τὴν παρεμβολὴν ἀφώρισεν αὐτῷ. Ἐπιφανέντες δὲ οἱ περὶ τὸν ὀδυσσέα καὶ δόλωνα μὲν ἀνῃρηκότες, ἐπὶ δὲ τὴν ἕκτορος κοίτην . . . . πάλιν* (lacunam explet Havn. *κοίτην ἐλθόντες πάλιν*) *ὑπέστρεφον οὐχ εὑρόντες τὸν στρατηγόν. οὗς*

Μέλλειν Ἀχαιῶν ὠφελεῖν στρατεύματα.
Νῦν γὰρ κακῶς πράσσουσιν ἐν μάχῃ δορὸς,
Λόγχῃ βιαίᾳ γ' Ἕκτορος στροβούμενοι.
Ἐμοὶ γὰρ οὐδέν ἐστιν ἄλγιον βάρος,
Ἐξ οὗ γ' ἔκρινε Κύπριν Ἀλέξανδρος θεὰν
Κάλλει προήκειν τῆς ἐμῆς εὐμορφίας,
Καὶ σῆς, Ἀθάνα, φιλτάτης ἐμοὶ θεῶν,
Εἰ μὴ κατασκαφεῖσαν ὄψομαι πόλιν
Πριάμου, βίᾳ πρόρριζον ἐκτετριμμένην.

Re minus considerata his versibus Is. Vossius subscripserat: *sunt autem hæc verba Ulyssis.* Imo vero sunt sine ulla dubitatione verba Junonis in scenam prodeuntis, Minervam, quam adloquebatur Trojanis non minus iniquam, ad auxilium Argivis suis ferendum graviter cohortantis, nocte istum diem sequuta, quo Græcos Hector maxima clade affecerat: hujus ubi meminit Homerus Il. K'. (v. 48—52.) in ista quidem parte carminis, quam Δολωνοφονίαν καὶ Ῥῆσον inscripsere, hujus dramatis argumento præcipuo, Junonis nullam fecit mentionem, sed ejus Scholiastes in Il. K'. v. 435. de Rheso agens, δείσασα, inquit, Ἥρα περὶ τῶν Ἑλλήνων Ἀθηνᾶν ἐπὶ τὴν τούτου διαφθορὰν πέμπει. illic etiam oraculo significatum scribit Rheso, invictum fore, ἐὰν οἱ ἵπποι αὐτοῦ τοῦ Σκαμάνδρου πίωσι, καὶ τῆς αὐτόθι νομῆς γεύσωνται. sed qua nocte venerat (αὐτονυχεὶ, inquit Eustathius) in castra Trojana, Rhesi tentoria *multa*

ἀθηνᾶ ἐπιφανεῖσα κατέσχε. καὶ τὸν μὲν ἕκτορα ἐκέλευσε μὴ ζητεῖν, ῥῆσον δὲ ἀναιρεῖν ἐπέταξε. τὸν γὰρ ἐκ τούτου κίνδυνον μείζονα ἔσεσθαι τοῖς ἕλλησιν ἐὰν βιώσῃ. τούτων δὲ ἐπιφανεὶς ἀλέξανδρος . . . . . πολέμου παρουσίαν. ἐξαπατηθεὶς δὲ ὑπὸ ἀθηνᾶς ὡς δῆθεν ὑπὸ ἀφροδίτης ἄπρακτος ὑπέστρεψεν· οἱ δὲ περὶ διομήδην φονεύσαντες ῥῆσον ἐχωρίσθησαν. καὶ ἡ συμφορὰ τῶν ἀνῃρημένων καθ' ὅλον ἦλθε τὸ στράτευμα. παραγενομένου δὲ ἕκτορος ἵνα αὐτὸς περιγίνηται τῶν πεπραγμένων τετρωμένος ὁ τοῦ ῥήσου ἐπιμελητὴς, δι αὐτοῦ . . . . ἕκτορος φόνον γεγενῆσθαι. τοῦ δὲ ἕκτορος ἀπολογουμένου τὴν ἀλήθειαν αὐτοῖς ἐμήνυσεν ἡ τοῦ ῥήσου μήτηρ ἡ μοῦσα, νεκρὸν κομίζειν τὸ σῶμα κἀποδυρομένη δὲ καὶ τὸν ἐπιπλακέντα αὐτῇ στρυμόνα διὰ τὸ τοῦ παιδὸς πένθος καὶ τὸν ἐξ ἐκείνου γεγενημένον ῥῆσαν, οὐδ' ἀχιλεῖ φησιν ἀδάκρυτον ἔσεσθαι τῶν κοινῶν, φανερῷ θανάτῳ τὴν ἰδίαν παραμυθουμένη λύπην. (Quæ post verba ἦλθε τὸ στράτευμα sequuntur παραγενομένου—λύπην omittit Havn. præcedentia quoque minus integra exhibens.) Τοῦτο τὸ δρᾶμα usque ad Εὐριπίδην ὁμολογεῖ, quæ verba supra p. 559. ut scripta in codice sunt apposuimus. πρόλογοι δὲ ἐν αὐτῷ δίττοι—καὶ ἐν ἑνίοις—φαίνεται πρόλογος—ἐκτετριμμένην. Ἀριστοφάνους ὑπόθεσις. Ῥῆσος μὲν ἦν στρυμόνος τοῦ ποταμοῦ—μιᾶς, παῖς, θρακῶν—παραγίνεται—ὑποθεμένης. μέγαν γὰρ ἔσεσθαι κίνδυνον ἐκ τούτου.—ἀνείλετο. Ἡ σκηνὴ—ὁ χορὸς—δὲ τὴν νυκτεγερσίαν. Τὰ τοῦ δράματος πρόσωπα—. G. D.]

cæde cruentus vastavit Diomedes, ejusque equos albicantes avertit in Græcorum castra,

priusquam
Pabula gustassent Trojæ, Xanthumque bibissent;

Virg. Æn. I. v. 476. qui de Diomede et Ulysse Homero narrata in par illud amabile Nisum et Euryalum, artifice manu disposita, transtulit.

Et, ne quis dubitet, tragœdiæ non optimæ pater, hac etiam in re, sicut in multis, verbis tamen potius, quam rerum apta dispositione, Homerum sequutus, Minervam fecit Ulyssi et Diomedi benignam adjutricem in Rheso contrucidando. Nam cum, interfecto speculatore Dolone contentus, in castra sua retrocedere cuperet Ulysses, adparet ex improviso Minerva, quidque facto opus esset amicos admonet. Ut Homeri Ulysses

ξυνέηκε θεᾶς ὄπα φωνησάσης,

Il. B'. v. 182. et Tydides in Dolonia, Il. K'. v. 512; sic Ulysses tragici Deam suam agnovit tutelarem, Rhesi v. 604.

Δέσποιν' Ἀθάνα, φθέγματος γὰρ ᾐσθόμην
Τοῦ σοῦ συνήθη γῆρυν· ἐν πόνοισι γὰρ
Παροῦσ' ἀμύνεις τοῖς ἐμοῖς ἀεί ποτε.

quæ partim ex Homereis, v. 278. *ἥτε μοι αἰεὶ Ἐν πάντεσσι πόνοισι παρίστασαι*, expressa sunt: sed cum his, et supra positis ex Flor. Cod. comparet mihi quis ex Ajace Sophoclis ejusdem Ulyssis simillima, v. 14.

Ὦ φθέγγμ' Ἀθάνας, φιλτάτης ἐμοὶ θεῶν,
Ὡς εὐμαθές σου, κἂν ἄποπτος ᾖς, ὅμως
Φώνημ' ἀκούω, καὶ ξυναρπάζω φρενί.

In his imitatorem Homeri agnovit Eustathius, qui Rhesi tragœdiam non memorat in suis ad Homerum commentariis.[d] Ut in Rheso Juno, sic in Ajace Sophoclis prima prodibat in theatrum Minerva, nec pro more Euripidis sola, sed Ulyssem adloquens, qui tentorium Ajacis adstabat speculator. Ad illud initium Rhesi,

d Eustathius p. 822, 3. ποιοῦσι δὲ οὕτως οἱ Τρῶες τάχα μὲν εὐθυβολώτερον, οἷα εἰδότες ὡς οὐδὲν ἀνύσουσι διὰ πολλὰ, τυχὸν δὲ καὶ διὰ τὸ βάρβαρον ἦθος, ὅπερ διαγράφει καὶ Εὐριπίδης, ἐν οἷς αἰτιᾶται τοὺς Τρῶας, ὡς μὴ τοῖς φίλοις προσφερομένους, καθάπερ ἐχρῆν. δεινοῦσι γὰρ ἴσως ὑπερκινδυνεῦσαι τῶν νεηλύδων, ὧν οὐδὲν αὐτοὶ ἀπώναντο. καὶ εἰ τοῦτο, ἄρα συντέθνηκε κατὰ τὴν παροιμίαν ἡ ἐκ τῶν Τρώων χάρις τῷ Ῥήσῳ. Quæ ad v. 833. et seqq. refert Vaterus in Prolegomenis p. x. G. D.

Ὦ, τοῦ μεγίστου Ζηνὸς ἄλκιμον τέκος,
Παλλὰς,

exigantur primi versus dramatum Sophoclis; Electræ,

Ὦ τοῦ στρατηγήσαντος ἐν Τροίᾳ ποτὲ
Ἀγαμέμνονος παῖ.

Œdipodis Tyranni,

Ὦ τέκνα Κάδμου τοῦ πάλαι νέα τροφὴ,

Œdipodis in Colono,

Τέκνον τυφλοῦ γέροντος, Ἀντιγόνη,

Antigones,

Ὦ κοινὸν αὐτάδελφον Ἰσμήνης κάρα.

Quisquis demum Rhesi drama scripserit, istius prologi conditor hac in parte non Euripidis morem, sed Sophoclis expressit artificium, qui, quantum apta valeret fabulæ dispositione præ Euripide, dramatum quoque suorum prologis demonstravit. Sophocleis, aut huic etiam Rhesi prologo, nihil simile deprehendetur in viginti qui supersunt prologis Euripideis.

In his Euripidis prologis, versibus elegantissimis, et sæpe magna cum cura κατερρυθμένοις, sed ad Homeream tamen Sophoclis majestatem neutiquam æquiparandis, totum dramatis argumentum, ea interdum enarrantur, quæ omnem ex ultima demum parte capiendam auditoribus intervertant voluptatem.

Sæpe nimis sunt verbosi; quique primus in scenam prodit solus verba facit, nec raro γενεαλογεῖ. Plus æquo mordax, justam tamen in Euripidis prologos meo quidem judicio censuram exercuit Aristophanes, acerbe διαβάλλων τὴν ὁμοειδείαν τῶν εἰσβολῶν τῶν δραμάτων, in Ranis v. 1230.—ad v. 1277. hoc vix uno potuit exemplo refelli,

Ἵν' οὗτος οὐχ ἕξει προσάψαι λήκυθον.

Tanquam in prologis ἡδέως ἀπαγγέλλων τὰ γένη ridetur in Acharn. v. 47, &c.

Sed undecim isti versus ex Rhesi prologo sic sunt facti, ut ipsa verborum σύνθεσις ex Sophocleis potius videatur quam ex Euripideis expressa: mirorque adeo grammatici Græci judicium, cui πρόλογος iste videbatur πεζὸς πάνυ, καὶ οὐ πρέπων Εὐριπίδῃ. nec multum vereor, ne illius hac in parte judicium ab elegantiarum veterum doctis spectatoribus meo anteponatur. Ista naturæ congrua simplex oratio, σεμνὴ καὶ εὐεπέστατα ἔχουσα μεγαλοπρέπεια, ne Sophocle quidem est inaigna, et, si ad paucos istos versus Rhesi totum drama, quod legimus,

responderet, suspicaremur cum Scaligero Sophoclem Rhesi dramatis esse auctorem.[e]

Sophoclem tamen, nec mirum, dubitanter nominat Scaliger, sed Euripidem fabulam scripsisse confidenter negat Prolegom. ad Manil. p. 7. ubi *auctor* inquit *Rhesi Tragœdiæ vetustissimus, qui sine dubio non est Euripides:*—Comment. in Culicem, p. 31. *auctor Trag. Rhesi, non enim est Euripides.* et habuit vir summus huic suæ sententiæ suffragatores, Flor. Christianum, Dan. Heinsium, Andream Schottum, et Sam. Petitum; hic, satis absurdam de Aristarcho tanquam auctore suspicionem suam exhibens, docte tamen Sophocli fabulam abjudicat et Euripidi, utiturque in eam rem argumentis minime contemnendis Miscell. III. c. xxii.

Euripidis editorem clarissimum non sane miror ista scribentem in Rhesi v. 427. "si qua mihi in his rebus perspicacitas, non modo Sophoclei characteris omnino nihil sapit, sed totum penitus Euripidem ad vivum exprimit. Hoc centum plus instantiis possem probare." Sic ex cathedra poterat S. T. B. Barnesius probabiliter loqui, et, nemine contradicente, si liberet, Ῥησίζειν. scripto mandata verba duntaxat videntur et neminem movent.

Illud sæpe miratus, tam pauca ex Rhesi dramate veteribus, Euripidea libenter adhibentibus, excitata, tandem animadvertisse mihi videor, hoc drama veterum perpaucis fuisse lectum.[f] Illinc sumtos quinquaginta minimum versus, aut integros, aut leviter ad suam in scribendis versibus infantiam accommodatos, incertus auctor inseruit tragœdiæ suæ Χριστοῦ πάσχοντος. In Jo. Tzetzæ (Chiliad. IV. v. 965, &c.) ἱστορίᾳ περὶ Ῥῆσον κατὰ Εὐριπίδην duo leguntur senarii qui sunt in Rheso v. 506, 507.—Ex Rheso quoque voces in Lexicon suum tragicum receperat Didymus; hinc præbet Hesychius, Γοργωπὸν ἕδραν, sumtum ex Rhesi v. 7. vidit A. Heringa, Observ. p. 212.

e Permirum Valckenarii judicium est de prologo illo, quem argumenti scriptor verissime judicavit πεζὸν πάνυ εἶναι καὶ οὐ πρέποντα Εὐριπίδῃ. Alter prologus ejusdem an melioris notæ fuerit ex uno qui appositus est versu νῦν εὐσέληνον φέγγος ἡ διφρήλατος judicari non potest: sed certissimum est utrumque vel ab histrionibus vel ab recentioribus poetis esse compositum, quemadmodum Iphigenia Aulidensis, quæ ipsa quoque ab anapæstis incipit, duobus aucta est recentiorum poetarum prologis, de quibus in Prolegomenis ad illam fabulam diximus. G. D.

f Idem de aliis non paucis dici possit Euripidis tragœdiis, ex quibus vix unum alterumve versum attulerunt grammatici. G. D.

Κερόδετα τόξα, ex v. 34. E. Spanhem. in Callim. H. Apoll. v. 33. Ὕπαφρον, ex v. 706. P. Wesseling. Probab. p. 47. Ἐδένασεν, ex v. 922. et 947. (ubi scripserat, opinor:

Μάτην ἄρ' ἡμᾶς Θρῆκιος[g] τροχηλάτης
Ἐδένασ', Ἕκτορ·)

Τολυπεύσας, Homericum, ex v. 741. Προταινὶ, ex v. 519. et ex proximo versu 520. Ἐγερτὶ, nam ubi vulgatur Ἐγεργεῖ, γρηγορεῖ, scribendum videtur, Ἐγερτὶ, ἐγρηγόρως. hæc forma vulgaris, Homericum est ἐγρηγορτὶ, in Il. K'. v. 182. illud in loco Rhesi legitur, et sensu nonnihil diverso in Soph. Antig. v. 419.—Ubi testis laudari potuerat Herodotus I. c. clxxiii. laudatur Εὐριπίδης ἐν Ῥήσῳ Eustathio in Dionysii Perieg. v. 270. respicienti versum Rhesi 29, 30. ubi pro τὸν eleganter γόνον corrigebat Jo. noster Piersonus:

Τίς δ' εἶσ' ἐπὶ Πανθοίδαν, ἢ γόνον
Εὐρώπας, Λυκίων ἀγὸν ἀνδρῶν.

Quis huc arcesset Polydamanta Panthi f. aut filium Europæ Sarpedona? Idem ille Piersonus in Verisim. I. c. vi. p. 82. alium Rhesi locum[h] emaculavit ex Etymologico MS. curatius elimatum Toupio Emend. in Suid. II. p. 21. In edito etiam Etymologico memoratur Εὐριπίδης Ῥήσῳ· et, velut Euripidis, Rhesi versus 211. adhibetur a Mario Victorino Artis Grammat. lib. I. Quantum recordor unicum tantum ex Rheso dictum in Excerpta sua Stobæus retulit, p. 360, 7. versum nempe 105. cum tribus sequentibus[i].

Tametsi non sit Euripidis istius nobilissimi drama, potuit ut Euripidis adhiberi, siquidem jam olim inter Euripidea locum repererit. Etiam florente republica Attica cognomines aliquot nobis innotuere; Euripides notatus Aristophani Ec-

g Vulgatam, Θρήκιος στρατηλάτης sic corrigo: viditque Portus *aurigam* fuisse Rhesi, quod liquet ex v. 767. 777. 800, &c. Speciem vulgatæ voci Barnesius conciliavit; et apud Homerum excitat Apollo cognatum Rhesi Θρηκῶν βουληφόρον Ἱππικόωντα· Il. K'. 518. sed in tragœdia famulus fuit auriga Rhesi; nec nominatur propterea. Poetis Latinis dictus *agitator equorum*, his poetis est διφρηλάτης, ἁρματηλάτης et τροχηλάτης. Eurip. Phœn. v. 39. Λαΐου τροχηλάτης· in hujus Troasin v. 444. ubi recte scriptum, Δαναΐδων στρατηλάτα· Codex Flor. exhibet ἀρχηγέτα.

h Versum 854. ad quem Dio quoque Chrysostomus respicit. G. D.

i Ad v. 435. a Parthenio respici monuit Vaterus. Idem in Prolegomenis p. xi. seqq. de poetarum Latinorum imitatione conjecturas protulit incertiores quam de quibus dicendum videatur. G. D.

cles. v. 821. quem rempublicam gessisse vidit St. Bergler. Euripides comicis irrisus recentioribus Anaxandridæ et Ephippo apud Athen. XI. p. 482 C. D. Duo quoque tragici poetæ, alter antiquior nostro; alter ipsius, Suida teste, ἀδελφιδοῦς. Secundum eumdem Suidam Noster filium etiam habuit sibi cognominem: hic Euripides, ut puto, post patris obitum, dramata paterna Iphigeniam in Aulide, Alcmæona, Bacchas, Liberalibus urbanis in certamen detulit, et quintæ, ut suspicor, victoriæ honorem paterno nomini comparavit: hoc partim nititur fide veterum criticorum in schol. ad Aristoph. Ran. v. 67. αἱ Διδασκαλίαι φέρουσι, τελευτήσαντος Εὐριπίδου, τὸν υἱὸν αὐτοῦ δεδιδαχέναι ὁμωνύμως ἐν ἄστει Ἰφιγένειαν τὴν ἐν Αὐλίδι, Ἀλκμαίωνα, Βάκχας. Bacchas præ ceteris, Luciano quoque judice T. III. p. 114. βιβλίον κάλλιστον, perplacuisse suspicor Atheniensibus, et hoc drama designatum Suidæ, ubi Euripides Mnesarchi F. quinta honoratus dicitur victoria μετὰ τελευτὴν, ἐπιδειξαμένου τὸ δρᾶμα τοῦ ἀδελφιδοῦ αὐτοῦ Εὐριπίδου. Euripidis cognominis fuisse suspicatur Heathius in Eurip. p. 83. quæ profert ex Eurip. Iphig. Ælianus.[k] Huic cognomini fratris filio, velut auctori tragico, tria Suidas attribuit dramata, Oresten, Medeam, Polyxenam: *ego et Rhesum illi tribuerim*, inquit Mart. Anton. Delrio Prolegom. in Senecæ Trag. p. 22. Quæ non sanequam absurda est suspicio: nec enim tum longe quærendum, cur alterius Euripidis dramati inter nobiliora locus fuerit concessus.

Quidquid hujus sit, id mihi quidem et cum aliis et cum eruditissimo Jacobo Hardionio jam ab aliquot annis (olim aliter sentiebam, re nondum satis explorata) visum fuit manifestum, Rhesi drama nec Euripidis esse, neque Sophoclis. Sophoclea quidem insunt, non pauca; loquendi quoque formulæ ab Æschylo et Euripide transsumtæ; sed, ab Æschyleis diversissimum, drama in universum non Sophocle tantum sed et indignum arbitror Euripidis persona. Horum ingenia qui cognoverint mecum opinor fatebuntur ab utriusque ingenio alienissima huic fabulæ inesse lineamenta. Verum sic hoc genus natura comparatum est, ut, quos in multis similes facile tanquam diversos dignoscas, difficulter tamen demonstres dissentienti.

k De his versibus vide quæ in Prolegomenis ad Iphigeniam Aulidensem dicta sunt. G. D.

Prætér prologum, de quo ante dictum fuit, tota œconomia fabulæ variis casibus implicitæ abhorret a more fingendi Euripideo. Qua parte semper habitus fuit ab antiquis criticis Euripides admirabilis, nihil est in hoc dramate, quod spectatoribus Atticis videri potuerit miserabile atque adeo dignum tragica majestate. Euripidæ proprium in omnibus tragœdiis, πολὺ τὸ γνωμικὸν hinc abest, ubi more potius Sophocleo hic illic brevissimæ quædam interseruntur, aptæ pleræque sententiæ.[1] Nullum est Euripidis drama, in quo Chorus non admisceat ab actione quædam remota, aut non attingat historias, quæ spectatoribus etiam Atticis videri debuerunt tenebricosæ: ad Eurip. Phœn. v. 1026. quædam prostant ea de re scripta: nihil in Rheso Chorus

medios intercinit actus,

Quod non proposito conducat et hæreat apte;

ubique contra, oratione, nisi vitiata sit a librariis, intellectu facillima, in Rheso, et multo quidem constantius quam debuerat,

Actoris partes chorus officiumque virile
Defendit.

Rhesi quidem conditor Sophocleæ Sirenis dulcedinem studuit, et Euripidis repræsentare τὸ ἀκριβὲς καὶ γλαφυρὸν, sed ab utriusque virtutibus, inprimis a verborum utrique propria συνθέσει, abfuit quam longissime. Dionysio Halic. judice solus inter tragicos usus est Euripides τῇ γλαφυρᾷ καὶ ἀνθήρᾳ συνθέσει. illa secundum Dionys. T. II. p. 46. et 47. εὔφωνά τε βούλεται εἶναι πάντα [τὰ] ὀνόματα καὶ λεῖα καὶ μαλακὰ καὶ παρθενωπά· τραχείαις δὲ συλλαβαῖς καὶ ἀντιτύποις ἀπέχθεταί που· τὸ δὲ θρασὺ πᾶν καὶ παρακεκινδυνευμένον καὶ δι' εὐλαβείας ἔχει. ad hanc normam qui cum Euripideis Rhesum comparabit, diversi patris filiolum fatebitur.—Aristot. Rhetor. III. p. 120. 4. ubi artem, ne offendat auditorem, in dicendo occultandam præcipit, κλέπτεται δ' εὖ, inquit, ἐάν τις ἐκ τῆς εἰωθυίας διαλέκτου ἐκλέγων συντιθῇ, ὅπερ Εὐριπίδης ποιεῖ, καὶ ὑπέδειξε πρῶτος.

Recedens ab Homerica Sophoclis et Æschyli præsertim magniloquentia, vocibus poeticis, quantum fieri poterat, evitatis, ex usitatis in sermone Atheniensium quotidiano selegit optimas et elegantissimas, atque his orationem suam artificio

1 Vide exempla ab Vatero in Prolegom. p. clvi. collecta, v. 69. 84. 106. 162. 206. 510. 626. 758. 980. G. D.

latente contexuit: usus Euripides *κοινοῖς καὶ δημώδεσι τοῖς ὀνόμασι*, (natura minime *μεγαλοφυὴς ὢν*) quantam tamen suis versibus vim indiderit *διὰ μόνου τοῦ συνθεῖναι καὶ ἁρμόσαι ταῦτα*, docet Longinus *π. Ὕ.* XXXIX. 3, &c. XV. 6.

In tot millibus Euripidæ senariis, perpauca verba reperientur, quæ harum rerum gnaris, poetis censeri queant solis usitatæ, aut illiteratis istius ævi Atticis incognitæ; quales Homericas fuisse plurimas, tum aliunde satis noveramus, tum demonstrat comici Stratonis locus perinsignis apud Athen. IX. p. 382. et 383. Istiusmodi *λέξεις*, vulgo inusitatæ, plures in uno Rhesi dramate reperiuntur, quam in undeviginti tragœdiis Euripidæ, perditarumque reliquiis omnibus. Euripidi quidem inusitatæ, sive Sophocleæ *λέξεις* seu Æschyli, hic a me longe plurimæ designari possent: de multis ex Rheso, quæ sunt ad manum, paucas adponam, quibus, me judice, sic nunquam fuisset usurus Euripides, prout illas adhibuit Rhesi poeta: V. 177. *Τίν' οὖν Ἀχαιῶν ζῶντ' ἀποινᾶσθαι θέλεις*; V. 505.— *κακῷ δὲ μερμέρῳ παλαίομεν*. V. 625. *πολεμίων μεμβλωκότων*, V. 772. *Ἤπυσα*. V. 922. *ἐδένυασεν*, et v. 948. V. 813. *μάραγνά γ', ἢ καρανιστὴς μόρος*. V. 741. *Θρῃξὶν πένθος τολυπεύσας*· quæ paulo post male repetita legi vidit amicus Musgravii. V. 519. *χρὴ προταινὶ τάξεων Φρουρεῖν ἐγερτί*. *Noctis caliginem* lecta voce sæpe dixit et Euripides *εὐφρόνην*· semel aut bis *ὄρφνην*. Rhesi conditor *κατ' ὄρφναν· ἐν ὄρφνῃ· δι' ὄρφνας*· singula posuit plus semel repetita. Talia vero, quæ dantur plurima, nunc non attingere statueram. Priora pleraque nemo miraretur, in Sophoclis si sparsa legerentur tragœdiis. Hic vocabulorum fuisse fertur novator: sed nova prorsus verba procudere, nisi a sono quædam ficta, ne Homero quidem licuit: potuit et obsolefacta Sophocles in usum revocare; et sæpius usu cognitis novam quamdam indidit significandi vim, qua parte summus tragicus habuit in Herodoto se dignum imitatorem. [Pergit Valckenarius capite 10.:]

[m] Rhesi drama neutri equidem, sed, si alterutri tribuendum

[m] Hæc mea de Rheso quæque leguntur capite nono, prout hic vulgantur, ante scripta sunt, quam legissem Jacobi Hardionii de hoc Dramate Dissertationem, *dans les Mémoires de Littérature de l'Acad. Royale des Inscriptions et B. L.* T. X. p. 323—337. Tragici peccata notat vir egregius, p. 329. et seqq. Nec Sophocli drama tribuendum neque Euripidi decernit, p. 334, &c. Lectis Hardionii meisque observatis videbit lector eruditus, raro in eadem nos ambo incidisse cogi-

esset, libentius tamen Euripidi tribuerem quam Sophocli, a cujus ingenio castigatissimo, ordine fabulam legitimo disponentis, œconomia Rhesi, prorsus in multis ἀνοικονόμητος, planissime abhorret. Hanc in rem nonnulla S. Petitus jam indicavit turpissima hujus tragici peccata, qualia certe neque Euripides admisisset, εἰ καὶ (τὰ πλεῖστα) μὴ εὖ οἰκονομεῖ, ut scribit Aristoteles de Poet. c. xiii. p. 237. 27. sed quæ multo magis dedecent Sophoclem. Hic præterea, laudis semper æmulus Homereæ, quales tragœdia requirebat, heroas in scena semper σπουδαίους repræsentavit, οἵους δεῖ εἶναι. Hæc ab eodem summo doctore sæpius in eodem libello inculcata lex (p. 255. 4. 225. 27. 228. 27. 229. 12.) turpiter ab auctore Rhesi fuit violata.

Non Hectorem, præcipuum dramatis heroa, suis nobis coloribus expinxit, quem Sophocles sic fecisset loquentem, *ut fluere omnia ex ejus natura* viderentur; sed, absurde meo judicio, ut superbum et *sine pectore* militem, *qui nil nisi prœlia* nosset, cujusque temeritatem inconsideratam confutare debuerint et Æneas, et qui pro castris excubabant vigiles. Habuit in Ænea quem sequeretur: ex antiquis Philostratus in Heroicis, p. 723. ἐκάλουν οἱ Ἀχαιοὶ τὸν μὲν Ἕκτορα χεῖρα τῶν Τρώων, τὸν δὲ Αἰνείαν, νοῦν. Fueritque Trojanorum fortissimus Hector θρασὺς, manu melior, quam consilio, Hectora tamen dedecent quæ tragicus ipsum facit dicentem; quasque dat Æneæ partes, rectius, ut apud Homerum, sustinuisset Polydamas,

Πανθοίδης· ὁ γὰρ οἷος ὅρα πρόσσω καὶ ὀπίσσω·
Ἕκτορι δ' ἦεν ἑταῖρος, ἰῇ δ' ἐν νυκτὶ γένοντο·
Ἀλλ' ὁ μὲν ἄρ μύθοισιν, ὁ δ' ἔγχεϊ πολλὸν ἐνίκα.

Il. Σ'. 250. Hujus æqualis providentissimi, atque eo nonnunquam timidi, consiliis sæpe reluctatus, interdum utiliter se præbuit Hector Homeri morigerum. Ἕκτωρ [ὤνατο] Πολυδάμαντος, ubi scribit Ælianus V. H. XII. c. xxv. nonnulla notarunt Kuhn. et Perizonius.—Initio Rhesi vigiles, ne noceat officio defuisse, somno Hectorem excitant, indicaturi tota nocte in castris Græcorum ignes collucere, v. 41.

Πῦρ αἴθει στρατὸς Ἀργόλας, Ἕκτορ,
Πᾶσαν ἀν' ὄρφναν.

Hoc audito sibi mox Hector persuadet, fugam Græcos moliri; clamat ad arma; atque isthac ardet nocte fugientes insequi.

tandi vestigia, nisi quod rem eamdem nostro quisque modo conati simus probabilem reddere.

Verbis illum satis intempestivis a suspicione retrahere frustra vigiles conantur. Loquentibus intervenit Æneas; hic, re cognita, tanquam juvenis rector, regaliter damnat Hectoris audacem temeritatem. Si habuisset utrumque poeta probe cognitum, non tam arroganter ista fecisset Æneam dicentem v. 105.

n Εἴθ' ἦσθ' ἀνὴρ εὔβουλος, ὡς δρᾶσαι χερί·
Ἀλλ' οὐ γὰρ ὡὐτὸς πάντ' ἐπίστασθαι βροτῶν
Πέφυκεν· ἄλλῳ δ' ἄλλο πρόσκειται γέρας·
Σοὶ μὲν μάχεσθαι, τοῖσδε βουλεύειν καλῶς.

Τὸ καλῶς βουλεύειν tribuit, opinor, Antenori, Priamo, ceterisque curiæ Trojanæ senatoribus, *queis ætas longa magistra fuit:* suam tamen etiam Æneas tragicus βουληφόρου personam hic, modeste, sustinuit. Ad Creusæ suæ fratrem, maximum Hectora,

tota salus in quo Trojana manebat,

ista dixisset Æneas, si quis alius, magni imperatoris admirator, umbram Hectoris qui sic in somno compellabat:

O lux Dardaniæ, spes o fidissima Teucrûm!

Virgil. Æn. II. 281. Ad intolerabilem tamen istam superbiam nihil respondet Hector tragicus, et Hector Homeri prudentissimo sibique carissimo Polydamanti, votis contraria loquuto, nisi meum, inquit, consilium sequaris,

Αὐτίκ' ἐμῷ ὑπὸ δουρὶ τυπεὶς ἀπὸ θυμὸν ὀλέσσεις,

Il. M' 250.—Decebat Augusti personam ad Romanos duces scribentis Euripidæ trochaicus ex Phœn. v. 608.

Ἀσφαλὴς γάρ ἐστ' ἀμείνων ἢ θρασὺς στρατηλάτης.

sed Trojanos vigiles dedecet in Hectora dictum, Rhesi v. 132.

Σφαλερὰ δ' οὐ φιλῶ στρατηγῶν κράτη.

n Εἴθ' ἦσθ'] Præter Stobæum, p. 360, 7. quatuor versus istos leviter immutatos adhibuit Auctor Trag. Christ. v. 2373. Dum quartum sic exhibet, Σοὶ μὲν μάχεσθαι, τοῖσδε δ' αὖ κρύπτ' εἰδέναι· invenisse videtur in suo Codice Σοὶ et τοῖς· quod (τοῖσδε hic malui, quam τοῖς δὲ, vel τοῖσδε δὲ) recepi, probatum H. Stephano Annot. in Eurip. p. 116. qui magis accommoda, quam dederat P. Victorius V. L. X. c. 5. comparavit Homerici Polydamantis verba ex Il. N'. 729. Hectori movendo multo dicentis aptiora. Sallustii Jugurtha (B. I. c. VII.) *quod difficillimum in primis est, et prælio strenuus erat, et bonus consilio; quorum alterum ex providentia timorem, alterum ex audacia temeritatem adferre plerumque solet:* dedit ibi nonnulla Jos. Wassius. A *fortitudine* quantum distet *temeritas* monstrat auctor Rhetor. ad Herenn. IV. c. 25. Qui dicitur Eusebius apud Stobæum, p. 359, 37. Θάρσος τὸ πρὸς τὰ φοβερὰ σὺν λόγῳ αἵνεε, (ἀνδρεῖα γὰρ,) τὴν δὲ μετὰ ἀλογίης ἐπ' αὐτὰ ὁρμὴν, Θράσος νόμιζε, καὶ ἀποστύγεε. Ille itaque fortissimus Hector secundum Æneam tragici fuerit miles odiosus inconsiderata temeritate.

Mittere speculatorem in castra Græcorum dramatis Æneæ suadenti cum vigiles adstipularentur, quid Hector?—*quantum mutatus ab illo Hectore!* Νικᾶτ', inquit, v. 137.

Νικᾶτ', ἐπειδὴ πᾶσιν ἀνδάνει τάδε.

Verbis victus Hector Trojanos rogat vigiles, quis ex ista cohorte (οἵπερ εἰσὶν ἐν λόχῳ, v. 149. ut optime cepit Heathius:) vellet intra Græcorum ire munimenta quid agitarent speculatum; neque enim se dicit unum ad omnia sufficere; veritus videlicet, ne sibi regi et imperatori has speculatoris partes Æneas vellet demandatas. Sic certe loquitur, v. 152.

Οὗτοι πάντ' ἐγὼ δυνήσομαι
Πόλει πατρῴᾳ, συμμάχοις θ', ὑπηρετεῖν.

Non *magno laudum perculsus amore*, sicut apud Homerum Diomedes et Ulysses, Virgilii Nisus et Euryalus, suam sibi virtutem sat præmii reputantes, sed offert se periculo spe lucri motus quidam °Dolon. Hic in dramate primum alienissimo tempore multa super præmio cum Hectore loquutus, tandem (Æn. XII. 350.)

Ausus Pelidæ pretium sibi poscere currus,

se domum ait abiturum, ut ad opus se furtivum comparet. Fraudem, quam moliretur Dolon, intelligere desideranti Choro, hac adjecta ratione,

Σοφοῦ παρ' ἀνδρὸς χρὴ σοφόν τι μανθάνειν,

Sophus iste commentum suum pandit, quod isthoc ævo bellatoribus æque ac nostro perridiculum videri debuit: Homeri Dolon Il. K'. 334.

Ἕσσατο [δ'] ἔκτοσθεν ῥινὸν πολιοῖο λύκοιο·

° Vocula τὶς, hominem nobis in Dolone contemtum Homerus indicavit Il. K'. 314.

Ἦν δέ τις ἐν Τρώεσσι Δόλων, Εὐμήδεος υἱός·

cujus Diomedes nil magni fuerat de se pollicitus; Dolon, quod recte veteres in Homerum Critici monuerunt, αἰτεῖ μὲν ἀδύνατα, ὑπισχνεῖται δὲ πράξειν ὑπέρογκα. Homerum sequutus, Phryga *timidum* dixit Ovidius, *imbellemque Dolona*. vid. Salvagnius in Ovidii Ibin, v. 629. Hæc etiam, ita suspicor, fuisset emendaturus retractata Virgilius Æn. XII. 346. quibus dicitur Æneæ comes Eumedes

Antiqui proles bello præclara Dolonis,
Nomine avum referens, animo manibusque parentem.

In Iliadis Epitome, (quod elegans carmen, Pindari nomen præferens, utinam etiam ante diem rapto Higtio nostro licuisset expolire, centenis mendis expurgatum,) v. 712. legitur in Edd. *Trojanus juvenis*, in optimo Cod. MS. *Trojus Eumenides*: corrigendum arbitror, *Tros Eumedides*.

sive λυκέην, v. 459. hinc vide quid effecerit tragici Dolon, v. 208.

> P Λύκειον ἀμφὶ νῶτον ἄψομαι δορὰν,
> Καὶ χάσμα θηρὸς ἀμφ' ἐμῷ θήσω κάρᾳ,
> Βάσιν τε χερσὶ προσθίαν καθαρμόσας,
> Καὶ κῶλα κώλοις, τετράπουν μιμήσομαι
> Λύκου κέλευθον.

Aptum illud παρθένῳ ἠϊθέῳ τε videri poterat terriculum; et hinc diversa facies Orniti venatoris in Virgil. Æn. XI. 679; recte Longus τέχνην judicavit ποιμένι πρέπουσαν, Pastoral. I. p. 14. cujus ope Dorcon puellam terrefactam ad obsequium cogeret: in illum enim decore Longus transtulit, quæ mihi quidem in Trojano milite videntur absurda: Λύκου μεγάλου δέρμα λαβὼν,—περιέτεινε τῷ σώματι ποδῆρες καταυωτισάμενος· ὡς τούς τ' ἐμπροσθίους πόδας ἐφηπλῶσθαι ταῖς χερσὶ, καὶ τοὺς κατόπιν τοῖς σκέλεσιν ἄχρι πτέρνης, καὶ τοῦ στόματος τὸ χάσμα σκέπειν τὴν κεφαλήν. hæc Longi verba nobis interpretantur emendata tragici Dolonis, quem, natura timidum, recte Rhesi nobis poeta paucis versibus, 219—223. militem pingit arrogantem; nam se cum spoliis rediturum gloriatur, Ulyssis et Tydidæ cæde peracta, cujus omne robur erat

> Ventosa in lingua, pedibusque fugacibus.

Sed indigna sunt Sophocle et Euripide, quæ tragicus Hectori contribuit.

Actu II. prodit ex Ida monte pastor regius, gratissimum, ut putabat, nuncium allaturus Hectori super adventu sæpe Trojanis desiderati Rhesi cum exercitu Thracico. Pastorem primum vix alloquio dignatus Hector, tanquam de armentis verba facturum, ubi rem tandem intellexit, superbe respondet, nec Thracum se nunc auxilio, neque Trojam indigere Rheso defensore, qui, cum vocatus tempori non advenisset, nunc tandem post festum veniret; Trojam sua solius dextra defensam, et defensum iri, quandoquidem die, qui instaret, Græci tandem essent debellandi. Ad hanc magniloquentiam cum non inepte rusticus dixisset, non tamen auxiliatorem, Dea natum, temere repellendum videri, cujus sola præsentia for-

P Sic versus istos emendate scriptos ex Cod. Flor. exhibui in Eurip. Phœn. p. 152. b. Χάσμα θηρὸς obtulit etiam a se excogitatum clar. Jo. Toupius Emend. in Suid. III. p. 308. Cimbrorum equites in Plutarchi Mario, p. 420. B. gestasse dicuntur κράνη εἰκασμένα θηρίων φοβερῶν χάσμασι.

midinem hostibus incuteret; Chorus autem vigilum, si non ut auxiliarem, instar hospitis saltem Rhesum recipere suaderet; mox iterum totus a se mutatus Hector, utriusque sententia collaudata, Rhesum se tanquam socium recepturum pollicetur, pastoris, quem paulo ante despexerat, judicio motum, ut scilicet! Rhesus aureis armis, et clypei splendore

Oculorum præstringeret aciem in acie hostibus.

Hectoris mutati verba sunt, v. 335.

Σύ τ' εὖ παραινεῖς, καὶ σὺ καιρίως σκοπεῖς.
Ὁ χρυσοτευχὴς δ' οὕνεκ' ἀγγέλου λόγων
Ῥῆσος παρέστω τῇδε σύμμαχος χθονί.

Ad ista Chorus, priorum immemor, et Hectoris securus, laudes accinit Rheso, tanquam Deo tutelari, cujus unius præsentia, facile debellatis Græcis, antiquum Trojæ splendorem restitueret.

Satis odiosa Hectoris tragici videbatur arrogantia; sed illam tamen longe superat qui Actu III. prodit in scenam tertius gloriosus miles[q], ad cujus *virtutes ne* suas Mars *ausit æquiparare:* nam

Meri bellatores gignuntur, quas hic prægnantes fecit.

Neque tamen amatam sibi puellam Arganthonen Rhesus causam fuisse moræ fatetur, quod e Parthenio[r] noveramus, at bellum commemorat Scythicum: sed cur non etiam

Istas tu legiones difflavisti spiritu
Quasi ventus folia?

q Parum apta comparatione utitur Valckenarius rei exaggerandæ caussa. Nam Pyrgopolynicis Plautini mores longe diversi sunt ab iis quos descripsit Euripides. G. D.

r Parthenio auctore π. Ἐ. Π. c. 36. bello Trojanis coorto, *μετῆεσαν αὐτὸν οἱ βασιλεῖς ἐπίκουρον· ἡ δὲ Ἀργανθώνη, εἴτε δι' ἔρωτα,—εἴτε καὶ ἄλλως καταμαντευομένη τὸ μέλλον, βαδίζειν αὐτὸν οὐκ εἴα.* Fatum illa forsan morari voluit, quod suspicari potuit ex oraculo, memorato Eustathio et Schol. in Hom. Il. Κ'. 435.— In istis Parthenii *μετῆεσαν αὐτὸν*, non utique significat *miserunt eum* reges, sed Rhesum *arcessiverunt* Priamus et Hector missis legationibus; de quibus vid. Rhesi v. 396. et v. 932. ubi clar. Hardionio, p. 48. jure laudatam Codd. Reg. lectionem adfirmat tragœdia Χριστοῦ Πασχ. V. 1376. *ἀλλά σ' Ἕκτορος Πρεσβεύμασ', εἴτε μυρίαι γερουσίαι Ἔπεισαν ἐλθεῖν, κἀπικουρῆσαι φίλοις.*—Ubi Steph. Byz. meminit *Ἀργανθώνης, Ῥήσου γυναικὸς*, L. Holstenius commodum recordabatur Eustathii in Dionys. Perieg. v. 322. sed non vidit ex istis, *Μυσοὶ—ἀπὸ Μυσοῦ υἱοῦ Ἀργανθώνης τῆς γενναίας τῆς Ὀρεσιβίου*, mendosis, hæc effingenda sincera, *Ἀργανθώνης, Ῥήσου γυναικὸς, τῆς Ὀρεσιβίου.* ignoto patri nomen imposuisse putem conveniens vitæ venatricis puellæ, quæ solo amore venandi percussa homines ante oderat, quam pulcherrimum Rhesum cognovisset; in montibus et sylvis degens, *τὴν κατ' οἶκον δίαιταν καὶ μονὴν ἀπέστυγεν*, inquit Parthenius.

qui quidem hoc in dramate gloriaris, unicum tibi diem satis futurum, ad id omne conficiendum, quod per solidos annos decem perficere non potuisset Hector. Hectoris exceptus asperrima oratione, cum satis apte respondisset ad accusationis Hectoreæ singula capita, tarde quidem, tempori se tamen venisse testatur; effecturum enim, ut uno die sit cum Græcis debellatum; sequenti die, re confecta, domum se abiturum. En totidem pæne verba Pyrgopolinicis istius, v. 440.

Ἀλλ' ὕστερον μὲν ἦλθον· ἐν καιρῷ δ' ὅμως.
Σὺ μὲν γὰρ ἤδη δέκατον αἰχμάζεις ἔτος,
Κοὐδὲν περαίνεις· ἡμέραν δ' ἐξ ἡμέρας
Ῥίπτεις κυβεύων τὸν πρὸς Ἀργείους Ἄρην.
Ἐμοὶ δὲ φῶς ἐν ἡλίου καταρκέσει,
Πέρσαντι πύργους, ναυστάθμοις ἐπεισπεσεῖν,
Κτεῖναί τ' Ἀχαιούς. θ' ἁτέρᾳ δ' ἀπ' Ἰλίου
Πρὸς οἶκον εἶμι.

Sed horum immemor, Troja liberata periculo, spoliisque Diis consecratis, velle se dicit Hectore comitatum in Græciam proficisci, ut illam ferro et igne popularetur, v. 467.

Σὺν σοὶ στρατεύειν γῆν ἐπ' Ἀργείων θέλω,
Καὶ πᾶσαν ἐλθὼν Ἑλλάδ' ἐκπέρσαι δορί.

Græcorum fortitudinem in alieno quoque solo pugnantium decem annorum experimentis edoctus Hector, cum arroganter dicta refutasset philosophica moderatione, Thracem tandem interrogat, qua parte velit cum suis in prælio collocari: hic redit ad ingenium Rhesus; ad Hectoris regnum tutandum facere se velle ceteris otium significat, et solum pugnare: quod si sibi minus illud decorum judicaret Hector, adversus Achillem ceterosque Græcos se unum collocaret in prima acie: jam ante dixerat, v. 448.

Ὑμῶν δὲ μήτις ἀσπίδ' αἴρηται χερί.

(sic MS. Flor. pro αἱρέτω·) hic v. 484.

Μόνος μάχεσθαι πολεμίοις, Ἕκτορ, θέλω·
Εἰ δ' αἰσχρὸν ἡγῇ μὴ συνεμπρῆσαι νεῶν
Πρύμνας, πονήσας τὸν πάρος πολὺν χρόνον,
Τάξαι μ' Ἀχιλλέως καὶ στρατοῦ κατὰ στόμα.

Ajace tum Hector, Diomede, Ulysse collaudatis, Rhesi plenum arrogantiæ sermonem silentio refutans ab exercitu reliquo separatum Thracibus locum adsignat, ubi castris positis noctem istam exigerent quieti.

Quartum dramatis Actum, conditum non sine artificio, quod attigit R. P. Brumœus dans son Theatre des Grecs, T. IV. p. 401. dedecorant interventu suo Minerva et Alexander, ut recte Sam. Petito fuit animadversum Miscell. III. p. 192, 193[s]. Neque Euripides, nedum Sophocles, Deam in scenam introduxisset in Paride decipiendo tam turpiter mendacem; Minervæ Homericæ, et Sophocleæ in Ajace dispar est ratio. Hujus dramatis poeta Minervam non mendacem tantum repræsentat, sed muliebriter enarrantem illius hostis formidandi virtutes, (quibus dicta hominis non conveniunt;) tandem, quibus favebat, Ulyssi et Diomedi, nec mirum, adjutricem in obtruncando Rheso, carissimæ sibi Musæ filio unico.

Indice Dea non egentes heroes apud Homerum adventum Rhesi sedemque separatam ab exercitu cognoverant ex Dolone; tragici vero Dolon ante castris jam exierat, quam Rhesus ab alia parte venisset ad Hectora. Illud autem, sæpe ferendum in his antiquis poematis, non adeo plerisque mirum videbitur, pauxillo temporis momento, quo Minerva, Veneris faciem mentita, cum Alexandro loquebatur, confectam a Tydide fingi Rhesi comitumque cædem; equos ab Ulysse abductos. Alexandrum fraudibus suis amolita Dea, mox amicos retrahit ab incœpto,

(Sensit enim nimia cæde atque cupidine ferri,
Virgil. Æn. IX. 354.) his verbis usa:

[t] Ὑμᾶς δ' ἀϋτῶ, τοὺς ἄγαν γ' ὁρμωμένους,
Λαερτίου παῖ, θηκτὰ κοιμίσαι ξίφη·
Κεῖται γὰρ ὑμῖν Θρῆκιος στρατηλάτης,
Ἵπποι τ' ἔχονται·

[s] Dea carere non poterat poeta, quia opus erat aliquo, qui Græcis proderet Rhesum, cum Dolo ante ejus adventum abiisset. Has partes tribuit Euripides Palladi, quam decebat eum indicare ὃν οὐδεὶς ᾔδει ἀφεγμένον (854.). Non minus necessaria Alexandri persona. Nam ne dea, dum cædes Rhesi fit, ad ventos loqueretur, opus erat interlocutore, quem Alexandrum esse nescio quam bene voluit poeta. VATER. p. xli.

[t] In his dubitanter ὑμῖν, sed persuasus ὁρμωμένους restitui, pro ἐρωμένους· quod hinc alienum in his rebus exercitati fatebuntur, qui norunt ὁρμάμενον et ὁρμημένον in talibus aliquoties reperiri: ubi recte vulgatur in Eurip. Hippol. v. 1147. πρὸς δόμους ὁρμάμενον· MS. Flor. præfert ὁράμενον· quantillum hoc differt ab ἐράμενον;—Ex hoc quoque loco liquet, Diomeden Ulysse comitatum equos tantum Rhesi in sua castra avertisse, non currum: Scaligerum fefellit, notis in Culicem, p. 31. versus Rhesi 793. quo dicuntur ὄχημα πωλικὸν Λαβόντες ἵππων· sed his quoque, more scribendi Euripideo, *equos* solos designari ostendit

Hic subito Dea vigilum adventus admonitos amicos suos destituit: nec mirarer, ex Dolone cognita tessera istius noctis militari, Ulyssem solum præsentissimo se periculo potuisse liberare: sed vix intelligerem quomodo manibus vigilum elabi potuerint ambo, dum equos Rhesi albedine ardentes illinc averterent, nisi Deæ potentissima machina ad omnia sufficeret.

Versum dramatis 682. vigilum partim semichoro, partim Ulyssi contribuendum,

ΗΜ. Ἦ σὺ δὴ Ῥῆσον κατέκτας; ΟΔ. ἀλλὰ τὸν κτανοῦντά σε.

Petito non optime tentatum, p. 196. probabiliter interpretatur

clar. Heathius. De curru cogitantem Tydiden retraxit Homeri Minerva, Il. Κ'. 504—509. cui probabiliter fingitur Ulysses equos arcu propellens, quia ne scuticam quidem ex Thracico curru rapere cogitaverat,

In sua captivis castra revectus equis,

Sabini Ulysses, v. 17. Nusquam *equitatus* fit apud Homerum mentio; et ne hos quidem heroas nisi Minervæ monitu equis Rhesi velut equites usos contendit doctiss. Nicolaus Freretius dans les Mémoires de Littérature de l'Acad. des Inscr. T. VII. p. 287, 288.—In Iliadis Epitome, Pindari quæ dicitur, v. 735. *multo candore nitentes* (versus interjectus recte omittitur in MS.) Thraces (leg. Thracis) *equos rapiunt, quos nec præcederet Eurus*, (sic MS.) *Nec posset volucri cursu superare sagitta.* Homero pinguntur Il. Κ'. 437.

Λευκότεροι χιόνος, θείειν δ' ἀνέμοισιν ὁμοῖοι.

Qui candore nives anteirent, curribus auras,

Virgilio Æn. XII. 84. sed secundum Homeri Schol. χιόνος δύναταί τι λευκότερον γίνεσθαι, ἀνέμου θᾶσσον οὐδέν. Neque, opinor, inveniemus in Iliade Homeri vel Odyssea, *Vincentem pedibus ventos*, Manilii, v. 79. *cursuque pedum prævertere ventos*, Virgil. Æn. VIII. 807. XII. 345. Ipsius Achillis equi Homero ἅμα πνοιῇσι πετέσθην, Il. Π'. 149. ἀελλάδες et ἀελλόποδες ἵπποι, Lucian. vid. T. II. p. 500. Callimachus scripserat, ut puto,—ἀλλὰ θεόντων Ἰσανέμων· vel Ἴσ' ἀνέμοις· non Ὡς ἀνέμων, ut vulgatur in Fragm. CXXXV. Achillem ἰσάνεμον ποδοῖν dat Eurip. Iphig. in Aul. v. 206. In ejusdem tamen Callim. H. Dian. v. 94. Pan Deæ dedit venatrici Θάσσονας αὐράων κυνοσουρίδας. Quos ventis velociores dicere noluit Homerus, equos dixit Θάσσονας ἱρήκων, Il. Ν'. 819. Solis equos ventis, credo, velociores dixerat qui hymnum Soli scripsit, inter istos qui velut Homeri vulgantur, p. 106. Ed. nuperæ, quam debemus clariss. Ernesto,

καλὸν δὲ περὶ χροΐ λάμπεται ἕσθος
Λεπτουργὲς πνοιῇ ἀνέμων· ὑπὸ δ' ἄρσενες ἵπποι.

Solis etiam ἄρσενες ἵπποι sunt sane notissimi; sed ista, πνοιῇ ἀνέμων, dum quis nobis interpretetur, suspicabor equidem dedisse poetam:

ἕσθος
Λεπτουργές· πνοιῆς δ' ἀνέμων ὑπὸ θάσσονες ἵπποι.

His lectis, ὑπὸ in πολὺ quoque mutandum eleganter suspicabatur Jo. Luzacius. Nihil ista faciunt ad Rhesi drama, in cujus actu quarto destituit nos Codex Florent.

clar. Heathius: sed vigilibus, si noverant obtruncatum in tentorio Thracum regem, versus quomodo convenit 687?

Ἀλλὰ συμμάχους ταράσσειν δεινὸν ἐν νυκτῶν φόβῳ.

Noverant quidem, prope castra Græcos venisse speculatores; ignorasse tamen truncum Rhesi sanguine singultantem, manifestum est ex v. 741. (quod vidit etiam Petitus,) et v. 755. quibus respondent ad lamenta Thracis aurigæ.

Hic, graviter ipse quoque vulneratus, actu quinto[u] sic suum infortunium et domini cædem lamentatur, ut primum de cladis auctore dubitasse videatur, quam Græcis imputat exploratoribus Chorus, v. 800.

Ἤνίοχε Θρῃκὸς, τοῦ κακῶς πεπραγότος,
Μηδὲν δυσοίζου πολεμίους δρᾶσαι τάδε.

Sed cum vigilibus propter officium neglectum mortem Hector minaretur, omnem auriga Rhesi modum exsuperat, in ipso Hectore velut auctore facinoris palam accusando; Hectora dicit ipso Paride fratre magis sceleratum; quippe qui suum hospitem obtruncaverit, turpi motus equorum ejus adipiscendorum cupidine: hoc quibuscunque poterat argumentis auriga Rhesi demonstrare conatur, v. 830—850.

Ne his quidem dictis Hectoris exardescit violentia: dixisse saltem potuerat, qualia Virgilii Turnus in Drancen, Æn. XI. 408.

Nunquam animam talem dextra hac (absiste moveri,)
Amittes.

Sed ad ista vix ferenda convitia mitissime respondet Hector tragici, de Dolone, quem miserat exploratorem, multo magis sollicitus, quam de fama, castrisque suis, Rhesi regis, et socii, hospitisque, tristi cæde turpiter violatis. Cumque vulneris dolore Thrax irritatior impudenter instaret criminationi, Hectora dicentem facit, v. 865.

Σὺ δ' οὖν νόμιζε ταῦτ', ἐπείπερ σοι δοκεῖ.

Illo saltem, si sibi moriendum esset, in patria terra mori desiderante, Sithonia nive frigidior est versus, (Hecubam non dedecet in dramate Eurip. cognomine, v. 278. Μηδὲ κτάνητε· τῶν τεθνηκότων ἅλις·) quo respondet Hector:

Μὴ θνῆσχ'· ἅλις γὰρ τῶν τεθνηκότων ὄχλος.

u Quinti actus initium recte figit in v. 723. Hardionius dans les Mémoires de Littérat. &c. T. X. p. 328.

Quo se verteret domini tutela destitutus, nescienti famulo vide quam benigne Hector dicat,

Οἶκός σε κεύθων σύμὸς ἐξιάσεται.

Fabulæ conditoris, *Credo*,—

Sic maternus avus dixerit, atque avia.

Hoc humanitatis officium auriga Rhesi propterea repellente, quod manibus curari nollet homicidis; mansuetus instar ovis, qui semet ipse supra, v. 58. satis absurde leonem dixerat, Hector,

Ὀδ' αὖ τὸν αὐτὸν μῦθον οὐ λήξει λέγων.

Ad tot convitia, impudenter jactata, qui ne gemitum quidem dederat indignabundus, quid mirabimur si suis iste vigilibus facile fuerit placatus, quibus paulo ante, cœlo teste, mortem minabatur, v. 813.

Ἤτοι μάραγνά γ', ἢ καραναστὴς μόρος,
Μένει σὲ δρῶντα τοιάδ', ἢ τὸν Ἕκτορα
Τὸ μηδὲν εἶναι καὶ κακὸν νομίζετε.

His duo dat Hector mandata; primum ut aurigam Rhesi vulneratum in ædes suas (*tentorium* dicere potuerat,) deducant, atque illic affatim omnia curent ipsi necessaria subministrari, ut ne haberet scilicet! quod amplius criminaretur, v. 874.

x *Λάζυσθ' ἄγοντες αὐτὸν εἰς δόμους ἐμοὺς,*
Οὕτως θ', ὅπως ἂν μὴ 'γκαλῇ, πορσύνετε.

Alterum Hectoris mandatum Priamum spectat et senatum, quibus urbem ingressi cadavera honorifice sepelienda præciperent, v. 877.

νεκροὺς
Θάπτειν κελεύειν λεωφόρους πρὸς ἑκτροπάς.

Sed tot jam versibus agitata lis ne maneret indecisa, Dea erat ex machina evolvenda, quæ cladis auctores indicaret. Jam ante cœlo Junonem devocaverat et Minervam, *ἀνθρώπινα φρονούσας*. Hic una de Musis in aere apparuit: Euterpe fuerit,

x *Λάζυσθ'*—*Οὕτως θ'* optime restituit Reiskius: Eurip. Phœn. v. 1674. *Λάζυσθε τήνδε, κεἰς δόμους κομίζετε.*—*Πορσύνετε*, quod perperam acceperunt, significat *subministrate*.—Paulo post, pro *λαοφόρους*, alteram formam hic aptiorem prætuli, *λεωφόρους πρὸς ἑκτροπάς*. huic sæpe vulgarem substituerunt: *Μενέλεων*, pro *Μενέλαον* positum, in oraculo quod ex Œnomao dat Euseb. Præp. Ev. V. p. 223. B. versum vitiatum emendabit: apud Harpocr. in *Ἀργαῖος*, *Ἀρχέλεων* scripsisse Theopompum monstrat Aldinum *ἀγγέλεων*.

an Calliope, vel Terpsichore Rhesi mater, poetæ non satis constitit. Apparuit autem in ulnis gestans cruentum filii cadaver, hoc minus miserabile spectaculum, quod superba magniloquentia sibi vivus auditorum odium conciliaverat. Visa Dea Chorus, v. 882.

ʏ Ἐὰ ἐὰ, ὦ, ὦ,
Τίς ὑπὲρ κεφαλῆς θεὸς, ὦ βασιλεῦ,
Τὸν νεόδμητον [Ῥῆσον] χειροῖν
Φοράδην πέμπει;
Ταρβῶ λεύσσων τόδε πῆμα.

Musa cædis auctorem designat Ulyssem, et, more cœlestium, vindictæ cupida, hoc punito se sperat animum expleturam. Diris etiam devovet Diomeden, et, primam malorum causam, Helenam. Tum satis frigide suos uni Strymoni mutatæ virginis amores, ereptamque adeo sibi virginitatem spectatoribus enarrat, suamque pro filio sollicitudinem, quem fati non nescia frustra mater ab hac studuerit expeditione avertere. Hoc alienissimo loco captavit occasionem tragicus dicendi, quæ placitura noverat ingeniis Atticis. Velut oblita Dea priorum, hic nihil Ulyssem, nihil adeo fecisse fatetur Tydiden; omnem facinoris culpam in unam conjicit Minervam, v. 935.

ʏ In his vulgari solet versus 884. vitiosus: Τὸν νεόδμητον ἐν χεροῖν· elidi potuit a vicinis nomen Ῥῆσον, et explet versum anapæsticum: Ῥῆσον χειροῖν itaque posui pro ἐν χεροῖν· ἔνι χεροῖν scribens, Heathius vocem ξεῖνον vel similem excidisse suspicabatur.—Πέμπει versu seq. vitiosum puto: πενθεῖ forte non displicebit? *quæ Dea manibus gestans Rhesum luget?* Sed hos versus qui proximi præcedunt, partim cum Reiskio et Heathio, sic opinor restituendos:

Τίς ποτ' εὐτυχίας
Ἐκ τῆς μεγάλης Τροίαν ἀνάγει
Πάλιν εἰς πένθη
Δαίμων ἕτερόν τι φυτεύων;

Sic veteres ἕτερον et ἕτερόν τι per εὐφημισμὸν dicebant τὸ κακόν. quique *causa mali* Pythagoreis, Philolao, Timæo, Archytæ, ἀ κακοποιὸς ἀρχὰ, Plutarcho ὁ τῶν φαύλων δημιουργὸς, dicebatur et ἕτερος δαίμων. Plutarch. de Is. et Os. Ed. Squir. p. 116. οἱ δὲ τὸν μὲν ἀμείνονα, Θεὸν, τὸν δὲ ἕτερον, Δαίμονα καλοῦσιν, ὅσπερ Ζωροάστρης·—(Zoroastris de Deo magnifica dabit Euseb. Præp. Ev. I. p. 42. A.) hinc calamitates et infortunia ἕτερος δαίμων Phalaridi Epist. XII. Καλῶς et ἕτερος opponuntur Demostheni de Cor. p. 150. §. 150. Platonem in Theæteto scripsisse, p. 173. D. εὖ δὲ ἢ ἑτέρως τι γέγονεν ἐν πόλει· suspicor ex Jamblichi Protr. c. XIV. p. 84. 25. Miror quæ scripsit Bentleius ad censuram Boylei, p. 129.

[z] Καὶ τοῦδ', Ἀθάνα, παντὸς αἰτία μόρου,
(Οὐδὲν δ' Ὀδυσσεὺς, οὐδ' ὁ Τυδέως γόνος
Ἔδρασε, δράσας·) μὴ δόκει λελῃθέναι.

Deam Diva criminatur velut immemorem beneficiorum[z], quibus urbem Palladi dilectam sorores Musæ semper honorassent; suæ se arguit in Athenas benevolentiæ præmium referre, quod gestaret, cruentum filii cadaver.—Qui tam sollicitam famuli Thracis curam gesserat paulo ante Hector, hic ne verbo quidem debita matri dedit

solatia luctus
Exigua ingentis.

Indicat non obscure, se, vel absque Dea indice, cædis auctorem habuisse cognitum, v. 949. Legerat hic tragicus Homeri verba in Od. Τ. 331. Teucri Sophoclei Aj. v. 1008. sententiam Archilochi,

Οὐ γὰρ ἐσθλὰ κατθανοῦσι κερτομεῖν ἐπ' ἀνδράσιν.

Animi turpissimi vitium ne sibi Dea imputaret, Hector tragicus a se suspicionem removet, quæ nemini, nedum Deæ, poterat in mentem venire, v. 955.

Οὐ μὴν θανόντι γ' οὐδαμῶς ἐφήδομαι.

Hæc mea qui sibi sumserit examinanda, si voluerit ista per figuram λιτότητος tueri, quid proximis faciet, ubi se Deæ narrat Hector paratum ad honorem tumuli mortuo deferendum? Sed hoc officium aspernata Dea quos filio duraturos pararet honores indicat; neque ipsa muliebriter mortuum lamentata Thetidis, filii casum multo gravius laturæ, semet ipsa solatur exemplo, v. 971.

Ῥᾷον δὲ πένθος τῆς θαλασσίας θεοῦ
Οἴσω· θανεῖν γὰρ καὶ τὸν ἐκ κείνης χρεών.

Unius tandem filioli Musa mater in locum excurrit communem, et vitam sterilem, quia vacat istiusmodi sollicitudinibus,

[z] Hæc posui, prout eleganter a S. Musgravio fuere collocata Exercitat. in Eurip. II. c. 9.—In versu 955. hic quidem scribere ausus sum ἐφήδομαι pro συνήδομαι· narrat quidem Pollux III. 101. Isocratem συνηδόμενοι scripsisse, ἀντὶ τοῦ ἐφηδόμενοι. quo nihil aliud conficias, quam Codicem grammatici hac in voce fuisse vitiatum: ἐφησθησόμενοι recte nostræ præferunt Edd. (p. 176. c.) hoc verbum, non illud, in talibus adhibebant veteres.

[a] Istam partem dramatis, v. 938. et seqq. docte Jac. Hardionius interpretatur, p. 335. quodque putat Socratem obscure poetæ designatum mihi minus displicet, quam Heathio.

fœcundo præponit matrimonio. Hector denique, curis istis solutus, Rhesi sociorumque Thracum immemor, redit ad ingenium; ignes in Græcorum se naves jaculaturum pollicetur, atque isthoc die bello finem impositurum, v. 985.

Hæc in sua luce collocata qui non putat indigna pleraque Æschylo, Sophocle, vel Euripide, hunc equidem existimabo cum istiusmodi ingeniis nondum satis consuevisse familiariter. Eum etiam in finem hæc scripsi, ne φιλευριπίδειος, Euripidis, ut tragici, nimius viderer admirator, cui verum videtur Aristotelis judicium, de Poet. c. VI. ἐάν τις ἐφεξῆς θῇ ῥήσεις ἠθικὰς, καὶ λέξεις καὶ διανοίας εὖ πεποιημένας, οὐ ποιήσει ὃ ἦν τῆς τραγῳδίας ἔργον. In Euripidem etiam sæpe dici potest, quod Plutarchi Leonidas (T. I. p. 52. B.) ἀκαίρως τινὸς περὶ πραγμάτων οὐκ ἀχρήστων διαλεχθέντος, ὦ ξένε, ἔφη, οὐκ ἐν δέοντι χρέῃ τῷ δέοντι.

Valckenario assensus Matthiæ annotationibus suis hoc de Rheso judicium præmisit "Rhesum fabulam non esse Euripidis, iis jamdudum argumentis demonstratum est, ut vix de ea quæstione aliquid dicere attineat. Quo tempore tamen scripta esse videatur, quæri potest. Hermannus quidem, quum in diss. de Græcæ l. dial. p. X. versuum elegantiam, si reliqua quoque, quæ in isto carmine singularia sunt, bene perpensa fuissent, monstrare potuisse, neque Athenis eam fabulam scriptam fuisse, nec tam brevi intervallo contingere ætatem Euripidis judicasset, nuper in elem. doctr. metr. p. 124. ita scripsit: "illum poetam, qui Rhesum fecit, quem Euripide aliquanto recentiorem esse non dubium est, trimetros fecisse videmus elegantissimos, planeque ab ista negligentia" (solutionis longarum syllabarum) "puros. Ex quo mihi videor jure posse colligere, non eum ex recentioribus illis Atheniensium tragicis esse, sed multo post vixisse, quum Alexandrini, ut Sositheus et Lycophron, Atticorum tragœdiam, grammatica subtilitate limatiores, quam fecundi ubertate poetica, imitare atque ex oblivione resuscitare conarentur." Cui judicio quominus subscribam, plura sunt, quæ me impediant.[b] Primum enim, quod

[b] Defendit sententiam suam Hermannus in dissertatione de Rheso Opusc. vol. 3. p. 262. seqq. Contra Hermannum disputavit Fr. Vaterus in Prolegomenis ad hujus fabulæ editionem, quæ prodiit Berolini a. 1837: cui Rhesus editus ab

pro fundamento ratiocinationis ponitur, poetam illum Euripide aliquanto recentiorem fuisse, id non ita certum est, ut omnis de ea re quæstio supervacanea sit. Deinde non e trimetrorum modo elegantia, sed reliquis omnibus quæ in carmine insunt, compositis et comparatis, imprimis ex universa dictionis indole, utrum poeta ille Euripidi æqualis vel adeo antiquior sit, an recentior et ad Alexandrinorum ætatem detrudendus, effici potest. Jam vero Alexandrinorum ingenia eo maxime conspicua sunt, quod in doctrina et grammatica et historica ostentanda, in antiquiorum scriptis ita imitandis, ut non tantum verba et voces, sed etiam res et sententias in sua transfunderent, elaborabant. In nostra fabula etsi multa leguntur ab Euripidis quidem consuetudine aliena, at Æschylo tamen et Sophocli, nonnulla etiam Homero, usurpata, (vid. Valcken. diatr. p. 96 sq.) tamen hæc ita non quæsita sunt, pleraque tam suo loco posita, ut ea poetam non ex abditis fontibus hausisse, sed e communi poetarum sui temporis consuetudine sumsisse dicas; rara sunt ea, quæ in hoc uno carmine leguntur, ut *προταινί, ἀποινᾶσθαι*; imitationis vero nulla usquam vestigia sunt, nisi forte locutionem *τετράπουν μῦμον ἔχων* v. 253. ex Eurip. Herc. f. 972. ductam dicas, quæ cuique in mentem venire poterat. Quum vero imitatores, in his Alexandrini, in iis subsistere fere soleant, quæ jam apud alios invenerunt, noster poeta contra plura novasse videtur, et sæpe non incommode, quod facere non solent nisi ii, qui linguam adhuc florentem usu didicerunt, non ii, qui eam ex aliorum scriptis didicerunt, imprimis in melicis ita nonnunquam, ut ita dicam, sui et juris et ingenii est, ut apud nonnullos in nimiæ audaciæ et

Euripide videtur Euthymene archonte olymp. 85, 4. vel Lysimacho olymp. 86, 1. quo tempore Hagnon, dux Atheniensium, Amphipolin condidit et Rhesi ossa ad Strymonem condidit jussu oraculi, de quo videndus Polyænus 6, 53. ad quod factum Musæ verba 962—973. spectare videntur Vatero p. CLIX. Quæ quum per se valde incerta conjectura sit, tum duobus convellitur argumentis. Primo enim genus dicendi, licet hoc neget Vaterus, in Rheso tantopere discrepat ab aliis illius ætatis tragœdiis ut mirum et incredibile videatur Rhesum medium esse inter Alcestin (olymp. 85, 2.) et Medeam (olymp. 87, 1.). Deinde adversa fronte repugnat Cratetis testimonium de Rheso fabula ab Euripide juvene scripta: quod is perabsurde dixisse videbitur, si scripta ab Euripide sit anno ætatis quadragesimo tertio vel quarto. Nec fugit hoc Vaterum p. clxii. qui aut *laxius esse locutum* Cratetem aut *falsa tradidisse* opinatur, similibus duorum archontum nominibus deceptum, Lysicratis olymp. 81, 4. et Lysimachi olymp. 86, 1. Quas opiniones manifestum est ne minimam quidem habere veri speciem. G. D.

tumoris crimen incurrerit. In melicis vero ea etiam est metrorum et facilitas et simplicitas, ut hoc quidem in genere cum Æschylo comparari queat. His igitur de causis credere non possum poetam Rhesi Alexandrinorum ætate vixisse, sed eum ad tempus florentis et linguæ et scenæ Atticorum referendum puto, ut in descriptione carminis vix mediocrem poetam—nam quo jure illis temporibus non nisi Pindaros, Æschylos, Sophocles, Euripides exstitisse dicas?—sic versuum pangendorum et dictionis poeticæ non contemnendum artificem. Accedit, quod argumenti auctor in didascaliis fabulam Euripidi tribui dicit, didascaliarum vero doctissimi et gravissimi auctores fuerunt Aristoteles, Eratosthenes, Callimachus, Aristophanes Byzantius, Aristarchus, Crates alii. vid. Fabric. Bibl. Gr. T. II. p. 288. Harles. Quos quomodo credibile est fabulam sua ætate vel paulo ante scriptam ad Euripidem auctorem referre potuisse? Itaque nihil restat, nisi ut vel auctorem argumenti mentitum esse dicamus, vel auctorem fabulæ diu ante Alexandrinorum tempora vixisse.

Multa præterea dici possunt, quibus hanc fabulam satis antiquam esse demonstretur. Quum enim prologus desit, ex hoc suspicari aliquis possit, auctorem fabulæ Euripide antiquiorem vel æqualem certe esse; quamquam qui post aliquem vixit, in eodem genere elaborans, non necessario illius exemplum sequi debet. Quod vero duo prologi ferebantur, ut est in argumento—quod ipsum documento esse potest, neutrum ab ipso poeta scriptum esse,—ex eo conjicias, florente adhuc scena Attica fabulam scriptam et vero etiam actam esse, quum vix quisquam operam in eo ponat, quod nullius usus futurum videt. Orphei et Musæi de Atheniensibus merita commemorat Musa v. 938 sqq. ex quo conjicias, hanc fabulam scriptam esse, si non ad sacra Orphica commendanda, eo saltem tempore, quo τῶν Ὀρφεοτελεστῶν superstitio Athenis præcipue vigebat, id est, Euripidis et Platonis ævo. Vid. ad Hippol. 950. Sed hæc incertiora sunt, quam ut iis quidquam effici possit; quamquam collecta aliquid ponderis habitura sunt: hoc saltem demonstrant, nihil continere fabulam, quod ab antiquis temporibus abhorreat." His Matthiæ in Addendis hæc adjecit "Itaque nec hoc plane abjiciendum videtur, quod scholia ad v. 529. hujus fabulæ adscripta, citata ab Elmsleio ad Soph. Œd. Col.

p. 302. not. memorant: Κράτης ἀγνοεῖν φησὶ τὸν Εὐριπίδην τὴν περὶ τὰ μετέωρα θεωρίαν, διὰ τὸ νέον ἔτι εἶναι, ὅτε τὸν Ῥῆσον ἐδίδασκε."

---

2. βασιλέως A.H. Par. G. Flor. 1. 2. 10. βασιλέων Ald. ἄγρυπνος βασιλέως τις ὑπασπιστῶν transposuit Bothius.

3. εἰ correctum in editione Hervagiana a. 1544. Codices et Ald. ἢ, nisi quod ἢ Flor. 2. 10.

τευχοφόρων] τευχοφόρῶν Flor. 1.

5. τετράμοιρον] Recte notat Brodæus, hunc morem ad Romanos transiisse, usus testimonio Vegetii, 3, 8. [ubi v. interpretes.] *Et quia impossibile videbatur in speculis per totam noctem vigilantes singulos permanere, ideo in quatuor partes ad clepsydram divisæ sunt vigiliæ, ut non amplius, quam tribus horis, necesse sit vigilare.* Propertii quoque 4, 4.

Et jam quarta canit venturam buccina lucem.

MUSG. τετράμοιρον φυλακὴν quartam vigiliarum partem dicit. Quinque partes fuisse liquet ex v. 542. de quo vide quæ schol. ad v. 5. annotavit. Tripartita nox est apud Homerum, de quo dixit Eustathius p. 802, 12.

φρουρὰν] Scribendum φυλακὴν ex A.H. Flor. A. 10. et scholiasta.

6. Post στρατιᾶς legebatur πόλεως Τροίας ex glossemate, quod om. A.H. Flor. A. 10.

7. Hunc versum om. Ald.: addunt A.H. Par. G. Flor. A. legeruntque in libris suis scholiasta et scriptor Chr. Pat. p. 287 D.

8. γοργωπὸν ἔδραν] Ex hoc loco Hesychii glossa sumpta.

10. Ἕκτορ] Ἕκτορα Flor. 1. 2.

11. Ald. τίς ὅδ' ὦ φίλος εἶ; φθέγγου τὶς ἀνήρ. Flor. A. 10. τίς ὅδ' ἡ φίλιος φθόγγος τίς ἀνήρ, quod reponi jussit Valcken. diatr. p. 93. not. ἡ in ἢ mutato. Eamdem scripturam habet [Rom. A. et] Havn. sed ἤ pro ἡ vel ἢ. φθέγγος τις Paris. E. φθέγγ' ὅστις ἀνήρ Par. G. Flor. 1. 2. in ceteris ii cum Aldina convenientes. Harl. τίς ὅδ' εἶ φίλος φθέγμ' ὅστις ἀνήρ. MATTH.

12. τί τὸ σῆμα; θρόει.] Sic recte distinxit Valck. pro τί τὸ

σῆμα θροεῖ. E Flor. A. et 10. nihil enotatum. Sed θρόει Havn. [et A.] MATTH. Omisi signum interrogandi post σῆμα.

13. ἡμετέρας] ἀμέρας Flor. A. ἀμετέρας Flor. 10.

14. πλάθουσ'] Cum accusativo constructum ut πελάζειν in Andr. 1167.

17. λόχος A.H. Flor. A. Vulgo δόλος. Versus in Ald. sic divisi θάρσει— | οὐκέτι. | τί σὺ—ἤδη.

οὐκέτι. τί σὺ] οὐκ. ἔστι σὺ Flor. 1. 2.

18. ἤδη om. A.H. Flor. A. 1. 2. 10. videturque a correctore metrico additum esse. Eo deleto ejectoque inepto illo ad sensum οὐκέτι, sic hæc describenda videntur, μῶν τις λόχος ἐκ νυκτῶν; τί σὺ γὰρ | φυλακὰς προλιπὼν κινεῖς στρατιὰν, | εἰ μή τιν' ἔχων νυκτηγορίαν; | οὐκ—Ἀργείου | νυχίαν ἡμᾶς | κοίτην—κατέχοντας;

22. κοίταν] Scribendum κοίτην.

23. συμμάχων Hermannus. Legebatur σύμμαχον, omissa post χέρα interpunctione.

24. Ἕκτορ versui præcedenti addit Ald. Ἕκτωρ Flor. 1. 2.

25. ὄτρυνον A.H. Flor. A. Legebatur ὄτρυν'.

27. ἵππους A.H. Flor. 1. 2. 10. τοὺς ἵππους Ald.

28. τίς A.H. Flor. 1. 2. 10. τίς δ' Ald.

Πανθοίδαν] Ad Euphorbum, Panthi filium. Homer. Iliad. P, 80. Τρῶων τὸν ἄριστον ἔπεφνε, Πανθοίδην Εὔφορβον. Ovid. Metam. 15. fab. 3. *Ipse ego* (*nam memini*) *Trojani tempore belli* Panthoides Euphorbus *eram*.—Hæc notavit Joh. Brodæus. Potest etiam hic locus referri ad Polydamanta. Nam et is erat Panthi filius, Euphorbi frater. Hom. Iliad. O, 446. Πουλυδάμαντος ἑταῖρον ἀγανοῦ Πανθοίδαο. BARN. Scribendum Πανθοΐδαν cum Bothio.

29. ἢ τὸν versui præcedenti addit Ald.

Λυκίων ἀγὸν ἀνδρῶν] Sarpedonem: vid. Hom. Il. B, 876. Ad hunc locum respiciunt scholiastæ Dionys. P. 270.

31. γυμνήτων μόναρχοι A.H. Flor. quattuor. γυμνητῶν μόναρχοι Ald.

32. τε] δὲ Flor. A. 10.

33. Versus ex antispasto et penthemimere iambico compositus. κερόδετα τόξα ex hoc loco Hesychius.

35. θαρσύνεις A.H. Flor. quattuor. θρασύνεις Ald.

36. ἢ Bothius. ἢ libri.

Κρονίου Πανός] Panem fuisse qui Saturni filium perhiberent

scholiasta exemplo Æschyli ostendit, qui duos distinxit Panes, alterum Jovis, alterum Saturni filium. Accedit Joannes Lydus de mensib. 4, 74. p. 274. ed. Roeth. *τινὲς δέ φασι τὸν Πᾶνα ἐκ Κρόνου καὶ Ῥέας γενέσθαι ἀντὶ τοῦ ἐκ τοῦ νοῦ καὶ τῆς ὑγρᾶς οὐσίας.* ubi v. quæ Roetherus attulit. Alii grammatici *Κρονίου Πανὸς παππωνυμικῶς* dictum intellexerunt de Pane Jovis filio, quemadmodum Achilles *Αἰακίδης* vocatur. Et harum quidem duarum interpretationum fortasse ambigas utra sit præferenda: inepta vero tertia est quam scholiasta addit, ut *Κρονίου* idem sit quod *πάνυ ἀρχαίου.* Repugnat enim rationi metaphorice dicta accipi quæ nihil impedit quominus sensu proprio dicta accipiantur.

37. *μάστιγι*] Nonnus Dion. 10, 4. *μανιώδεϊ Πανὸς ἱμάσθλῃ.* et 21, 116. MUSG. De terroribus Panicis vid. ad Med. 1172.

38. Post *στρατιάν* ponatur signum interrogandi.

39. *τρανῶς* codices. *γε τρανῶς* Ald. a correctore qui *τρανῶς* pro iambo habuit.

41. *πυραίθει*] *πῦρ αἴθει* Flor. A. *πυραίθειν* legitur 78. 823.

Ἀργόλας] *ἀργόλαος* A. *ἀργέλαος* H. *ἀργέλας* Flor. 1. 2. "Ignes quos apud Homerum (Il. K, 12.) fovebant Trojani, retulit tragicus ad Græcos, quo viderentur prœlium aut fugam moliri. Nam cum primam illam noctem ante urbem transigerent hostes, probabile erat Græcos fuisse vigilantissimos. Deinde caussa est opus timoris ut excitetur Hector et mittatur explorator." VATER. Prolegom. p. xxxv.

43. *νεῶν*] *ναῶν* H. Flor. 1. 2.

πυρσοῖς] *πυρσοῖ* Ald. *πυρσοῖσι* Flor. quattuor.

44. *πᾶς* codices. *παῖς* Ald.

Ἀγαμεμνονίαν A.H. Par. E. Flor. 10. *Ἀγαμεμνονείαν* Ald.

προσέβα] *προσέβη* A.

45. *θορύβῳ* codices. *σὺν θορύβῳ* Ald.

46. *ἐφιέμενοι βάξιν*] Notandum *ἐφίεσθαι* cum accusativo constructum. Eadem constructione verbi *ἐπιθυμεῖν* interdum utuntur Græci.

48. *ναυσιπόρος*] *ναυσίπορος* A.

στρατιά A.H. Flor. A. 10. Vulgo *στρατός.*

49. *σοὶ γὰρ ὑποπτεύων γε* Ald. Correctum ex A.H. Flor. A. 10.

50. *ὡς* A.H. Flor. 10. *ὡς ἂν* Ald.

51. Ald. Flor. 2. *τινα μέμψιν ἐς ἡμᾶς εἴπ.* Flor. 1. *εἰς ἡμᾶς.*

Flor. A. 10. Harl. [A. et] Havn. *εἰς ἔμ' εἴπῃς*. Vict. *ἐς ἐμ' εἴπ.* Melius strophico suo respondeat versus, si legas: *μή ποτ' ἐς ἐμέ τινα μέμψιν εἴπῃς*, ut scribendum conjecit Bothius. MATTH. Recepi Bothii emendationem.

52. Chorus *ἀγγέλλει φόβον* ex sua sententia, *rem* sibi *plenam timoris nunciat*, quamvis non Hectori ita videatur. Hoc versu utitur auctor X. *π.* 1801. MATTH.

ἦλθες] *ἥκεις* scriptor. Chr. P.

53. *ἄνδρες* Elmsleius. *ἄνδρες* libri.

54. *φυγὴν* Stephanus. *φυγῇ* codices. *φυγεῖν* Ald.

55. *σημαίνει* pro *σαίνει* Flor. A. 10.

56. Flor. A. *εὐτυχοῦντες. ὅστις μ' εὐτυχοῦντ' ἐνόσφισας θοίνης λέοντα* dictum est pro *ὅστις μ' εὐτ. ἐνόσφισας νίκης, ὥσπερ θοίνης λέοντα*, e notissima poetarum, imprimis lyricorum, figura, qua id quod comparationi inservit et id quod cum ea re comparatur commiscentur. MATTH.

57. *Ἀργείων*] *Ἀργεῖον* Flor. A.

65. *με*] *μοι* A.H. Flor. A. *με οἱ* Flor. 1. 2.

εἰδότες] *ἰδόντες* A.

66. *ἔπεισαν*] *ἔφησαν* A. Flor. A. *ἔφασαν* H. Flor. 10. In *ἔπεισαν* consentit Chr. P. p. 255. B.

μεῖναι] *εἶναι* Flor. 1. 2.

68. *θυοσκόων* A.H. Flor. 10. Vulgo *θυοσκόπων*.

72. *νεὼς*] *νεῶν* A.H. Flor. A.

74. *λελημμένοι* Flor. 10. *λελειμμένοι* Flor. A. Vulgo *λελῃσμένοι*.

75. *γαπονεῖν* Flor. 10. *γᾶ πονεῖν* A. *γᾶν πονεῖν* Flor. A. *γηπονεῖν* Ald. qua forma non utuntur tragici.

76. *Ἕκτορ*] *Ἕκτωρ* Flor. 1.

77. *ἄνδρες* Matthiæ. *ἄνδρες* libri.

78. *τίς*] *τί* Flor. A.

πυραίθειν] *πῦρ αἴθειν* A.

79. *ἐμῇ* codices. *ἐμοὶ* Ald.

80. *πάντ' ἂν φοβηθεὶς ἴσθι*] I. e. *ἴσθι ὅτι πάντα ἂν φοβηθείης*. MATTH.

82. *ὧδέ γ'*] *ὧδ'* A.

84. *χέρα*] *χέρας* Flor. 1. 2. et Chr. P. p. 294 B. Sed *χέρα* scholiasta.

85. *δδ'*] *οὐδ'* A.

Αἰνέας A.H. *Αἰνείας* Ald.

87. Ἕκτορ] Ἕκτωρ Flor. 1. In H. distinctum Ἕκτορ· τί χρῆμα;

89. Hunc versum om. Flor. 1.

90. πυκάζου A.H. Flor. 10. πύκαζε Ald. et Chr. P. p. 255 B. ubi, δέσποινα νῦν πύκαζε σὸν δέμας τάχει.

σέθεν A.H. Flor. A. 10. τὸ σόν Ald.

92. δόλος] λόχος Chr. P. l. c. Quæ vocabula permutantur v. 17.

93. ἄνδρες Matthiæ. ἄνδρες libri.

94. τί τῶνδ' ἂν A.H. Flor. A. τί τοῦδ' ἂν Ald. τί δ' ἂν Flor. 1. 2.

96. καί μοι] κἀμοὶ Flor. A. 10.

μενεῖν Portus. μένειν libri.

ἐς αὔριον] ἐσαύριον Ald. Scribendum εἰς αὔριον.

97. ἐκκέαντες] ἐκκαίαντες A. et Ald. ἐκκείαντες H. Correctum ex Par. tribus et Flor. 1. 2. 10.

πύρσ'] πῦρ A.H. Flor. A.

98. ἀφορμήσειν] ἀφορμῶσι Ald. ἀφόρμησον Flor. 1. 2. 10.

99. ὁπλίζει] ὁπλίζεις Par. G. Flor. 1. 2.

χέρα] χέρας A.H. Flor. A. Par. G. Harl. Conf. ad v. 84.

100. Hunc versum om. Flor. 1.

105. Stob. 54, 9. σύμβουλος pro εὔβουλος. Ad δρᾶσαι χερί ex εὔβουλος supplendum εὖ πεφυκώς, ἱκανός sim. fere ut Orest. 706. ὦ πλὴν γυναικὸς οὕνεκα στρατηλατεῖν, τἄλλ' οὐδέν. MATTH. πρόβουλος Chr. P. p. 294 A.

106. αὐτὸς] ὠὐτὸς A.H. ὠὐτὸς Ald. Libri reliqui αὐτός.

βροτῶν] χερὶ Stobæus.

107. Flor. 10. πρόσκηται κακὸν γέρας.

108. Libri et Stobæus σὲ μὲν μάχεσθαι, τοὺς δὲ β. κ. Sed auctor X. π. 2373. ἄλλῳ δ' ἄλλο δίδοται γέρας, Σοὶ μὲν μάχεσθαι, τοῖσδε δ' αὖ κρύπτ' εἰδέναι, unde Valcken. Diatr. p. 98 sq. not. hic quoque σοὶ μὲν—τοῖσδε (non τοῖς δὲ) β. κ. legendum esse suspicabatur post Stephanum. Scribendum vero erat τοῖς δέ. MATTH. Non satis gravis auctor est scriptor Christi P. Revocanda igitur librorum scriptura σὲ—τοὺς δὲ —.

109. ἐξήρθης] *Elatus es ut crederes.*

112—151. om. A.

115. μὲν] Respondet δὲ v. 119.

μὴ οὐ Schæferus. Aberat οὐ.

116. περάσεις Par. E.G. Flor. 2. περάσει Ald. περάσῃ Flor. A.

δορός Par. G. Flor. 1. 2. στρατός Ald.

118. ἄρα] ἆρα H. Notandum autem ἦν ἄρα μὴ pro ἦν μὴ ἄρα, sicut alibi dicitur εἰ μὴ ἄρα. MATTH.

120. σ' om. Flor. A.

122. ἀνὴρ] ἀνὴρ libri præter Flor. A. qui ὦ'νήρ.

πεπύργωται] πεπύρωται Flor. A. 10.

θράσει Flor. A. 10. χερί Ald.

124. κόπων] πόνων H. Flor. A.

126. φυγὴν Stephanus. φυγῇ libri.

128. ἐς] ὡς Par. E.G. Harl. Flor. 1. 2.

129. κατασκόπου] κατασκόπους H. Flor. A.

130. γνώμην] προθυμίαν Flor. A. 10.

ἄναξ om. Flor. A.

131. μεταθέμενος H. Legebatur μετατιθέμενος.

134. ταχυβάταν] ταχυβάτων Flor. 1.

κατόπτην] Scribendum κατόπταν ex Flor. A.

135. ὅτι] Scribe ὅ τι. Versus est dochmiacus præmissis quattuor syllabis brevibus.

136. Metrum ex versu ithyphallico duobusque creticis compositum.

ἀντίπρῳρα] ἀντίπρωνα Flor. 1. 2.

137. νικᾶτ'] νικᾶ γ' Flor. A.

139. νυκτέρους] νυκτέρας Flor. 10.

142. σὺ πάντ'] σύμπαντ' Flor. A. 10.

λόγους H. Flor. 10. Vulgo λόγον. "Si λόγους verum est, σύ πάντ' (neutr. plur.) ἀκούσει ad nuntium de hostium apparatibus afferendum spectat, παρὼν εἴσει λόγους ad consultationes ducum de iis quæ facienda sunt." MATTH.

146. στρατῷ H. Flor. A. Vulgo στρατόν.

149. λόγῳ] Scribendum λόχῳ ex Par. duobus et Flor. 1. 2.

152. τίς duo codd. Paris. apud Brunck. ad Phœn. 462. Legebatur τί. Iidem libri et H. Flor. 1. 2. οὔτι pro οὔτοι.

157. Interpunctionem post τούτοις vulgo positam post ἥξω transtulit Reiskius.

160. τόσως H. Par. G. Harl. τόσῳ σ' Flor. quattuor. τοσοῦτ' Ald.

161. με] μὲν A.H.

166. πολυόχλου Reiskius. πολυόχου Par. E.G. Flor. 2. Ald.

πολιόχου Flor. 10. Harl. πολιούχου A.H. πολιχοῦ Flor. 1. In Flor. A. versus totus deest.

168. οὐκ] οὐδ' A.

169. πάρεστιν A.H. Flor. A. 10. γάρ ἐστιν Ald.

170. βίου σπανίζομεν] Scribendum σπανίζομεν βίον ex Flor. 10.

171. Ἴλιος] Scribendum Ἴλιον ex Flor. A. 10.

174. χέρα A.H. Flor. 10. Vulgo χέρας.

175. οὐ μὴν τὸν Ἰλέως (ἠλέως H.) παῖδά μ' ἐξαιτῇ A.H. οὐ μὴν τὸν Οἰλέως γε παῖδ' ἐξαιτεῖς Flor. 10. οὐ μὴν Ἰλεόν γε παῖδ' ἐξαιτεῖτε (vel ἐξαιτῆτε) Flor. A. Retinui scripturam Aldinam, nisi quod Ἰλέως in Οἰλέως mutavi.

177. ζῶντ' ἀποινᾶσθαι] ζῶντα ποινᾶσθαι H. Activum ἀποινᾶν est in lege Dracontis apud Demosth. p. 629, 22. 630, 27. qui per χρήματα πράττεσθαι interpretatur.

179. γ' additum ex Flor. A. 10.

παρών] λαβών Flor. A. 10.

δόμους A.H. Flor. quattuor. δόμοις Ald. "De more ipso v. Æschyl. Agam. 588. Sept. 277. Eur. Andr. 1121. c. schol. Eur. Bacch. 1214. 1239." VATER.

181. τῶνδε] τοῦδε Flor. A.

αἰτήσει A. αἰτήσῃ H. Flor. 10. ἠτήσῃ Flor. A. αἰτήσεις Ald.

182. πονεῖν] μολεῖν Flor. A. 10.

183. δαίμονος] διαίμονος A.

187. δίδωσι] De dono hoc citat Barnesius hujus fab. v. 241. Ptolemæi Hephæstion. l. 6. Apollodorum 3. c. 12. sect. 5. Eustathium in Iliad. p. 1190. MUSG.

αὐτοὺς] αὐτὰς A.

195. μέγας] μέγας μὲν Flor. 1. 2.

μεγάλα δ' ἐπινοεῖς ἐλεῖν] Homer. Il. K, 401. ab Vatero comparatus, ἦ ῥά νύ τοι μεγάλων δώρων ἐπιμαίετο θυμὸς, ἵππων Αἰακίδαο.

199. τὰ θεόθεν Seidlerus de vers. dochm. p. 61. τὰ δὲ θεόθεν libri.

200. ἀνδράσιν Heathius. ἀνδράσι libri.

τέλεια] τέλεα A.H. Flor. A. 10. Sensum loci recte declaravit Seidlerus, *quod deos attinet, adsit consiliis tuis Justitia, homines autem quod attinet, talia tibi ostenduntur, quæ, quod amplius optes, nihil reliquum faciunt.*

201. δ' om. A.H. Flor. quattuor.

ἐφέστιος] Non opus Brodæi conjectura ἐφεστίους. Comparant quidem Æsch. Sept. 71. μή μοι πόλιν—ἐκθαμνίσητε—καὶ δόμους ἐφεστίους. Agam. 851. νῦν δ' ἐς μέλαθρα καὶ δόμους ἐφεστίους ἐλθών. sed æque bene alterum dicitur, ut Soph. Tr. 262. ὃς αὐτὸν ἐλθόντ' ἐς δόμους ἐφέστιον. cf. Eur. Med. 713. δόμοις ἐφέστιον. Cycl. 370. δωμάτων ἐφεστίους. VATER.

203. κἀκεῖθεν ἥσω A. Flor. A. 10. κἀκεῖθεν οἴσω H. κεῖθεν δ' ἐφήσω Ald.

204. εἴπ' εἴ τιν' Piersonus. εἴπ' ἢ τίν' Par. duo, Flor. 1. 2. ἐπεὶ τίν' Ald. consentientibus A.H.

205. κλωπικοῖς Flor. A. κλωπτικοῖς Flor. 10. κλοπτικοῖς A. κλοπικοῖς H. κλεπτικοῖς Ald.

207. ἔσται] ἐστι A.

σάγη A.H. Par. tres, Flor. quattuor. σφαγή Ald.

208. νῶτον ἄψομαι A.H. Flor. A. 10. νῶτα θήσομαι Ald. "Commentum Dolonis irridet Valckenærius, quod tamen non soli Doloni placuit. Tradit enim Josephus de Bell. Jud. 3. c. 7. sect. 14. fuisse revera, qui ad excubitores fallendos pellibus ferarum sese vestirent. MUSG. Reprehenderunt etiam grammatici quidam, quorum sententiam memorat scholiasta ἀπίθανον τετραποδίζειν αὐτὸν ὡς τοὺς λύκους· οὐδὲ γὰρ Ὅμηρος διὰ τοῦτο τὴν λυκείαν αὐτῷ περιτίθησιν. Matthiæ "Hunc locum obversatum fuisse Longo 1. p. 15. ed. Vill. dicerem, nisi talia commenta unicuique, etiam non ingeniosissimo, facile in mentem venire possent."

209. χάσμα A.H. Flor. A. 10. χρῆμα Flor. 1. σχῆμα Ald.

217. φηλητῶν] φιλητῶν A.H. Flor. 10. Utramque hujus nominis scripturam agnoscunt grammatici, quorum alii φηλητής probant, alii φιλητής præferunt: vid. Eustath. p. 781. Hesychius, fortasse ex hoc ipso loco, φιλητῶν: γένος κλεπτῶν.

218. μόνον σε δεῖ] μόνον σε χρή A.H. σε δεῖ μόνον Flor. 10. σ' ἔστι μόνον Flor. A.

219. τε] δὲ Flor. A. 10.

220. δ' ἔχων σαφές A.H. Par. E.G. Flor. 1. 2. δ' ἔχω σαφές Ald. σαφὲς δ' ἔχων Flor. A. 10.

222. οὐδ'] οὐκ H.

224—263. De his versibus in præfatione ad Poetas scenicos p. xix. hæc scripsi "Hoc carmen et versibus non recte descriptis deformatum ferebatur et scriptura multis modis partim ab librariis corrupta partim ab correctoribus metricis interpolata. Quæ

omnia pristinæ integritati ita licuit restituere ut nihil dubitationis relictum videatur, nisi quis verba ὦ (ᾶ typotheta Aldinus: codices omnes ὦ) δία κεφαλά in vitii suspicionem adducere velit, quæ multis tragici lectoribus offensioni fuisse credo. Qua enim poetæ epici usi sunt prosodia δῖα, eandem tragicos esse secutos communis opinio est, nescio quo auctore tradita. Nam Herodianus ubi de mensura hujus vocabuli agit ita loquitur ut solum epicorum usum spectasse, de Atticis non quæsivisse videatur, nisi Arcadii epitome fallat p. 194, 28. σεσημείωται τὸ μία καὶ τὸ δῖα γυναικῶν, et Draco Stratonicensis qui dicitur p. 79, 17. τὰ εἰς ος λήγοντα ὁπότε ἔχει θηλυκὸν εἰς α λῆγον, πάντως ἔχει ἐκτεταμένον τὸ α —. σημειωτέον ἄρα κατὰ χρόνον τὸ δῖα γυναικῶν: poetarum autem Atticorum exempla pleraque ad cognoscendam alterius syllabæ mensuram nihil conferunt, ut Æschyli in Supplic. v. 5. Νείλου. δίαν δὲ λιποῦσαι, præter duos locos, qui tantum abest ut vulgarem confirment opinionem, ut planissime evertant. Eorum alter hic Rhesi versus est, quem ne quis propter usitatam istam in familiari sermone compellationem κεφαλή suspectet, poeta satis cavit eo quod infra dixit v. 902. ὦ φιλία φιλία κεφαλά, exempla secutus Homerica. Alter locus in Iphigenia Taurica est v. 403. ita in libris scriptus

ἔβασαν ἔβασαν ἄμικτον αἶαν, ἔνθα κούρα
διατέγγει
βωμοὺς καὶ περικίονας
ναῶν αἷμα βρότειον.

quibus versibus ἀντίστροφοι respondent

πλάνητες ἐπ' οἶδμα πόλεις τε βαρβάρους περῶντες
κεινῷ δόξῃ.
γνώμα δ' οἷς κ. τ. ἑ.

Ibi ab Elmsleio demum est perspectum vitii sedem non in antistropho, cujus et scriptura et metrum omnes habet veritatis numeros, sed in stropha esse quærendam, ubi et κούρα sine epitheto jejune dictum displicere dudum debebat et perniciosa metro vox διατέγγει eo magis poterat emendari, quod nullum usquam hujus verbi exemplum repertum est, nisi quis Æschyli librorum scripturam in Persis v. 538. resuscitare velit, διὰ μυδαλέοις | δάκρυσι κόλπους | τέγγουσ', ἄλγους μετέχουσαι, recte, ut videtur, ab Porsono in διαμυδαλέοις mutatam. Nec tamen perfecit emendationem Elmsleius, quum corrigeret ἔνθα κούρᾳ δίᾳ τέγ-

γει βωμούς, quod recte rejecit Matthiæ. Est vero ne una quidem littera addita scribendum, ἔνθα κούρα | δία τέγγει | βωμοὺς— | — αἷμα βρότειον, oratione eodem modo conformata, quo Iphigenia v. 225. dicitur αἱμορράντων δυσφόρμιγγα | ξείνων αἱμοῦσ' ἅταν βωμούς, ubi similia quædam attulit Seidlerus. Sed redeo ad Rhesi carmen, ubi proxima ita erant versibus divisa, μόλε το- | ξήρης, ἵκου δ' ἐννύχιος | ἀγεμὼν σωτήριος | ἀνέρι πομπᾶς | καὶ γενοῦ καὶ ξύλλαβε Δαρδανίδαις. in quibus primum delenda fuit δὲ particula, in codice Vaticano 909. Havniensi et Florentinis duobus (A. 10.) omissa, quam qui addidit metro consulturus grammaticus pariter antistrophicum versum interpolavit 235. θυμέλας | οἴκων πάτρας Ἰλιάδος. ubi πατρὸς Ἰλιάδας restitui, quam scripturam ex uno tantum libro Florentino consignavit Matthiæ, ego ex Vaticano enotatam habeo. Deinde verba καὶ γενοῦ librarii errore in locum alienum sunt dejecta, quibus in suam sedem restitutis omnia optime procedunt,

Ἄπολλον, ὦ δία κεφαλὰ, μόλε τοξήρης, ἵκοῦ ἐννύχιος
καὶ γενοῦ σωτήριος ἀνέρι πομπᾶς
ἀγεμὼν καὶ ξύλλαβε Δαρδανίδαις.

affertque hæc emendatio etiam illud commodi ut postrema primi versus syllaba producta accurate respondeat antistropho. ἵκοῦ ἐννύχιος autem non opus habet addito ἀγεμὼν, sed dictum est ut ἔννυχος μολών v. 501."

224. Θυμβραῖε] Epithetum Apollinis, ductum a Thymbra, ubi templum celebre ei dicatum. Meminit auctor infra, v. 504. Strabo l. 13. scholiast. ad Iliad. κ'. v. 430. Virg. Æneid. 3. v. 85. MUSG.

231. Τροΐας] Scribebatur Τροίας. Correxit Lachmannus p. 154.

τείχη παλαιὰ δείμας] De muris Trojæ a Neptuno et Apolline conditis vid. Troad. 4. Ovid. Epist. Paridis v. 179. Tzetz. ad Lycophr. 34. BOTH.

233. ναυκλήρια Victorius. ναυκληρία libri. "ναυκλήρια hic sunt ναύσταθμα, quo sensu hæc vox ap. Demosth. p. 690. extr. exstat.

234. Ἐ. διόπτας om. Flor. A. 10: versui proximo tanquam scholion supra adscripta in A.

235. κάμψειε] κάμψοι Flor. 1. κάμψοιε Flor. 2.

πατρὸς Ἰλιάδας A. Flor. 10. Legebatur πάτρας Ἰλιάδος.

236. Post Φθιάδων legebatur δ', quod om. Flor. A. 10.

ἵππων] οἴκων Flor. A. 10.

τότ' addidi ex H. Flor. A. 10. πότ' enotatum ex A.

ἐπ' A.H. Flor. A. 10. ἐπὶ Ald.

ἄντυγα] ἄντυγι A.H.

βαίη] βαίνει Flor. A.

239. Ἀχαιὸν Ἄρη A.H. Flor. A. Ἀχαιῶν Ἄρη Par. E. Harl. Flor. 1. 2. Ἀχαιῶν ἄρα Ald.

240. πόντιος] ποντίας A.H. Flor. A.

241. δαίμων] δόμων A. Flor. A. δόμον H.

245. ἢ] ἢ A.H.

σπανία A.H. Flor. A. 10. quam formam vocabuli annotavit Photius p. 529, 12. σπανίαν: σπάνιν, et similiter Hesychius. Legebatur σπάνις.

246. Post ἀγαθῶν comma est ponendum.

248. δυσάλιος] Corrigendum δυσάλιον ex A.H. Flor. 10. Similiter dictum apud Hippocratem et Xenoph. Cyn. 8, 1. ὅταν ᾖ βόρειον.

249. Post πόλις ponatur punctum.

σαλεύῃ A. Flor. A. σαλεύει Ald.

250. θράσος A. Flor. A. 10. et scholiasta. θάρσος Ald.

251. ἐν αἰχμᾷ· ποτὶ Μυσῶν ὃς ἐμὰν συμμαχίαν ἀτίζει] Ita vulgatum ἐν αἰχμαῖς ποτὶ ex A.H. Flor. A. 10, in quibus ἐν αἰχμᾷ ποτὶ sine distinctione exaratum, unde mirabilis orta quorundam interpretatio, quam memorat scholiasta, postquam ipse veram proposuit hancce, ὁ τὴν συμμαχίαν ἀτίζων, ὅ ἐστιν εὐτελίζων, πρὸς Μυσῶν ἐστίν. Versus autem in libris hoc modo sunt descripti, καὶ σαλεύῃ πόλις | ἔστι Φρυγῶν τις ἔστιν ἄλκιμος | ἔνι δὲ θράσος (Aldina θάρσος) ἐν αἰχμαῖς ποτὶ Μυσῶν | et congruenter huic rationi in antistropho.

ποτὶ] ποτὲ codd. Paris. apud Musgr.

256. Ultima hujus versus vox in editione Aldina typothetæ, opinor, culpa omissa fuit. Codices vel ἐπὶ γαίας vel ἐπὶ γαίᾳ vel ἐπὶ γαῖαν. Ergo aut ἐπὶ γᾶς aut ἐπὶ γᾷ aut ἐπὶ γᾶν scribendum. Quod in Havniensi est ἐπὶ γαῖαν ἔχων, librarium verba ἔχων ἐπὶ γαῖαν calami lapsu transposuisse indicat. Nam in Vaticano, quocum communem originem habet Havniensis, scriptum ἔχων ἐπὶ γαῖαν θηρὸς ἕλοι—. Ceterum pari errore etiam proximus versus in Flor. 1. 2. acatalectus factus est, Μενέλαν in Μενέλαον mutato.

τετράπουν] Flor. A. τετράπους. Idem ἐπὶ γαία. cui Vossius adscripsit: γαῖαν adscriptum in altero vet. cod. ἐπὶ γαίᾳ Flor.

10. ἐπὶ γαῖαν Vict. una cum altera lectione ἐπὶ γαίας sed circulo circumducto rursus deleta, ut in Flor. 1. sic: ἐπὶ γαίας Par G. etiam et Harl. ἐπὶ γαίας, Havn. ἐπὶ (sic) γαῖαν ἐχων. Hi omnes servant θηρός, quod Ald. habet pro γαίας. MATTH.

259. Αγαμεμνόνιον] Ἀγαμεμνόνειον Ald. Correctum ex H, qui Ἀγαμεμνόνειον.

260. ἐνέγκοι] Non opus videtur ut aoristi primi optativus restituatur ἐνέγκει'.

κακόγαμβρον] κακόγαμβρος γόος autem est γόος (περὶ) κακοῦ γαμβροῦ. Agamemnon autem eadem ratione γαμβρός est Helenæ, qua apud Sophoclem Creon Œdipi. MATTH.

261. χέρας] χεῖρας A.H. Flor. 10.

πτόλιν A.H. Flor. A. πόλιν Flor. 10. πῶλον Ald.

262. γᾶν A.H. Flor. A. τὰν Ald.

Τροίαν] Scribebatur Τροίαν.

ἤλυθ'] Nisi ἦλθεν scripsit: vid. ad Hecub. 94.

στρατείαν Heathius. στρατιάν libri.

265. φέρω μαθεῖν] μαθεῖν φέρω Flor. A. 10.

266. ἀγρώσταις] ἀγρώταις A. Flor. 1. 2. ἀγρόταις H.

267. τελεσφόρους Flor. A. Vulgo τευχεσφόροις.

269. θρόνους πατρός] πατρὸς θρόνους Flor. A. 10.

270. οἳ A. Flor. A. 10. οὗ H. οἷς Ald.

χρῆν H. Flor. 10. 'χρήν A. χρὴ Ald.

σ' additum ex codicibus.

ποιμνίων A.H. Flor. A. 10. ποιμνία Ald.

271. λέγω] λέγεις A.H. Par. E.G. Flor. A. 1. 2. Harl.

274. δόρη] Rarior pluralis. Hesych. δόρη καὶ δορῶν ἀντὶ τοῦ δόρατα καὶ δοράτων. δόρη Theopompus comicus apud Polluc. 7, 158. 10, 145.

276. ἀλκῆς] ἀρχῆς A.H. Flor. A. 10.

277. τε om. Flor. 10.

τῇδε codices. τῇ σῇ Ald.

279. Στρυμόνος] Pater Rhesi ab Homero traditur Eïoneus Il. K, 435. ἐν δέ σφιν Ῥῆσος βασιλεὺς, παῖς Ἠιονῆος. Quocum facit Dictys Cret. 2, 45. Contra Euripidi et iis, qui post hunc scripserunt, Strymo vocatur: v. Plutarch. qui dicitur de fluv. 11. scriptores apud schol. Rhesi 346. Virgil. Culic. 327. Conon Narrat. 4. schol. Il. K, 435. Eustathius p. 817, 25. οἱ νεώτεροι, inquit, Strymonem ejus patrem dixerunt, quo nomine sæpis-

sime tragici opponuntur Homero. Utramque famam ita componit Cono l. l. ut de Strymone disserens adjiciat: οὗ καὶ ὁ πάλαι Ἠϊονεὺς ποταμὸς ἐπώνυμος. Servius denique ad Virgil. Æn. 1, 469. Rhesum Thraciæ regem, Martis, secundum alios Hebri vel Strymonis filium tradit, quæ nescio unde petiverit. Fratres ejus Brangas dicuntur a Conone et Olynthius. VATER. in Proleg. p. xxvii. De matre Rhesi v. ad v. 351.

280. ἐν Τροίᾳ] εἰς Τροίαν Flor. A. 10.

281. τόσον codices. τόσον Ald.

283. πλατείας] πλατείαις Flor. 1. 2. Harl. πατρῴας Flor. 10.

θ' ἁμαξιτοῦ Barnesius. Vulgo τ' ἁμαξιτοῦ. τ' ἁμαξητοῦ H, non A. Totum versum om. Flor. A.

288. αὐτόρριζον A.H. Flor. quattuor. Vulgo αὐτόριζον.

αὐτόριζον ἑστίαν χθονὸς] Respicere videtur, quod tradit Homerus Iliad. Υ. 216. Idam sc. prius habitatam fuisse, quam Troja in planitie condita esset. αὐτόριζον igitur vocat, quod radix esset gentis, nec incolæ ejus aliunde, aut ab alia radice, advenissent. ἑστίαν χθονὸς habet et Æschyl. Supplic. 377. in quo titulo sanctimoniam maxime spectatam puto, prout in domo sanctissimum est Ἑστία. MUSG.

ἔνθηρον] Feris abundantem. Hom. Il. Θ, 47. a Barnesio comparatus, Ἴδην μητέρα θηρῶν.

290. ῥέων] Æsch. Sept. 80. ῥεῖ πολὺς ὅδε λεώς. Iph. T. 1437. ῥεῦμα στρατοῦ. MUSG. ῥεῦμα Περσικοῦ στρατεύματος Æsch. Pers. 412.

291. ἵεμεν] ἴεμεν A.H.

292. πρὸς A.H. Flor. A. 10. Vulgo ἐς.

295. μετέστημεν] διέστημεν H.

296. στρατοῦ] Scribendum ὁδοῦ ex A.H.

297. προσφθέγμασιν Flor. tres.

302. ἑστῶτ' ἐν ἱππείοισι Θρηκίοις ὄχοις A. " Ald. Flor. 2. ἑστῶτ' ἐν ἵπποισι, θρηκίοις τ' ὀχήμασιν. Flor. 1. ἑ. ἐν ἵπποις θρ. τ' ὀχήμ. ut edidit Barn. Flor. A. ἑστώθ' ἱππείοισι θρηκίοις τ' ὄχοις et ἑστῶτα ἐν ἱππείοις θρηϊκίοις ὄχοις. Prius est etiam in Flor. 10. alterum in Vict. ἑστῶτ' ἐν ἱππείῃσι θρηκίοις ὄχοις H. quam lectionem e Flor. affert. Valcken. diatr. p. 103." MATTH.

303. πλάστιγξ] πλάστις A. Recte jugum intelligit scholiasta, τινὲς τὸν ζυγόν φασι. περὶ δὲ τὸ μέσαβον συνεδήσαντο τὸν αὐχένα τῶν ἵππων. Per ζύγωμα interpretatur Hesychius.

ζυγηφόρον A.H. Flor. A. Vulgo ζυγηφόρων.

304. χιόνος] χειμῶνος H.

ἐξαυγεστέρων] δὲ αὐγεστέρων Flor. 10. qui διαυγεστέρων dare voluisse videtur. "Fluxerunt hæc ex Homero Il. K, 437. λευκότεροι χιόνος, θείειν δ' ἀνέμοισιν ὁμοῖοι, cujus hyperbolæ imitationes indicavit Valckenærius Diatr. p. 108. adde parodiam Matronis apud Athen. 4. p. 134 E." VATER.

305. πέλτη δ' ἐπ'] πέλτης ἐπ' A.H. Flor. A.

ὤμων] ὦμον A.

τύποις] δίφροις A.H. Error librarii Phœnissarum v. 2. recordantis.

306. Γοργὼ] Γοργὼν A.H. et Flor. quattuor. Qua forma non videntur tragici usi esse nisi metro postulante: de quo dixit L. Dindorfius in Thesauro Stephani.

ἀπ' A.H. Flor. A. 10. Vulgo ἐπ'.

θεᾶς] θοᾶς A.H. Flor. A.

308. κώδωσι] De tintinnabulis equorum Æschylus ap. schol. Aristoph. Ran. 990. Ἀπολλώνιός φησιν ὅτι παρήνεγκε χρωμένους κώδωσί τινας, κώδωνας ἐν τοῖς φαλάροις καὶ χαλινοῖς τῶν ἵππων ἔχοντας. (et apud Eustath. p. 1157, 33.) Conf. Blomf. ad Æsch. Sept. 382. BOTH.

309. ψήφου λόγῳ] ψήφῳ λόγου Flor. 10.

310. δύναι' ἂν A.H. Flor. 10. δύν' ἀπ' Flor. A. δυναίμην Ald. ἄπλατον codices. ἄπλαστον Ald.

311. πελταστῶν] Thracum ea ab initio armatura fuit. Herodot. 7. c. 75. Hinc Xenophon Anabas. initio: ἔχων ὁπλίτας χιλίους καὶ πελταστὰς Θρᾷκας ὀκτακοσίους. Postea eodem more a Græcis recepto, in desuetudinem abiit ὁπλιτῶν nomen. Diod. Sic. 15. c. 44. Cornelius Nepos in Iphicrate. MUSG.

312. πολλοὶ δ' Flor. 1. 2. Vulgo πολλοί τ'. πομποί Flor. A. 10.

313. ὁμαρτῇ A. Flor. A. Vulgo ὁμαρτεῖ.

317. ὅταν πολίταις] Hæc chorus loquitur, tanquam jam Trojanis, diutina afflictis obsidione, præsens auxilium numinum favore ex adventu Rhesi affulgeat. Cæterum non abs re est, Thraces Trojanis auxilio venisse: siquidem magna inter ipsos fuit quondam affinitas, ut testatur Strabo; adeo ut nomina quædam et vocabula, nec non et linguæ usus communis ipsis exstiterit. STIBLIN.

εὐσταθῶσι A. εὐσταθμῶσι Flor. A. Scribebatur εὖ σταθῶσι.

318. συμφορὰ] Scribendum ξυμφορὰ ex A.

τἀγαθά A.H. Flor. A. 10. Vulgo τἀγαθόν.

322. ξυμπονοῦσιν Par. E.G. Flor. 1. 2. Vulgo ξυμπονῶσιν.

ἐξώστης Ἄρης] Metaphora a vento ducta, qui, cum vehementior solito est, ἐξώστης dicitur, vid. Suidam, v. ἐξώστης. Euripid. Cyclop. v. 279. Æschin. Epist. 1. MUSG.

323. ἔθραυε A.H. Flor. A. ἔφαυσε Ald.

μέγας] μέγα Flor. 10. Conf. Elmsl. ad Bacch. 640.

324. δ' om. A.

Τροίᾳ A.H. Flor. A. 10. Vulgo Τροίας.

325. ἐς] εἰς A.H. Flor. quattuor.

326. αἰροῦσι] αἴρουσι libri. Correxit Schæferus.

δορί] δουρί A.

327. ἀτίζεις] ἔλεξας Flor. A. 10. errore librarii, qui verba ὀρθῶς ἔλεξας ex Or. 100. 110. aliove tragici loco in mente haberet. Simile peccatum notavimus ad v. 305.

κἀπίμομφος] κἀπίμορφος A.H. Flor. A. 10.

329. πάλαι A.H. Flor. A. 10. πάλιν Ald.

331. σέλας θεοῦ] θεοῦ σέλας Flor. A. 10. et Chr. P. p. 283 D.

335. ὀφθεὶς] Aristides vol. 1. p. 124, 8. a Vatero comparatus, τοσαύτη δ' ἦν ὑπερηφανία τῆς παρασκευῆς καὶ τῶν ποιουμένων— ὥστε ἐξαρκεῖν ἐδόκει τοῖς βαρβάροις ὀφθῆναι μόνον.

ὀφθεὶς] ἐλθών Flor. A. His versibus in Havn. præscriptum Χορὸς Ἄγγελος et pro Ἕκτωρ v. 339. Χόρος. MATTH. V. 334—338. nuntio, 339—341. choro tribuit A.

336. ἐπείπερ ἦλθε] ἐπεὶ παρῆλθε Flor. A.

337. ἡκέτω] ἱκέτω Flor. 1. 2.

338. διώλετο] ἀπώλετο Flor. 1. 2.

340. δ' om. A.H.

οὕνεκ'] οὖν ἐκ A.

341. παρέστω] παρέσται A.H. Flor. A. πάρεστι Flor. 10.

342. Quid excusari velit, satis ostendit chorus sequentibus verbis; fiduciam scilicet, quam in Rheso exercituque, quem secum ducebat, immodicam habebat, declaraturus, Nemesin prius deprecatur, ne, si quæ forte superbiora exciderint sibi, ultione digna esse censeat. HEATH. De Adrastea videndi [scholiasta et] interpretes Hesychii et Suidæ s. Ἀδράστεια. MUSG. Ἀδράστια A.

343. εἴργοι Flor. 10. εἴργει A.H. Flor. A. εἴργοις Ald.

347. ἐπλάθης A.H. Flor. 1. 2. 10. Vulgo ἐπλάσθης.

Φρυγίαν A.H. Flor. A. 10. φιλίου Ald. quod in φιλίαν mutandum videbatur viro docto a Musgravio memorato.

348. ἐπεί σε A.H. Vulgo ἔπεισε.

349. Scribendum uno versu Πιερὶς—πορεύει. et in antistropho 358. ξὺν—εἰπεῖν.

351. Mater Rhesi neque ab Homero memoratur neque apud Euripidem exstat, qui solum prodidit eam ex Musarum numero fuisse. Musam tantum etiam Cicero nominavit De N. D. 3, 18. Contra alii matris ejus mentionem fecerunt, ut adeo quatuor diversæ sententiæ supersint. Secundum Apollodorum in Bibl. 1, 3, 4. Rhesus Euterpes filius est, quem alii Calliopes dicerent. Euterpes vero filium prodidit iterum Apollodorus apud schol. Rhesi v. 346. Heraclitus ibid. et schol. v. 390. Eustath. p. 817, 25. schol. ad Il. K, 435. Servius ad Virg. Æn. 1, 469. Terpsichoræ tribuerunt schol. Il. K, 435. et argumentum Rhesi. Clius denique statuit Marsyas ap. schol. Rhes. 346. et schol. Rhes. 390. VATER. in Prolegom. p. xxvii.

355. Ζεὺς ὁ φαναῖος explicatur v. 370. ἐλθὲ, φάνηθι. Est Juppiter qui subito apparet et votorum compotem facit. VATER. Epitheton Jovis aliunde non cognitum. Diversæ notionis est Ἀπόλλων Φαναῖος.

356. διφρεύων A.H. Flor. A. 10. διφρεύσων Ald.

βαλιαῖσι] Scholiasta, οὐ κυρίως νῦν τῇ λέξει κέχρηται· λευκὰς γὰρ εἶχεν, ὡς καὶ ἀνωτέρω αὐτὰς ἔφη. δύναται δὲ ἀντὶ τοῦ ταχείαις. Velocitatis significationem habet in versu Synesii λήγετε πνοιαὶ βαλιῶν ἀνέμων, ab Suida s. βαλιάν allato, et locis quibusdam Oppiani et Nonni, quos vide in Thes. Stephani vol. 2. p. 80 D. ed. Paris.

359. εἰπεῖν] ἰδεῖν A.H. Flor. A. quod Bothio ex ᾄδειν corruptum videbatur.

361. τοὺς προπότας θιάσους ἐρώτων quomodo a tumoris crimine liberem, non habeo; de explicatione tamen non despero. θίασοι ἐρώτων sunt θίασοι ἐρωτικοί, cœtus amantium inter pocula celebrati, in quibus quia pocula sibi invicem propinant, quod proprium erat τῶν θιασωτῶν, τὸ προπίνειν, id ad θιάσους refertur. MATTH.

363. ψαλμοῖσι, Canteri conjectura, quam confirmare videntur Flor. 1. 2. 10. ψάλμασι Ald. consentiente A.

οἰνοπλανήτοις] Scholiasta, ταῖς διὰ τοῦ οἴνου παραγούσαις τὸν νοῦν.

364. ἐπιδεξίαις Musgravius. Libri ὑποδεξίαις, nisi quod ὑποδεξίοις Flor. A. ὑποδεκτικαῖς interpretatur scholiasta.

ὑποδεξίαις] Omnino legendum ἐπιδεξίαις. Hom. Odyss. φ'. v. 141.

ὄρνυσθ' ἑξείης ἐπιδέξια πάντες ἑταῖροι
ἀρξάμενοι τοῦ χώρου, ὅθεν τέ περ οἰνοχοεύει.

Eupolis apud Pollucem, 2, 159. ὅταν δὲ πίνωσι τὴν ἐπιδέξια. Adde Critiam in eleg. apud Athen. l. 10. c. 9. MUSG.

366. ἀκτᾶς] ἀκτὰν Flor. A.

368. Duo versus in Ald. σᾷ—πρά- | ξας—.

δορὶ] δόρατι A.H.

ἐς] εἰς A.H. Flor. quattuor.

371. προβαλοῦ] προλαβοῦ A.H. Flor. A. Quod legisse videtur scriptor Chr. P. p. 288 B. ἔλθ' ἐλθὲ, φάνηθι προλαβὼν τῆς ἠοῦς σέλας.

373. σχιστὰν παρ' ἄντυγα] Aperturam, per quam currus conscenditur, recte intelligit scholiasta.

πώλους ἐρεθίζων om. A.H. Flor. A. 10.

πώλους Reiskius. Legebatur κώλοις.

374. δίβολον ἄκοντα] Duplicem hastam ab heroibus gestatam fuisse, multa Homeri loca ostendunt; quibus adde Pindari Pyth. 4. antistroph. 4. Ex aliis tamen veterum locis colligas, hastam duplici cuspide instructam in usu iis fuisse. Talem sc. Achilli tribuunt Æschylus et Sophocles citati scholiastæ Pindari ad Nem. 6. antistr. 3. ξεστοὶ ἀμφίβολοι κάμακες commemorantur Anthol. H. Steph. p. 444. MUSGR.

379. καπφθίμενον Bothius. Libri καταφθίμενον. καπφθιμένου Suppl. 984.

Θρῃκὶ] Θρηκίων A. Flor. A. Θρηκίῳ H. Flor. 1. 2.

382. πολίαρχον] πολύαρχον H. πολύαρχον Paris. duo.

384. κωδωνοκρότους quid sit, docet Æschyl. Sept. c. Theb. v. 391. Tintinnabula hujusmodi a Trojanis præcipue gestata esse, colligas licet ex fragmento Sophoclis apud Plut. Symp. Problem. 2. c. 5. MUSG.

385. τοὺς κελαδοῦντας Ald. τοὺς om. A.H. Flor. A. 1. 10: a m. sec. additum habet Flor. 2.

387. καταπνεῖ] ἀναπνεῖ H. Rhesus ut Deus venit, qui ex odore et flatu agnoscuntur. Quare Hippolytus apud Euripidem v. 1392. ὦ θεῖον ὀδμῆς πνεῦμα· καὶ γὰρ ἐν κακοῖς ὢν ᾐσθόμην σου. Vulgatæ vero libri Havniensis scriptura non præstat, siquidem et in Medea 839. Venus legitur χώραν καταπνεῦσαι. VATER.

388. ἐσθλὸς om. A.H.

παῖ] παῖς Flor. 1. 2. hic et v. 393.

389. παλαιᾷ σ' ἡμέρᾳ] Soph. Aj. 622. παλαιᾷ μὲν ἔντροφος ἀμέρᾳ. MATTH.

391. ἐχθρῶν] ἐχθρόν schol. Hom. Il. Z, 479.

395. ἀεὶ codices. αἰεὶ Ald.

399. φίλοις] φίλος A.H.

400. Hunc versum om. Flor. A. 10.

401. κήρυξ] Scribendum κῆρυξ, ut Ald. et codd.

403. ποῖον Matthiæ editio ex libro Victorii. Legebatur ποίων, quod restituendum.

404. βαρβάρους] βαρβάρου A.H. Flor. A. 10.

405. προὔπιες] *Prodidisti*. Προὔπιε τὴν Ἑλλάδα Thomas M. s. v. πίνει affert ex Demosthenis oratione de falsa legatione. Qui Euripidis verba confudisse videtur cum loco Demosthenis de corona p. 324, 23. τὴν ἐλευθερίαν προπεπωκότες πρότερον μὲν Φιλίππῳ, νῦν δ' Ἀλεξάνδρῳ. ἐκπίνειν simili sensu dictum Euripidi restituit Piersonus Hippol. 626. ὄλβον δωμάτων ἐκπίνομεν ubi libri ἐκτίνομεν.

409. ἀρίστοις] ἀρίστους H.

κατὰ στόμα] Opponitur τῷ λάθρᾳ v. 510, 511. Heracl. 801. VATER.

410. πέλτη doctius quam verius *hasta* explicata est a viris eruditis. Thracum clypeos in pugna Hector fregit. Apte confert Morstadtius Homerica Il. Υ, 268, Φ, 165. Ita etiam v. 487. πέλτην ἐρεῖσαι conferri potest cum Homerico (Il. X, 97.) ἀσπίδ' ἐρείσας, ne alios locos commemorem. VATER.

412. ὕστερος] ὕστερον A.H. Flor. A. 1. 2. Par. G.

βοηδρομεῖς] βοηδρομεῖν A.H.

413. ἐν γένει] Legebatur ἐγγενεῖς. Correxit Valckenar. Diatr. p. 105. collato Alc. 904.

415. σμικρὰ] μικρὰ H. Flor. 10.

416. οἱ δ' ἔν θ' ὅπλοισι A.H. οἱ δ' ἐν ὅπλοισι Flor. A. 10. οἱ δ' ἐνθάδ' ὅπλοις Ald.

417. ψυχρὰν ἄησιν] Hiemem et noctis vapores frigidos. BARN.

δίψιόν τε πῦρ θεοῦ] Æstatem et diei immodicos calores. BARN.

419. ἄμυστιν] Est genus poculi, ex quo facile et large bibitur, item potatio sine respiratione, aut intermissione; de quo verbo

vide Eustathium et Aristoph. scholiast. ad illum versum in fine Acharnens. 1243. *καὶ πρός γ' ἄκρατον ἐγχέας ἄμυστιν ἐξέλαψα.* Horat. Bacchum Threicia vincat Amystide. Pollux 6, 25. *Ἀμυστὶ πίνειν, ἀμυστίζειν, χανδὸν πίνειν· Θρᾳκία πρόποσις.* BARN. De amystide Thracia videri possunt loca citata ab interpretibus Hesychii s. v. *ἄμυστις.* MUSG. Alia attulit scholiasta.

δεξιούμενοι] Id est *δεχόμενοι.* Achæus ap. Athen. 1. p. 31 A. *ἐδεξιοῦτο Βιβλίνου μέθυος ἔκπωμά τι.* VATER.

426. *Σκύθης λεὼς*] *λαὸς Σκύθης* Flor. A. 10.

429. *πορθμεύσας* A.H. Flor. A. 10. *πορθμεύσων* Flor. 1. 2. *πορθμεῦσαι* Ald.

430. *αἱματηρὸς πέλανος* vituperatur a scholiasta, quod *ἀκύρως* hac voce usus sit Euripides. Rectius eundem (Orest. 220.) *ἀφρώδη πέλανον* dixisse propter album colorem, et Homerum quoque (Il. K, 7.) voce *παλῦναι* significasse *τὸ λευκᾶναι.* Sed ne quid de etymologia dicam, quæ falsa esse videtur, ipse usus veterum tragicorum *πέλανον massam quamcunque coactam* significasse ostendit. Id ipsum, quod vituperat grammaticus præivit Æschylus Pers. 816. *τόσος γὰρ ἔσται πέλανος αἱματοσταγὴς πρὸς γῇ Πλαταιῶν Δωρίδος λόγχης ὕπο.* Eumen. 265. *ἐρυθρὸς πέλανος.* Ipse etiam Eurip. Iph. T. 300. de Orestis in armenta patrata cæde, *ὡς αἱματηρὸν πέλανον ἐξανθεῖν ἁλός,* multo audacius. cf. Alcest. 851. Neque idem Euripides coloris habuit rationem Cress. fr. 13. 5. *τῆς ξουθοπτέρου πελάνῳ μελίσσης ἀφθόνως δεδευμένα,* siquidem *mel* significatur. Quid quod de liquidis etiam usurpavit Æsch. Choeph. 92. *χέουσα τόνδε πέλανον ἐν τύμβῳ πατρός.* V. Blomf. ad Æsch. Pers. 821. VATER.

ἐς A.H. Flor. 10. *εἰς* Ald.

431. *φόνος* A. Flor. A. 10. Vulgo *φόνῳ.*

432. *ἀπεῖργε*] *ἀπῆγε* A.H. Flor. A.

433. *τέ σοι μολεῖν*] *μολεῖν τέ σοι* Flor. 10.

435. *τάξας ἔτειον δασμὸν*] Ex hoc loco fluxerunt quæ narrat Parthenius c. 36. *λέγεται δὲ καὶ Ῥῆσον, πρὶν ἐς Τροίαν ἐπίκουρον ἐλθεῖν, ἐπὶ πολλὴν γῆν ἰέναι προσαγόμενόν τε καὶ δασμὸν ἐπιθέντα.* VATER.

438. *οὐδ'—οὔτ'* ex Matthiæ editione relictum. Revocandum quod in libris est *οὐχ—οὐδ'.*

οὐχ ὡς σὺ κομπεῖς τὰς ἐμὰς ἀμύστιδας] Dicendum erat *οὐχ, ὡς*

σὺ κομπεῖς, ἀμύστιδας δεξιούμενος. Pro eo ἀμύστιδας ad κομπεῖς retulit, adjecto τὰς ἐμὰς, quo gravior sit reprehensio, quasi iis unice deditus esset Rhesus. MATTH. Probabilis Vateri correctio est οὐχ ἃς σὺ κομπεῖς —.

441. ἐπεζάρει] Ed. Ald. et MSS. ἐπεζάτει, quod Glossographus in MS. Harleiano per ἐπεβάρει explicat, Canteri conjecturam, hic etiam receptam, egregie confirmans. Sic utique explicari solet ἐπεζάρει. vide Hesychium in voce et schol. ad Phœniss. v. 45. MUSG.

442. ἄυπνος A.H. Flor. A. 10. ἀόπλοις Ald.

πορπάμασιν Porsonus ad Toup. Emend. vol. 4. p. 439. πορπάσμασιν A.H. Flor. A. 10. πορπήμασιν Ald.

446. ῥίπτεις Sallierius. Legebatur πίπτεις.

Ἄρη Flor. A. 10. Vulgo Ἄρην.

448. ναυστάθμοις] ναυστάθμους A.H. Flor. A. 10.

ἐπεισπεσεῖν] Scribendum ἐπεσπεσεῖν.

449. θατέρᾳ Brunckius. Libri θ' ἠτέρα.

δ' A.H. Flor. A. τ' Ald.

451. ἄρηται L. Dindorfius. αἴρηται A.H. Flor. A. αἰρέτω Ald.

452. μέγ' αὐχοῦντας] μεγαλαυχοῦντας A.H. Flor. A.

453. ὕστερος A.H. Vulgo ὕστερον.

454. His versibus respondent antistrophici inde a v. 820. post longum intervallum. Similiter in Hippolyto v. 362.

Versus in Ald. sic descripti ἰω— | φίλος— | φθόνον— | θέλοι — | εἴργειν — | οὔτε πρὶν — | ἐπόρευσε — | πῶς — | ἔγχος — | πῶς δ'— | εἰ γὰρ—εἰσ- | ἴδοιμ'— | χειρὸς—λόγχᾳ.

Scribendum uno versu, deletis quæ Hermannus posuit lacunæ signis, φίλα θροεῖς, φίλος Διόθεν εἶ, μόνον.

455. εἶ] εἰ A.

μόνον A.H. Flor. A. μόνος Ald.

457. ἐθέλοι A.H. Flor. A. θέλοι Ald.

τὸν addidit Hermannus et σοῖσι pro σοῖς restituit.

464. ἐσίδοιμ' Matthiæ. Libri εἰσίδοιμ', quod revocandum.

466. ἀποινάσαιο A.H. Flor. 10. ἀποινάσοιο Flor. A. ἀπονάσαιο Ald.

Cum ἀποινᾶσθαι sit ἄποινα *exigere sibi*—vid. ad v. 177.— hæc sumi possunt aut cæde hostis aut pecunia. Prius hic solum aptum, ut sit τιμωρεῖσθαι, et ἀποινᾶσθαι absolute dicatur. VATER.

467. τοιαῦτα—πρᾶξαι] *Talem capere fructum:* qui satis vul-

garis verbi πράσσειν usus est, velut in fragmento Platonis comici apud Plut. Vit. Alcib. 13. Nic. 11. quod Vaterus attulit, καίτοι πέπραγε τῶν τρόπων μὲν ἄξια, αὐτοῦ δὲ καὶ τῶν στιγμάτων ἀνάξια. illud vero proprium hujus loci est, quod cum genitivo τῆς μακρᾶς ἀπουσίας construxit poeta, analogiam verbi ἀπολαύειν secutus.

469. ἐπειδὰν] ἔπειδ' ἀνδ' A.

471. Ἀργείων A.H. Flor. A. Ἀργείαν Ald.

475. πολλὴν A.H. Flor. A. πολλοῖς Ald.

476. ἢ] ἢ A.

477. τὸν codices. τῆς Ald.

479. τούσδ'] τούς γ' Flor. 1. 2.

ἀριστῆς] ἀριστεῖς Flor. A. 10. ἀριστείας A. Scribebatur ἀριστέας. Vid. ad Soph. Aj. 390.

480. κοὐ] οὐ Flor. A. 10.

ἀλλ' ἄδην A.H. ἀλλ' ἄδην Flor. A. Legebatur ἀλλὰ δήν. Locutio est Homerica, Il. N, 315. οἵ μιν ἄδην ἐλόωσι καὶ ἐσσύμενον πολέμοιο. T, 423. οὐ λήξω πρὶν Τρῶας ἄδην ἐλάσαι κακότητος. et, quem locum scholiasta attulit, Od. E, 290. ἀλλ' ἔτι μέν μίν φημι ἄδην ἐλάαν κακότητος.

481. πάντ'] πᾶν A.H. Flor. A.

εἰργάσμεθα] εἰργάσμεθ' ἂν Flor. 2. et Par. tres.

482. πόρρω] Scribendum πόρσω. Vid. ad Bacch. 391.

492. ἐντάξαι pro ἀντιτάξαι. Sic ἐνστάτης pro ἀντιστάτης Soph. Aj. 104. MATTH.

493. γ' addunt codices: om. Ald.

494. Notandum μηνίων correpto iota: de quo conf. ad Hippol. 1146.

496. τίς δὴ] τίς δὲ A.H. τί δαὶ Flor. A. τί etiam Flor. 10.

497. ἡσσᾶσθαι] Scribebatur ἡττᾶσθαι.

499. θρασὺς] θρασὺ A.H.

500. τήνδ'] εἷς Boissonadius. Quæ usitatior loquendi ratio est, ut v. 946. σεμνὸν πολίτην κἀπὶ πλεῖστον ἄνδρ' ἕνα ἐλθόντα.

501. Ἀθάνας codices plerique. Ἀθηνᾶς Ald.

ἔννυχος codices. ἔναγχος Ald.

502. Raptum Palladium et Ulixis πτωχεία ab aliis post Rhesi cædem ponuntur: unde anachronismum notavit scholiasta.

503. ἔχων στολὴν] στολὴν ἔχων Flor. 10.

504. Ἀργείοις A.H. Ἀργείους Ald.

505. Ἰλίου] Ἴλιον A.H. Flor. 1. 2.

506. πυλῶν παραστάτας Flor. A. παραστάτας Φρυγῶν A.H.

507. ἀεὶ A.H. αἰεὶ Ald.

508. Θυμβραῖον] De templo Thymbræo v. Strabon. 13. p. 598. et schol. Hom. Il. K, 430. VATER.

ἄστεως Victorius. ἄστεος Ald.

512. σὺ] οὐ A. γε H.

κλωπικὰς ἕδρας A.H. Flor. A. 10. κλωπικαῖς ἕδραις Ald.

514. πυλῶν] πυλῶν γ' H.

ἀμπείρας A.H. Flor. A. 10. ἐμπείρας Ald.

515. θοινατήριον] θοιναστήριον Flor. 10. θηρατήριον H.

517. κατθανεῖν] καταθανεῖν Flor. A.

μόρῳ] πότμῳ A.H. In μόρῳ consentit Chr. P. p. 278 B.

519. χρὴ] δεῖ H.

522. τ'] δ' A.H.

523. προταινὶ] Vocabulum aliunde non cognitum, de quo scholiasta, Παρμενίσκος τὴν προταινί λέξιν Βοιωτικήν φησι καὶ μετ' οὐδεμιᾶς πίστεως. σημαίνει δὲ τὸ ἔμπροσθεν. Notum est ποταινί et ποταίνιος, quod προταίνιον scriptum est apud Hesychium, a grammaticis per προσφάτως et πρόσφατος explicatum.

525. δέχθαι] Forma epica, cujus unicum hoc est apud tragicos exemplum. δέχεσθαι A.H. Flor. A. δέχεσθε Flor. 10.

528. Interrogandi signum non post ἐμάν, sed post πρῶτα ponit Ald. Correxit Tyrwhittus. Cum verbis sequentibus Valckenarius locum Homeri comparavit Il. K, 251. μάλα γὰρ νὺξ ἄνεται, ἐγγύθι δ' ἠώς· ἄστρα δὲ δὴ προβέβηκε, παρῴχηκεν δὲ πλέων νὺξ, τῶν δύο μοιράων, τριτάτη δ' ἔτι μοῖρα λέλειπται.

πρῶτα δύεται σημεῖα] Scholiasta, Παρμενίσκος πρῶτα σημεῖά φησι λέγεσθαι τὰς τοῦ Σκορπίου πρώτας μοίρας, διὰ τὸ ὑπὸ τῶν ἀρχαίων οὕτως αὐτὰς λέγεσθαι, καὶ ὅτι ταύταις ὁ Βοώτης ἅμα ἄρχεται καταδύεσθαι.

529. ἑπτάποροι Πλειάδες (Πληϊάδες A.H.) αἰθέριαι] αἰθέριαι sunt, quæ in æthere, i. e. supra horizontem, sese conspiciendas præbent, plane ut πελάγιαι νῆες sunt, quæ in pelago versantur. conf. Med. v. 441. MUSG. αἰθέριαι igitur est αἰθέριαί εἰσιν. et sic jam scholiasta intellexit, τὰ μὲν πρῶτα σημεῖά φησι δύεσθαι, τὰς δὲ Πλειάδας ἀνατέλλειν. Ab Musgravio me dissensisse et ad αἰθέριαι non εἰσί, sed δύονται intelligi voluisse doctissimus Harius in Museo philol. Cantabrig. vol. 1. p. 23. ex eo colligit quod post σημεῖα coli commatisve signum in editione Aldina

positum omiserim. At ego minime dissensi, sed comma pro ea qua ego uti consuevi interpungendi ratione omittere debui nec metuendum putavi ne quis Πλειάδας αἰθερίας δύεσθαι dici crederet, quod sensum præbere ineptum recte judicat Harius et jam ab scholiasta diserte monitum est, qui post verba supra allata pergit, πῶς γὰρ ἐπὶ καταδυομένων αἰθερίας εἶπεν αὐτάς; ὥστε τριχόθεν τὸν καιρὸν ὑπὸ φυλάκων δηλοῦσθαι, ὑπὸ τῆς δύσεως, ἀνατολῆς καὶ μεσουρανήματος.

530. Duo versus in Ald. quorum alter a μέσα incipit.

533. ἔγρεσθε πρὸς φυλακὰν] Metro adversatur ἔγρεσθε, pro quo aliud verbum a poeta positum fuit, velut ἔλθετε.

534. μηνάδος] Rarissima vox et vix alibi lecta. MUSG.

536. πρὸ δόμων Barnesius. πρὸς δόμων libri. Scribendum cum Musgravio προδρόμων. Stellam dicit diei præcursorem, Luciferum. Quem Ion Chius (ap. Suidam s. v. διθυραμβοδιδάσκαλος) ab Vatero comparatus vocat ἀελίου λευκοπτέρυγα πρόδρομον.

ὅδε] οὐδέ A.H.

γ' A.H. Flor. A. γάρ Ald.

ἀστήρ codices. ἀνήρ Ald.

538. ἐκηρύχθη] ἐκληρώθη Dobræus. Post hunc versum excidit versus parœmiacus, respondens versui 558.

539. υἱόν] Scribendum ὅν cum Hermanno.

Κόροιβον] De Corœbo vid. Meinek. ad Euphor. p. 179. Heyn. ad Virgil. Æn. 2. excurs. 10. Boissonad. ad Nicet. Eugenian. 4, 23. VATER. Κόρυβον Par. G. Harl. Κόροιμβον H. Quæ usitatæ hujus nominis corruptelæ sunt in quorumvis scriptorum codicibus.

540. Παίων] Quæritur quo jure Corœbum Pæonum ducem dixerit Euripides.—Cum Mygdones et Pæones populi Thraciæ essent, apparet facile fingi potuisse Mygdonis filium ducem Pæonum. Recessit in hoc Euripides ab Homero Il. B, 848. qui Pyræchmem ducem Pæonum facit, quo loco Eustathius p. 359. annotat: περὶ δὲ Πυραίχμου ἐν τοῖς Πορφυρίου φέρεται ὅτι Πατρόκλου ἀναίροντος αὐτὸν Ἀστεροπαῖος ἦγε τοὺς Παίονας, ὃν ἔρριψεν Ἀχιλλεύς. VATER.

541. Μυσοὶ δ' ἡμᾶς] His verbis præscriptum erat ἡμιχ. Delevit Bothius, non recte. Itaque restituatur HM.

546. ἡμένα] ἡμέρα Flor. quattuor.

548. Σιμόεντος] Genitivum scholiasta explicat per ellipsin

præpositionis ἐπί: quod fieri nequit. Ex quo manifestum est ἡμένα cum accusativis κοίτας φοινίας esse construendum. Respicitur autem ad stuprum Philomelæ consecutamque cædem Ityos.

550. παιδολέτωρ] ἁ παιδολέτωρ A.H.

μελοποιὸς—μερίμνας] μερίμνας Heathii conjectura est, qui hæc annotavit. "Non potest ἀηδονὶς adjective poni et cum μέριμνα junctum significare *luscinia sollicita*. Μερίμνας igitur aut μέριμναν reponendum, et lectio Ald. ἡμένα revocanda. Structura loci sic procedit: Ἀηδονὶς μελοποιὸς παιδολέτωρ ἡμένα ὑμνεῖ πολυχορδοτάτᾳ γήρυϊ μερίμνας vel μέριμναν κοίτης φονίας. *Luscinia cantus artifex liberorum interfectrix sedens canit* multitona voce ærumnas thalami funesti. Ideo autem κοίτη φονία dicitur, quia stuprum, quod a Tereo passa est, cædi Ityos occasionem dederat." Libri μέριμνα. Scribendum videtur μελοποιὸν—μέριμναν.

551—630. exciderunt ex A.

552. νυκτιβρόμου Piersonus. Legebatur νυκτιδρόμου.

557. ὃν ναῶν om. H. Hunc versum cum duobus proximis om. Flor. 1.

559. ἡμιχορίαν notam hic et in sequentibus om. H.

560. ἦ Par. G. Harl. ἢ codices reliqui. εἰ Ald.

εἰσπαίσας] Legebatur εἰσπεσών. Correxit Valckenarius ex Flor. A. qui εἰς παίσας. Scribendum autem ἐσπαίσας. Præcedenti versui ἐμπεσών additum in Flor. A. 10. quod est glossema vocabuli ἐσπαίσας.

561. διόλωλε] διόλωλεν Flor. 1. 2. ὄλωλε H. διώλεσεν Flor. A. 10.

τάχ' ἂν] Fortasse τάχ' ἂν δ' scribendum cum Hermanno.

φοβερόν] Corrigendum φανερόν cum Hermanno.

565. οὐκ om. H.

568. κλάζει σιδήρου] *Aeris sonum reddit.*

570. ὄρφνην H. Flor. 10. ὄρφναν Ald. et Chr. P. p. 287 C.

571. τοι] τι Flor. A. et Chr. P. l. c.

577. τί] ποῖ Par. E.G.

πῃ] Scribendum ποι ex Flor. quattuor et Chr. P. p. 288 B.

578. Ulixi continuant H. et Harl.

580. εὕρομεν] Scribendum ηὕρομεν.

581. τὸν H. Flor. 10. Vulgo τόνδ'.

582. ναυστάθμων] ναυστάθμου Ald. Correctum ex H. Flor. A. 10.

583. ὅστις H. Flor. A. 10. Vulgo ὅσπερ.

585. Αἰνέαν Flor. 10. Vulgo Αἰνείαν.

586. μολόντε] μολόντες Ald. Correxit Musgr. ex codd. Paris.

χρὴ H. Flor. A. Vulgo χρῆν.

590. πολεμίους] πολεμίοις Flor. A. 10.

594. Diomedi tribuit H. In hoc versu desinit Flor. A.

πείθου] πιθοῦ Bothius, probabiliter.

τύχη H. τυχεῖν vulgo, consentiente Chr. P. p. 288 A.C.

595. Minerva non potest dubitari quin ex machina loquatur. Non conspici deam Vaterus in Prolegom. p. lv. colligendum putavit ex verbis Ulixis v. 608. δέσποιν' Ἀθάνα, φθέγματος γὰρ ᾐσθόμην τοῦ σοῦ συνήθη γῆρυν. ex quibus hoc tantum tuto colligi potest, Minervam ab conspectu remotiorem esse, ut in loco simili Sophoclis Aj. 14. ὦ φθέγμ' Ἀθάνας, φιλτάτης ἐμοὶ θεῶν, ὡς εὐμαθές σου, κἂν ἄπεπτος ᾖς, ὅμως φώνημ' ἀκούω καὶ ξυναρπάζω φρενί. quæ ipsa quoque Ulixis ad Minervam verba sunt, ex quibus expressa esse Euripidea viris doctis visa sunt qui spuriam hanc fabulam esse censuerunt.

λιπόντε] λιπόντες H. Par. E.G. Flor. 1. 2. Verborum constructio est ποῖ δὴ χωρεῖτε Τρωϊκῶν ἐκ τάξεων, λιπόντες αὐτάς.

600. ἐς αὔριον] Scribendum εἰς αὔριον. ἐπαύριον H.

601. οὔτ' ἄν σφ' H. Flor. 10. οὔτε σφ' Ald.

606. σφαγὰς κρατόμους Flor. 10.

607. ἔσται] ἥκει H.

608. Hic Euripides suo more Homerum præcipue respicit, qui, quamvis Minervam ipsam haud introduxerit, ἐρωδιὸν tamen in faustum signum ait eam misisse, quem licet illi ob noctem non viderint, ἀλλὰ κλάγξαντος ἄκουσαν. Et eodem modo Ulysses Minervam precatur, Iliad. κ'. v. 278. Κλῦθί μευ, αἰγιόχοιο Διὸς τέκος, ἥ τε μοι αἰεὶ Ἐν πάντεσσι πόνοισι παρίστασαι, &c. BARN.

609. συνήθη] συνήθους H. Flor. 10.

611. ποῦ] ποι Flor. 10.

κατεύνασται] Scribendum κατηύνασται.

612. πόθεν—στρατεύματος] *Qua castrorum parte versus nos.* Conf. v. 695. πόθεν νιν κυρήσω; VATER.

614. τάξεων] τάξεως H.

κατεύνασεν] Scribendum κατηύνασεν.

618. στίλβουσιν ὥστε H.

ὥστε] ὥσπερ Flor. 10. Chr. P. p. 288 D. στίλβει γὰρ ὥσπερ ἀπαλὴ χιὼν νέα.

πτερὸν κύκνου Flor. 10.

619. κτανόντε Flor. 10. Vulgo κτανόντες.

621. πωλικόν] Τρωϊκόν Flor. 10.

623. πάρες γε] πάρεσχε Flor. 1. 2. πάρεσχε Flor. 10. πάρεχε H.

σοὶ δὲ χρὴ] χρὴ δέ σοι H.

πώλων] πώλους H. Flor. 10.

626. ὠφελῇ H. Vulgo ὠφελοῖ.

627. καθ'] ἐφ' superscriptum in Harl.

629. μεμβλωκότων] Vocabulum Homericum, cujus nulla alia apud tragicos exempla exstant.

630. Ulixi tribuit H.

σὺν] πρὸς Flor. 1. 2.

631. δ' additum ex H. et Flor. 10. posita quæ vulgo abest post μόνος interpunctione.

632. ἥκειν H. Par. E. Flor. tres. ἥκει Ald. puncto post χωρεῖ posito.

635. χειρὸς οὐ θέμις θανεῖν A.H. χειρὸς οὐ θανεῖν θέμις Flor. 10. οὐ θέμις χερὸς θανεῖν Ald.

636. ὥσπερ] ὥσπερ A.H. et Flor. tres.

σφαγὰς φέρων Flor. 10.

640. ὃν δὲ] Rhesum.

643. σε χρῆν Flor. 10. Vulgo σε χρή. σ' ἐχρή A. Scribendum igitur σ' ἐχρῆν.

644. χρίμπτεται] ἐγχρίμπτεται H.

στρατεύματι] στρατεύμασι Flor. 10.

650. ἄνδρα σοι A.H. ἄνδρα σοὶ Ald.

654. δ' additum ex Flor. 10.

658. εἰδὼς] Corrigendum ἰδὼν ex Chr. P. p. 285 C. Sic ἰδὼν in εἰδὼς corruptum in libris omnibus Aristoph. Ran. 714.

659. ὁ δ' εἰσιδὼν] ὅδ' ὡς ἰδὼν A.H. Post φράσαι excidit colon.

μολόντας] μολῶντας A.

662. κοσμήσων] κοιμήσων A.H.

663. σοῖς τε Flor. 1. 2. et Chr. P. p. 284 C. σοῖς δὲ A.H. Flor. 10. σοί τε Ald.

665. δόκει H. (non A). δοκεῖ Ald.

τὰ σὰ A.H. Par. E.G. Flor. tres. τάδε Ald.

666. ὥστ' A.H. Vulgo ὡς.

668. ὑμᾶς μὲν αὐδῶ Flor. 10.

ἄγαν ἐρρωμένους codices. ἄγαν γ' ἐρωμένους Ald.

669. κοιμίσαι] κοιμῆσαι H. κοιμήσαι Flor. 10.

671. ἔ τ' H.

672. ὑμᾶς codices. ἡμᾶς Ald.

τάχιστα χρὴ A.H. Flor. 10. Vulgo τάχιστ' ἐχρῆν.

674. χορὸς λυκίων præscriptum in H.

ἔα ἔα om. Flor. 10. ἔα αε A. Fortasse ἆ ἆ.

675. βάλλε] βάλε quater scriptum in A.H. et Flor. tribus. Retinendum βάλλε. Sic Aristoph. Acharn. 280. οὗτος αὐτός ἐστιν, οὗτος. βάλλε βάλλε βάλλε βάλλε. παῖε πᾶς τὸν μιαρόν.

676. θένε θένε A.H. et Flor. tres. Vulgo θεῖνε θεῖνε, quod revocandum.

τίς iidem codices. τίς δ' vulgo. Scribendum τίς δδ' cum Musgravio.

677. αὐδῶ] αὐτῶ Flor. 10. Voluit ἀϋτῶ.

678. κλώπες] Typothetæ error pro κλῶπες.

ὄρφνην A.H. Vulgo ὄρφναν.

679. κινοῦσι] κτενοῦσι A.H.

680. δεῦρο triplicandum metri caussa. Hermanno ἀνήρ in fine versus addendum videbatur.

681. καὶ om. A.H.

καὶ τούσδ'] καὶ γὰρ δ' Flor. 1.

682. λόγος] λόχος A.H. Flor. 10.

πόθεν ἔβας; ποδαπὸς εἶ; A.H. " Ald. πόθεν ἔβας πόδα; τὶς εἶ; Sic etiam Harl. nisi quod πῶς habet pro τίς. Par. E. πόθεν σοῦ φέρεις πόδα; τίς εἶ; Par. G. Flor. 2. πόθεν σὸν φέρεις πόδα; πῶς εἶ." MATTH.

683. Ald. οὐ χρή σ' εἰδέναι Flor. 1. 2. οὐ χρὴ εἰδέναι σε θαν. Flor. 10. οὐκ ἐχρῆν σ' εἰδέναι θάνῃ. Havn. οὐ σ' ἐχρῆν εἰδ. Vict. οὐ σὲ χρὴν (sic) Harl. οὔ σε χρή. — σήμερον om. [A. et] Havn. MATTH. Versus interpolatus: nam nec crasis illa probabilis est χρὴ εἰδέναι, quam Heathius transponendo removebat εἰδέναι

ἐ' οὐ χρή, quæ tamen non apta est collocatio verborum, nec σήμερον a poeta scriptum videtur, pro quo αὐτίκα potius dicendum fuisset.

684. ξύνθημα A.H. Flor. 10. σύνθημα Ald.

685. Ald. Οὐν. ἴστω. θάρσει. Χορ. πέλας τις ἴθι. παῖε. παῖε πᾶς τις ἄν. in quo metri nec vola nec vestigium. ἴσχε pro ἴστω est ex Heathii conjectura. [ἴστω vel ἴσχε Reiskius.] In sqq. τις post πέλας om. Harl. Flor. 10. Havn. Pro ἴθι Flor. 1. ἴθον. παῖε semel Harl. Flor. 1. Havn. In fine τις ἄν. om. Harl. Flor. 10. [A. et] Havn. MATTH.

686. ΗΜ. Ἦ σὺ δὴ Ῥῆσον κατέκτας;] Ex scena præcedenti apparet, Rhesum a poeta occisum fingi eo ipso tempore, quo Minerva cum Paride colloquitur. Nihilominus chorum de morte ejus nondum quidquam suspicatum esse, nedum cognovisse, ex sequentibus æque certum est. Quomodo igitur Ulyssem hic, an Rhesum interfecisset, interrogat? An, visis Rhesi equis, quod Petito et Heathio placet, statim mortem ejus subodoratur? Primo, quid vetabat equos, vivo domino, abduci? Deinde quam frivolum est id, quo Ulysses, si viros doctos audimus, chori suspiciones sedavit: *Ego vero interfeci aliquem, qui te alioqui interfecisset,* i. e. hostem? Persuasit scilicet choro, se Rhesi equos, quos vel in tenebris propter candorem agnovisses, in Græcorum castris invenisse, et inde abegisse, domino interemto. Astutum profecto commentum! Ego vero rem sic concipio: Ulysses et Diomedes, dum, Rheso occiso, ad castra Græcorum contendunt, in excubitores Trojanos incidunt, a quibus circumfusi transitu prohibentur. Impetum in eos facere non audent, ne totus exercitus clamore et tumultu excitatus ipsis spem reditus intercluderet. Invenienda igitur aliqua fallacia est, qua se ex hoc tanto periculo extricent. Jam quid probabilius, i. e. ad decipiendum accommodatius, erat, quam ut Ulysses, equis Rhesi vectus, ipse se Rhesum esse simularet? Hoc si quis non ineptum judicat, versum sic emendare potest:

ΟΔ. Ἦ σὺ δὴ Ῥῆσόν γ' ἀτακτεῖς; ΧΟ. Ἀλλὰ τὸν κτανοῦντα Σύ.

Ulys. An tu erga Rhesum insolenter te geris?
Cho. At tu erga aliquem, qui te interficiet.

MUSG. Quæ hic alius atque alius ex choro cum Ulysse agunt, mirifice torserunt criticos. Librorum scripturæ satis

planam monstrant emendandi viam, cujus partem vidit Musgravius:

Ο. ἴσχε. Χ. θάρσει. πέλας ἴθ'. Ο. οὔπω. Χ. παῖε παῖε πᾶς. τίς εἶ;
ἦ σὺ δὴ Ῥήσου; Ο. κατέκτας. Χ. ἀλλὰ τὸν κτενοῦντα σέ.
Ο. ἴσχε πᾶς τις. Χ. οὐ μὲν οὖν. Ο. ἆ, φίλιον ἄνδρα μὴ θενεῖς;

Hastæ cuspide tactus Ulysses exclamat, occidisti. At, respondet Trojanus, occisurum. HERM. Opusc. vol. 3. p. 307.

ἦ σὺ δὴ] δὴ om. A.H. οὐ σὺ supra scriptum habet Harl.

κτενοῦντά σε H. (non A.) et Flor. 1. 2. κτανοῦντά σε Ald. Verba ἀλλὰ—σε Ulixi, ἴσχε πᾶς τις hemichorio tribuit Petitus. Personas recte distinguit Hermannus: vid. ad v. 686.

687. οὐ μενῶ] Scribendum οὐ μὲν οὖν cum Reiskio.

ἆ] Libri ἃ ἄ. Alterum ἄ delendum esse vidit Musgravius.

φίλιον Harl. Legebatur φίλον.

θένης] θένε H.

689. Harl. Flor. 1. 2. 10. Havn. οἶσθ' ὅπῃ (ὅπῃ Flor. 10.) Flor. 10. etiam βεβήκασιν. ἄνδρες scripsi pro ἄνδρες. Sequentia Ulyssi tribuunt Harl. [A. et] Havn. inepte. ἄνδρες nulli alii esse possunt, nisi Ulysses et Diomedes, qui quum effugerint, neuter respondere potest. Ald. οὐδέ πῃ κατείδ. Flor. 10. οὐδὲ κατείδ. Harl. τί δὲ πῇ. Par. E.G. Flor. 1. 2. τῇδέ πῃ. MATTH. πῇ δέ πῃ A.

690. Verba ἕρπε πᾶς κατ' ἴχνος αὐτῶν Ulyssi continuat [A. et] Havn. et verba ἤ βοὴν ἐγ. cum vs. 691. cum Harl. choro tribuit. Pro ἴχνος Flor. 1. ἴχνους, pro αὐτῶν Flor. 10. αὐτοῦ. MATTH.

691. ἐν H. Harl. ἐκ A. et Ald.

692. Ἡμιχορίῳ hanc etiam stropham tribuit Ald.: choro A.H.

694. ὃς μέγα] ὁ μέγας A.H. ὁ μέγα Flor. 10.

697. ὄρφνης A.H. Vulgo ὄρφνας.

702. τίς ἦν πόθεν; ποίας Hermannus. τίς ἦν ἢ πόθεν ἐστὶν ἢ ποίας A.H. τίς ἦν πόθεν ἢ τίνος Flor. 10. Vulgo τίς ἢ πόθεν ἢ ποίας.

703. ποῖον A.H. Flor. 10. Vulgo ὁποῖον.

ἐπεύχεται Hermannus. Legebatur εὔχεται.

705. πάροιθε] Scribendum πάροιθεν ex A.

τί μή om. A.H. Pro eo τί μήν Flor. 10.

706. δοκεῖς] δοκεῖ Flor. 2.

708. τίς Flor. 1. 2. Vulgo τίν' cum diversa interpunctione.

709. αἰμύλον] αἰμύλου A. Flor. 10.

710. ἔβα] καὶ πάρος κατὰ πτόλιν, ὕπαφρον ὄμμ' ἔχων] Vid. Hecub. v. 239. Οἶσθ', ἡνίκ' ἦλθες Ἰλίου κατάσκοπος, Δυσχλαινίᾳ τ' ἄμορφος, ὀμμάτων τ' ἄπο Φόνου σταλαγμοὶ σὴν κατέσταζον γένυν; Vid. etiam supra v. 497. Andreas autem Schottus Observat. Poet. 2. c. 43. ad hos versus: Ὃς εἰς Ἀθηνᾶς σηκὸν εἴναγχος μολὼν Κλέψας ἄγαλμα ναῦς ἐπ' Ἀργείων φέρει: *Non*, inquit, *servatus hic temporum ordo ab Euripide; post hæc enim gesta Palladium Ulysses abstulit.* Vellem equidem, Schottum suam sententiam non tantum pronuntiasse, sed probasse; quod tamen vix posse puto. Variant enim de hac re auctores: alii enim ab Ulysse et Diomede Palladium surreptum dicunt, alii ab Ulysse solo; alii eos, cuniculis factis, in arcem adscendisse, nonnulli per cloacas; alii post Achillem occisum, alii longe ante hæc fingunt. Quare et Euripidi sua debetur auctoritas, certe Andreæ Schotti nequaquam inferior. Præterea poetis semper licuit, semperque licebit, veras etiam historias paulo aliter inflexas ad rem suam variare. Quæ dico, ne quis vel hinc causam arripiat, de hujus fabulæ auctore dubitandi. Vid. supra v. 427. De Palladio autem vid. Iphig. Taur. v. 88. et hujus fabulæ, v. 498. BARN.

711. πτόλιν] πόλιν A.H. Flor. 10.

ὕπαφρον] Vid. Hesych. s. h. v. ubi codex habet ὕπαφρον τὸ ὑγρασίαν ἔχον ἐμφερῆ ἀφρῷ. Cf. Zonar. p. 1781. et Tittm. MATTH.

712. στολᾷ A.H. στολῇ Ald.

714. κρύφιος Morstadtius. Legebatur κρυφαῖος. In hoc versu desinit Flor. 10.

715. ἐπαιτῶν] ἀπαιτῶν H.

ἀγύρτης τις] ἀγύρτις A.

716. κάρα] κράτα A.H.

πολυπινές τ'] Legebatur πολυπινῆ τ'. Correctum ex Par. G, qui πουλυπινές τ'.

717. τὰν—Ἀτρειδᾶν A.H. Vulgo τὴν—Ἀτρειδῶν.

720. ἡμιχ. præfixum in A.H.

ὄλοιτ' A.H. ὄλοιτο δ' Ald.

723. μέμφεται (quod ipsum in A. legitur) error typothetæ pro μέμψεται.

725. τί δρᾶσαι L. Dindorfius. Legebatur τί δρᾷς δή; Sed

δὴ om. A.H. Infinitivus pendet a δυσοίζων, pariterque proximum περᾶσαι quod pro ἐᾶν περᾶσαι dictum est.

727. εἰς] Scribendum ἐς.

728. Personæ notam om. A. In codd. reliquis hic et infra οἰκέτης præscriptum. Mutavit L. Dindorfius.

Alterum ἰὼ accessit ex Harl.

729. ἔα—πᾶς alteri hemichorio, reliqua pars versus alteri tribuebatur. Correxit L. Dindorfius.

ἔα] ἔα ἔα A.

σῖγα L. Dindorfius. Libri σίγα.

730. ὕφιζ' Reiskius. Legebatur ὕβριζ', consentiente Flor. 1. 2. In A.H. est ὕφιζος. ἀβρίξ MS. Stephani.

ἴσως γὰρ εἰς (scribe ἐς) βόλον τις] εἰς βόλον γὰρ ἴσως τις A.H.

βολον] βολή Par. E.G. superscripto βόλον. Conf. Bacch. 847. γυναῖκες, ἀνὴρ ἐς βόλον καθίσταται.

731. ἰὼ] ἡμιχ. præfixum in A.

ἰὼ ἰώ A.H. Vulgo ὦ.

τίς ὁ στένων choro tribuit L. Dindorfius: hemichorio libri.

733. ἰὼ] ἡμιχ. præfixum in A. corrupte pro ἡνίοχ. Idem error infra redit. Alterum ἰώ additum in editione Matthiæ, quacum consentire videtur A.

734. ἐσιδὼν] εἰδὼν Flor. 1. ἰδὼν A.H.

737. τορῶς A.H. Par. G. Flor. 1. 2. et suprascriptum Harl. γ' ὅλως Ald.

738. ἡμιχ. præfixum in A.H.

741. διόπων Barnesius. Vulgo διοπῶν. δι' ὀπῶν A. διοπτῶν H.

742. Interjectiones ἃ ἃ ἃ ἃ auctoritate duorum codicum, Par. E. (in quo adscriptum περισσὸν) et Harl., additæ sunt. Recte absunt ab codicibus reliquis et Ald. Itaque deleantur.

747. ἡνίοχος hoc loco præfixum habent A.H: vulgo οἰκέτης.

749. Interjectiones ante hunc versum positæ accesserunt ex A.H, qui triplicatum ἃ exhibent, et ex libro Victorii, in quo quater scriptum ἄ. Scribendum ἃ ἃ, vel ἀᾶ.

750. πῶς A.H. Vulgo πῶς δ'.

ὀλοίμαν Flor. 1. 2. Revocandum quod in libris reliquis est ὀλοίμην. Post hunc versum repetit Ald. τοῖς Θρῆξιν πένθος τολυπεύσας, quæ om. A.H. Flor. 1. 2. Harl.; in margine habet Par. G.

753. κέλσαντες A.H.

755. αὐδᾷ] αὐδᾷς A.H.

756. ἡνίοχ. præfixum in A. Vulgo οἰκέτης.

762. Vulgo, ἐπεὶ γὰρ ἡμᾶς εὕνασ' Ἑκτορέα χείρ] Non debebat libri Havniensis scriptura Ἑκτορέα χεὶρ εὕνασε textui inferri, quam valde suspectam reddit libri Vaticani lectio Ἑκτορέα χεὶρ εὕνασε. Recte habet Ἑκτόρεια correpta syllaba postrema. Ejusmodi est Πολυδεύκεια χείρ ab Etym. M. p. 461, 45. memoratum. Διομήδεια apud Aristoph. Eccles. 1029. Ceterum εὕνασε in ηὕνασε mutandum.

763. εὕδομεν] Scribendum ηὕδομεν.

766. πλῆκτρα] Non explicant grammatici veteres. Interpres quidem *scuticam* intelligit, sed frustra. Parum enim intererat, utrum *scutica* jugo apposita esset, necne. Ex versu 299. colligi potest, colla jugalium sibi invicem sera connexa esse:

χρυσῆ δὲ πλάστιγξ αὐχένα ζυγηφόρων
πώλων ἔκλῃε——

Nota hic vocem ἔκλῃε, ut et in loco, qui nunc præ manibus est, καθήρμοσθ', et eam quoque de rebus obseratis adhibitam. vid. Phœn. v. 115. Hinc sine ulla dubitatione corrigo:

κλῇθρά τ' οὐκ ἐπὶ ζυγοῖς
ἵππων καθήρμοσθ'——

Nonnus 28. v. 77. πολυκλήϊστον ὑπὸ ζυγὸν. Non sine causa hoc commemorat Auriga: neque enim adeo facile abduci potuissent equi, si colla eorum, sive inter se, sive currus forte temoni, sera connexa fuissent. MUSG.

πλῆκτρα] Hoc in loco, contra quod alii de scuticis et flagellis velint, ego potius pro κώδωνες sane sumendum duco; vid. supra v. 380. Nihil enim ad rem erat, sive flagellum appendere ad jugum, sive non; sin vero tintinnabula iis adhuc appensa forent, non potuisset Diomedes et Ulysses equos abigere ad naves ob strepitum; quo proderentur. Et Homerus agnoscit, flagellum in curru adesse positum, sed quia id Ulysses nesciret, arcu pro scutica usum, Iliad. K, 500. Τόξῳ ἐπιπλήσσων, ἐπεὶ οὐ μάστιγα φαεινὴν Ποικίλον ἐκ δίφροιο νοήσατο χερσὶν ἑλέσθαι. BARN. Recte Barnesius intelligere videtur tintinnabula.

τ'] δ' H.

768. νεῶν] νηῶν A.

769. πρύμναισι] πρύμνησι A.H.

φαύλως] *Negligenter*. HEATH.

774—782. In A. literis appositis indicatur versus hoc ordine esse legendos 774. 776. 775. 779. 780. 781. 777. 778. 782. et hoc ordine exhibit H.

775. κἀνεχωρεῖτον Par. E. κανεχωρήτην A.H.

776. ἄπυσα δ' αὐτοὺς A.H.

πελάζεσθαι] πελάθειν H. πλάθειν A.

στρατῷ] τῷ στρατῷ H.

778. οἷδ'] οὐδ' A.H.

779. εὖδον] Scribendum ηὖδον.

780. ὕπνου] ὕπνους H.

781. ἃς] οὓς A.H.

783. ῥάχιν] *Eam dorsi equini partem quæ sessioni apta est.* HEATH. ῥοήν A.H.

784. θείνον τε liber Victorii. θείνοντες Ald.

δ' om. A.

ῥινοῦ] ῥίνου A.

τρίχα om. A.H.

Νάρθηκος sive ferulæ mentio est apud nostrum Bacch. 113. 147. 251. 705. 1155. Hel. 1377. Re vera diversam a thyrso fuisse copiose ostendit Musgravius ad v. 706. Sed discrimen neglexit Euripides, qui νάρθηκα εὔθυρσον dixit v. 1155. fere ut κάματον εὐκάματον v. 66. Hunc Penthei νάρθηκα εὔθυρσον appellarat θύρσον vv. 833. 939. Simili modo, quod in manu tenet Cadmus, νάρθηξ dicitur v. 251. mox vero v. 254. θύρσος. ELM.

Ad ὑβριστὰς hæc scripsit Brodæus: *quibus mystæ obvios quosque per jocum cæderent.* Mihi potius ὑβρισταὶ appellari videntur, quia ὑβρισταὶ habentur, qui eos gestant. Eadem sunt ναρθηκοφορεῖν et βακχεύειν, quod quantulum distet ab ὑβρίζειν, ostendit Athenæus p. 36. E. Ὅθεν τινὲς τὴν Διονύσου γένεσιν καὶ τὴν τῆς Ὕβρεως κατὰ ταυτὰ γενέσθαι φασίν. Confer ὕβρισμα Βακχῶν v. 778. et similia. ELM.

115. Pro ὅστις ἄγει, quod est in Ald., Pal. βρόμιος ὅτ' ἄγη θιάσους, Laur. ὅτ' ἄγη a prima manu, ὅστις ἄγει a correctore: e meis nihil enotatum. Hinc Elmslei. suspicatur, Euripidem scripsisse ὁπότ' ἂν ἄγῃ vel εὖτ' ἂν ἄγῃ. MATTH. Scribendum εὖτ' ἂν ἄγῃ cum Elmsleio.

118. Ald. ἀφ' ἱστόν. ἀφ' ἱστῶν jam Brub. et sic duo Florr. ἀμφ' ἱστῶν Pal. Mox Pal. παρακερκίδων | τ'. Laur. ἐπ κερκίδων | τ'. MATTH.

121. Aldus comma habet post Κρῆτες, Pal. et Laur. a pr. m. κρήτας, hic nunc κρῆτάς sec. Elmslei. Etiam Strabonis 10. p. 740. codd. Laurent. (vid. Elmsl. ad v. 55.) A. κρῆτάς διογενέτορας ἔνθ' αὐλος. B. ζαθέοιο τε κρήτας διογενέτορος ἔνθ' αὐλοί. C. κρῆτες διογενέτορες ἔνθ' αὐλίς. Hinc Elmsl. Κρήτας, quod multo minus poeticum est, quam Κρῆτες ἔναυλοι. MATTH. Recte Elmsleius Κρήτας prætulit, sed non animadvertit pro ζάθεοι scribendum esse ζαθέου, de quo dixi in Thesauro Stephani s. v. Ζάθεος.

122. Διογενέτορες ἔναυλοι] *Natalicia Jovis domicilia.* MUSG.

123. ἔνθα τρικόρυθες ἄντροις] Ald. et Strabonis edd. τρικόρυθές τ' ἐν ἄντροις. Paris. E. Flor. 1. 2. τρικόρυθες ἐν ἄντροις. Paris. G. et Laur. ἔνθα τρικόρυθες ἐν ἄντροις, sed vocabulo ἔνθα

linea circumducta deleto: vid. Brunck. et Bast. comm. palæogr. p. 857. Hinc Musgr. dedit ἔνθα τρικόρυθες ἄντροις. Etiam Strab. codd. apud Elmsl. vel ἔνθα τρικόρυθες ἀνθοῦσι vel ἔνθα τρικόρυθες ἀνθ' ὧν s. ἀνθ' οἷς. τρικόρυθες vocantur Corybantes, monente Lobeckio ad Soph. Aj. p. 358 sq. ob triplicem galeæ marginem, qui trium galearum super impositarum speciem reddebat. En Pontificis Romani coronam! MATTH. τρικόρυθες ἔνθ' ἐν ἄντροις Dobræus. Quod nunc præfero.

125. εὗρον] Scribendum ηὗρον ex Pal.

126. ἀνὰ—κέρασαν] Id est ἀνεκέρασαν.

βάκχια, quod emendate in codice Parisino G., corrupte in editionibus veteribus βακχεία scriptum est, dubitatur quomodo sit interpretandum. Mihi ut εὔια dictum videtur v. 157. Vitiose apud Strabonem libri alii βακχεῖα præbent, alii βακχείῳ, quod librarii propter vicinum συντόνῳ posuerunt.

127. Aldus κέρασαν ἡδυβόα. Strabo κέρας ἀνὰ δύο βοᾶν (vel βοάν). Ex qua scriptura quamvis corrupta constare videtur legendum esse ἀδυβόᾳ. ELM.

129. εἰς] Scribendum ἐς hic et v. 132.

εὐάσμασι] Libri ἔν τ' ἄσμασι, nisi quod Pal. ἐν ᾄσμασι, Par. G. ἔν τ' ἄσθμασι. In Laur. τ' a correctore additum videtur. Correxit Musgravius ex Strabone, apud quem scriptum est καλλίκτυπον εὔασμα Βακχᾶν.

131. ἐξανύσοντο] *Obtinuerunt.* Æsch. Prom. 699. τὴν πρίν γε χρείαν ἠνύσασθ' ἐμοῦ πάρα κούφως. BRUNCK.

θεᾶς] Ῥέας Strabo.

133. συνῆψαν] προσῆψαν.

τριετηρίδων] Oppianus Cyneg. 4. 233. οἰνάδες, ὀσχοφόροι, τριετηρίδες, ἀνθοκάρηνοι, | Βάκχου φοιταλιῆος ἐγερσιχόροιο τιθῆναι. Unde fortasse Joannes Nicolai apud Jac. Gronovium Thes. T. 7. p. 201. F. inter Bacchi sacerdotes sive ministras etiam Τριετηρίδας enumerat. Nihil tale docet Statius Theb. 4. 722. *Ludus et atra sacrum recolet trieteris Ophelten.* Neque Cicero de Natura Deor. 3. 23. *Dionysos multos habemus:—— quintum Niso natum et Thyone, a quo trieterides constitutæ putantur.* Plura de Trietericis Virgilii interpretes ad Æn. 4. 302. ELM.

134. αἷς] Scribendum οἷς ex Strabone.

135. οὔρεσιν codices. ὄρεσιν Ald. Probabilis metri forma restitui potest ὅταν in εὖτ' ἂν mutando, ut v. 115.

137. πέσῃ] πεύσῃ Pal. in quo veræ scripturæ vestigium superest. Corrigendum enim παύσῃ. Sic Helen. 1319. δρομαίων δ' ὅτε πολυπλανήτων μάτηρ ἔπαυσε πόνων.

πεδόσε] πεδός σε Pal.

138. ἀγρεύων] ἀγορεύων Pal. et a pr. m. Laur.

139. Αἷμα hic φόνον significat, ut apud nostrum Or. 829. τίς νόσος, ἢ τίνα δάκρυα, | καὶ τίς ἔλεος μείζων κατὰ γᾶν, | ἢ ματροκτόνον αἷμα χειρὶ θέσθαι; Ibid. 1649. δίκην ὑπόσχες αἵματος μητροκτόνου. Idem θυσίαις ἥδεται βροτοκτόνοις dixit Iph. T. 384. βορᾷ χαίρουσιν ἀνθρωποκτόνῳ Cycl. 127. Activo sensu sumuntur adjectiva ἀνθρωποκτόνος, βροτοκτόνος, μητροκτόνος, τραγοκτόνος. ELM.

ὠμοφάγον] Clem. Al. p. 11, 15. Διόνυσον μαινόλην ὀργιάζουσι Βάκχοι, ὠμοφαγίᾳ τὴν ἱερομανίαν ἄγοντες, καὶ τελίσκουσι τὰς κρεανομίας τῶν φόνων, ἀνεστεμμένοι τοῖς ὄφεσιν ἐπολολύζοντες Εὐάν. Apud Plut. Themist. p. 119 A. ὠμηστοῦ Διονύσου mentionem esse monet Heathius. Simile est χαρμοναῖσιν ἀνδροβρῶσι, quod dixit noster Herc. 385. Apud Hesychium legendum videtur: Ὠμοφάγους δαιταλεῖς: τοὺς τὰ ὠμὰ κρέα μερίζοντας καὶ ἐσθίοντας. ELM.

140. Noster Phœn. 153. Ἀλλά νιν ἁ κατ' ὄρη μετὰ ματέρος | Ἄρτεμις ἱεμένα, | τόξοις δαμάσασ' ὀλέσειεν. ELM.

Λύδια] Λύδιά θ' Elmsleius. Quo non opus. Dobræo hic versus post proximum transponendus videbatur.

141. ὁ δ' ἔξαρχος Βρόμιος] Intelligendum ἐστί. Ἔξαρχος vox Homerica. Il. Ω. 720. παρὰ δ' εἶσαν ἀοιδοὺς | θρήνων ἐξάρχους. Demosthenes de Cor. p. 516. B. ἔξαρχος καὶ προηγεμὼν καὶ κιττοφόρος καὶ λιχνοφόρος καὶ τὰ τοιαῦτα ὑπὸ τῶν γραδίων προσαγορευόμενος. Plutarchus Mor. p. 65. C. ἦν δὲ ὁ Μήδιος τοῦ περὶ τὸν Ἀλέξανδρον χοροῦ τῶν κολάκων οἷον ἔξαρχος. Apud eundem Numa p. 67. C. legitur ἔξαρχος τῶν ἱερῶν. Quo exemplo usus est Stephanus in Thesauro Ling. Gr. ELM. Adde Plut. Mor. p. 792 F.

Pal. εὖ οἶ.

142. Simile est, quod ita reddunt Alexandrini Exod. 3, 8. καὶ εἰσαγαγεῖν αὐτοὺς εἰς γῆν ἀγαθὴν καὶ πολλὴν, εἰς γῆν ῥέουσαν γάλα καὶ μέλι. Confert Brunckius Horatium Carm. II. 19, 9. *Fas pervicaces est mihi Thyades, | vinique fontem, lactis et uberes | cantare rivos, atque truncis | lapsa cavis iterare mella.* Confert etiam hujus fabulæ vv. 703—710. ELM. Hero de

Automat. in descriptione Διονύσου ναΐσκου p. 256. μετὰ δὲ τὴν θυσίαν δεῖ ἐκ μὲν τοῦ θύρσου γάλα ἀναπιτυσθῆναι, ἐκ δὲ τοῦ σκύφους οἶνον. γίνεται οὖν καὶ τοῦτο οὕτως etc.

144. Pal. νέκταρ.

Pal. συρείας. Æschylus Ag. 1321. Οὐ Σύριον ἀγλάϊσμα δώμασιν λέγεις. ELM.

καπνός] καρπός Zonaras p. 1307.

145. Laur. a pr. m. ὁ βακχεὺς δ' ἔχων πῦρ: ἐκ νάρθηκος ἀΐσσει. πυρσώδη φλόγα πεύκας. Corrector πῦρ delevit, transpositionis notas β α addidit. ἀΐσσει recte Heath. vertit *impetu fertur*. Solemnis mentio discursationum Bacchicarum; ignis vero quassando concitati tamquam rei primariæ, commemoratio, quæ inest in ἀΐσσει φλόγα, paulo frigidior. MATTH.

147. Deleatur comma quod typotheta post ἀΐσσει posuit.

148. Ald. δρόμῳ καὶ χοροῖς. Par. E. τοῖς χοροῖς, omisso, ut videtur, καί. Flor. 1. δρόμῳ γῆς χοροῖς. quod esset *per terram discurrendo*. In Pal. ι vocis χοροῖς duobus punctis subscriptis notatum est. Hinc Elmsl. ἀΐσσει δρόμῳ τε χορούς ἐρ. Herm. ἀΐσσει δρόμῳ, χορὸς ἐρ. πλ. Accusativum reponendum jam Brunck. viderat, sed incommode addito articulo, τοὺς χορούς. Accusativus πλανάτας nude positus vix cuiquam placuerit. Itaque χορὸς—πλανάτας verum est, deleto καί. Non minus ἐρεθίζων per se positum ambiguum videtur, nisi conjungas δρόμῳ ἐρεθίζων. MATTH.

πλανάτας] πλάνας Pal.

149. Non liquet utrum ἰαχαῖς an ἰακχαῖς scripserit poeta.

150. πλόκαμον] πλόκον Burgesius.

αἰθέρα] αἰθέρας Flor. 1.

151. Laur. ἐπευάσμασιν. Post ἐπιβρέμει Pariss. E.G. Flor. 1. 2. addunt ἐπιλιγει (sic sine accentu) ἠχεῖ, Laur. ἐπῖ (sic) λίγει' ἠχεῖ, c. gl. περισσόν. e glossemate, ut putat Elmsl. MATTH.

153. ὦ hic om. Par. E. Flor. 1. 2. et recte omittunt. Nam scribendum uno versu, τοιάδ' ὦ ἴτε βάκχαι, ἴτε βάκχαι.

154. Τμώλου] Vid. Herodot. 1, 93. Strabon. p. 625 D. ELM.

χρυσορόου] χρυσορόα Elmsleius.

χλιδά Victorius, præfixo ἴσως. Libri χλιδᾷ.

158. εὔια] Adverbii loco, *Bacchico more*. ELM. Conf. ad v. 126.

160. ἱερὸς ἱερὰ] Duo dactyli, admissa mensura epica.

161. σύνοχα] *Congrua.* Noster Hel. 168. εἴθ' ἐμοῖς γόοις | μόλοιτ', ἔχουσαι τὸν Λίβυν | λωτὸν, ἢ σύριγγας, αἰλίνοις κακοῖς | τοῖς ἐμοῖσι σύνοχα δάκρυα, | πάθεα πάθεσι, μέλεα μέλεσι. ELM. εἰς ὄρος huic versui addit, alterum εἰς ὄρος delet Hermannus, ita ut proxima verba hexametrum efficiant ἠδομένα—φορβάδι. Quæ non improbabilis ratio est.

169. βάκχα Musgravius. Libri Βάκχου.

170—172. His versibus θεράπων præfixum in Par. E.G. Flor. 1. 2.

170. τίς ἐν πύλαισι; Κάδμον ἐκκάλει δόμων. Bergler. ad Aristoph. Pac. 179. "Hanc totam scenam imitatus est Nonnus Dion. 45, 56 sqq." HERM.

178. ᾐσθόμην] Hec. 1114. Ὦ φίλταθ', ᾐσθόμην γάρ, Ἀγάμεμνον, σέθεν | φωνῆς ἀκούσας, εἰσορᾷς ἃ πάσχομεν; Dixit etiam Rhesi scriptor v. 608. Δέσποιν' Ἀθάνα, φθέγματος γὰρ ᾐσθόμην | τοῦ σοῦ συνήθη γῆρυν (ἐν πόνοισι γὰρ | παροῦσ' ἀμύνεις τοῖς ἐμοῖς ἀεί ποτε)· | τὸν ἄνδρα δ' ἡμῖν ποῦ κατεύνασται φράσον, | πόθεν τέτακται βαρβάρου στρατεύματος. Sic etiam Sophocles Œd. C. 891. Ὦ φίλτατ', ἔγνων γὰρ τὸ προσφώνημα σὸν, | πέπονθα δεινὰ τοῦδ' ὑπ' ἀνδρὸς ἀρτίως. Quod ad ὡς attinet, significat ἐπεὶ, ni fallor, ut apud Aristophanem Lys. 1109. αὐτὴ γὰρ, ὡς ἤκουσεν, ἥδ' ἐξέρχεται. Confer Bacch. 624. 690. 1086. 1093. Ita Sophocles Œd. C. 1629. ὁ δ' ὡς ἐπῄσθετ' ἐκ θεοῦ καλούμενος, | αὐδᾷ μολεῖν οἱ γῆς ἄνακτα Θησέα. Euripides Cycl. 419. ᾐσθέντα δ' αὐτὸν ὡς ἐπῃσθόμην ἐγὼ, | ἄλλην ἔδωκα κύλικα. Minus plene igitur post v. 179. distinxi. ELM. ὡς verte *nam.* Hæc scilicet intra intrandum loquitur Cadmus, non adhuc viso Tiresia. DOBR.

179. Pal. σοφ' σοφοῦ, quod est σοφὸν σοφοῦ. ELM.

182. Διόνυσον, ὃς πέφηνεν ἀνθρώποις θεός] Hunc versum spurium esse, confictum ex v. 860. recte judicat Dobræus.

184. δεῖ] δὴ Par. Laur.

188. ἡδέως Miltonus. Libri ἡδέων.

189. ταῦτ' ἐμοὶ] Libri ταυτά μοι. Correxit L. Dindorfius.

190. Quæ hic Tiresiæ sunt, præter verba ταὐτά μοι πάσχεις ἄρα, in Ald. Cadmo tribuuntur usque ad 209. quæ Cadmi, Tiresiæ, ita ut versui 210. nova persona non præfixa sit. Veram personarum descriptionem a Cantero restitutam confirmant Parr. E.G. Flor. 1. 2. MATTH.

χοροῖς codices. κακοῖς Ald.

192. ἔχοι] ἔχεῖ Pal.

193. Gellius 13. 18. *Sed etiam ille versus non minus notus,* γέρων γέροντα παιδαγωγήσω σ' ἐγώ, *et in tragœdia Sophocli scriptus est, cui titulus est* Φθιώτιδες, *et in Bacchis Euripidi.* ELM.

194. Aldus ἀμοχθεὶ 'κεῖσε νῷν. Pal. Laur. ἀμοχθεὶ κεῖσε νῶϊν. Reposui ἀμοχθί, ut semper in similibus. De qua scriptura vide ad Sophoclis Œd. Col. 1646. ubi ultimam producit ἀστακτί: ELM.

200. Sensum esse puto: *nihil argutamur cum diis,* i. e. non disputamus cum diis tanquam qui plus illis sapere nobis videamur. HERM.

201. πατρίους Valckenarius. πατρὸς libri. Conf. locum Plutarchi ad v. 203. afferendum.

202. καταβαλεῖ Scaliger. Libri καταβάλλει. ἐκβαλεῖ est in loco simili Erechthei fr. 1, 49. οὐκ ἔσθ' ἑκούσης τῆς ἐμῆς ψυχῆς, πάτερ, | προγόνων παλαιὰ θέσμ' ὅστις ἐκβαλεῖ. Monuit Valckenarius.

203. Plutarchus Mor. p. 756. B. a Valckenario allegatus: ἀρκεῖ γὰρ ἡ πάτριος καὶ παλαιὰ πίστις, ἧς οὐκ ἔστιν εἰπεῖν οὐδ' ἀνευρεῖν τεκμήριον ἐναργέστερον, οὐδ' εἰ δι' ἄκρας τὸ σοφὸν εὕρηται φρενός. Vulgo οὐ δι' ἄκρας, quod corrigere neglexit Wyttenbachius. ELM.

εὕρηται] Scribendum ηὕρηται cum Elmsleio.

204. Huc respicere Themistium Or. 16. p. 199. D. monet Porsonus Adversar. p. 264. Themistii verba sunt: οὐχ οἷός τε εἰμὶ κατέχειν ἐμαυτὸν, οὐδὲ τὸ γῆρας αἰσχύνομαι, κατ' Εὐριπίδην, μέλλων χορεύειν. ELM.

206. Ante illud οὐ γὰρ supplendum κακῶς φρονῶν. ELM.

207. Pal. εἰ χρὴ χηρεύειν. Paullo melius Laur. εἰ χρὴ χορεύειν. ELM.

209. δι' ἀριθμῶν αὔξεσθαι interpretor ita ut ii, qui honore aliquem prosequi debeant, qui non, dinumerentur, et a se secernantur. MATTH.

210. Cadmi personam addunt Pariss. E.G. Flor. 1. 2. MATTH.

220. Διόνυσον] Διόνυσος Pal.

223. Pal. πτώσουσαν. Iterum hoc verbo utitur noster Hec.

1064. ὦ κατάρατοι, ποῖ καί με φυγῇ | πτώσσουσι μυχῶν; Cum Baccharum loco confer Andr. 753. ὅρα δὲ μή νυν εἰς ἐρημίαν ὁδοῦ | πτήξαντες οἶδε, πρὸς βίαν ἄγωσί με. Cum altero Cycl. 406. ἄλλοι δ' ὅπως ὄρνιθες, ἐν μυχοῖς πέτρας | πτήξαντες εἶχον. Hæc attuli, ut ostenderem πτήσσειν et πτώσσειν non nisi forma differre. ELM.

224. Plena oratio est ὡς δὴ Μαινάδας θυοσκόους οὔσας. Participium simili modo omittit noster Andr. 233. Τί σεμνομυθεῖς, κεῖς ἀγῶν' ἔρχει λόγων, | ὡς δὴ σὺ σώφρων, τἀμὰ δ' οὐχὶ σώφρονα; Sic etiam Aristophanes Vesp. 1306. οὗτος δὲ διεμύλλαινεν, ὡς δὴ δεξιός. ELM.

Hesychius: Θυοσκόος: εἶδος μάντεως, διὰ σπλάγχνων τὸ μέλλον δηλοῦντος. οἱ δὲ τὸν δι' ἐμπύρων ἱερῶν τὰ σημαινόμενα νοοῦντα. Neutrum horum significat θυοσκόους apud Euripidem, sed potius *furibundas* aut ejusmodi aliquid. Θυοσκόος apud tragicos sæpius non legitur. ELM.

227. παυδήμοισι Flor. 1. 2. παυδήμοις Pal. παυδόμοις Ald.

229. Ἰνώ] οἰνώ Laur.

Ἀγαύην] Scribebatur Ἀγανήν.

235. εὔκοσμος MSS (?) Stephani. Vulgo εὔοσμος, quod εὔοσμον scriptum est in Flor. 1.

236. Aldus οἰνωπὰς ὄσσοις. Pal. a prima manu οἰνωπὰς τ' ὄσοις, ni fallor, a correctore οἰνωπὰς τ' ὄσσοις. Laur. et Par. G. οἰνωπά (sic) τ' ὄσσοις. Par. E. οἰνωπάς τ' ὄσσοις. Scaliger οἰνῶπας ὄσσοις. Hi omnes οἰνωπὰς sive οἰνῶπας cum χάριτας conjungunt. Nominativum οἰνωπὸς reposuit Barnesius. ELM.

242. Διόνυσον θεόν] Reiskius Διόνυσος θεός, quod falsam sententiam habet: nam nec hospes ipse Dionysum se esse usquam dicit, nec chorus eum Bacchum esse putat, nec Pentheus id eum jactare usquam significat. Sed nec vulgata lectio commoda est: quum enim ἐκεῖνος repetatur, fieri non potest, quin utroque loco illud ad eumdem hominem referatur, ad hospitem (ut Orest. 584 sq.) de quo dici non potest, hospes ἐν μηρῷ ποτ' ἐρράφη Διός. Itaque Reiskius pro ἐρράφη conjecit ἐρράφθαι, quam conjecturam probatam Musgravio recepit Brunck. At ita hoc quoque in laudem dei jactare hospes dicendus esset, tanquam id, quo divinus Bacchi ortus demonstraretur: quod absurdum est. Hoc enim irridentem Pentheum commemorare conveniebat, ut v. 286. Mihi quid scrip-

tum fuerit non liquet. MATTH. Recte animadvertit Matthiæ absurdum esse alterum illud ἐκεῖνος, quod facit ut non Dionysus, sed ipse ille hospes, quem Dionysum esse nescit Pentheus, femori Jovis insutus fuisse videatur. Non minus inepta sententiarum consecutio in verbis proximis est ἐν μηρῷ ποτ' ἐρράφη Διὸς, ὃς ἐκπυροῦται λαμπάσιν κεραυνίαις, quæ ita dicta sunt ut non Dionysum, sed Jovem ipsum fulmine crematum esse credas. Nam de Dionyso si intelligi vellet poeta, et cogitandi et dicendi leges postulabant ut hunc institueret sententiarum ordinem, ὃς ἐκπυρωθεὶς λαμπάσιν κεραυνίαις ἐν μηρῷ ποτ' ἐρράφη Διός. Evanescet vero omnis verborum absurditas, si scribatur ἐκεῖνος εἶναί φησι Διόνυσον θεὸν, ὃς ἐκπυροῦται —, ejecto versu isto ἐκεῖνος ἐν μηρῷ ποτ' ἐρράφη Διός, quem non esse ab Euripide scriptum criticos pridem animadversuros fuisse puto, nisi versibus 286—297. fraudem sibi fieri passi essent, de quibus suo loco dicetur. Ceterum istius versus scriptor ἐκεῖνος ἐν μηρῷ ποτ' ἐρράφη Διὸς, præcedentia verba ἐκεῖνος εἶναί φησι Διόνυσον θεόν eo ipso sensu, quem Reiskius reposito nominativo Διόνυσος θεός efficere studuit, accepisse videtur.

246. Hesychius: Ἀγχόνη: πνιγετός. Ἀγχόνης: ἰξία. Corrigunt interpretes: Ἀγχόνη: πνιγετός. ἢ ἀγχόνης ἄξια. Grammaticum respexisse putant ad Aristophanem Ach. 125. Ταῦτα δῆτ' οὐκ ἀγχόνη; ELM.

Aldus ἔστ' ἄξια. Sic etiam Pal. et Laur. Quod ideo moneo, quia Par. E. ἦν ἄξια habet in textu, ἔστ' in margine. Non nisi librarii oscitationi tribuendum videtur ἦν, quod admisissem, si in Pal. aut Laur. repertum esset. Noster Or. 614. μᾶλλον δ' ἐκείνῃ σοῦ θανεῖν ἐστ' ἀξία. His exceptis, nullum senarium apud tragicos exstare puto, qui in initio quinti pedis ἔστ' vel ἐστ' habeat. Itaque legendum arbitror in Bacchis ἐπάξια, in Oreste ἐπαξία. Ita noster v. 715. ὡς δεινὰ δρῶσι, θαυμάτων τ' ἐπάξια. ELM. Recepi emendationem Elmsleii.

251. Laur. a correctore βακχεύοντας. Sic etiam [Flor. 1. et] Par. E.G. quorum auctoritate uti potuisset Porsonus, quum ἀναίνομαι in αἰδοῦμαι mutavit. ELM.

ἀναίνομαι] Porsonus Adversar. p. 264. βακχεύοντες (voluit βακχεύοντας) et αἰδοῦμαι. In Laur. ἀναίνομαι primam literam a correctore scriptam habet. Quæ fuerit prima scriptura, mihi non liquet. Sanissimum est ἀναίνομαι, quod ἄχθομαι significare videtur. Ita noster Iph. A. 1502. Ἔθρεψας Ἑλλάδι με φάος, |

θανοῦσα δ' οὐκ ἀναίνομαι. Herc. 1124. *Καὶ τόν γε δήσαντ' εἴπ'. ἀναινόμεσθα γάρ.* Subaudi *δεθέντες.* Ibid. 1235. *Ἐπῄνεσ'. εὖ δράσας δέ σ' οὐκ ἀναίνομαι.* ELM.

252. Pal. *εἰσορῶν ὄυν οὐκ ἔχον.* Laur. a prima manu *εἰσορῶν νοῦν οὐκ ἔχων.* ELM.

255. 256. 257. Male hæc vulgo interrogative accipi mihi videntur. ELM.

256. *εἰσφέρων*] Scribendum *ἐσφέρων.*

257. *Πτερωτοὺς* et *ἔμπυρα* conjungit noster etiam Hel. 752. Verba mox dabo ad v. 262. ELM.

Laur. *φέρων* supra scripto *ειν* a correctore. ELM. *φέρων* Flor. 1.

258. Similia ab Œdipo audit idem Tiresias apud Sophoclem Œd. T. 402. *εἰ δὲ μὴ 'δόκεις γέρων | εἶναι, παθὼν ἔγνως ἂν οἷάπερ φρονεῖς.* ELM.

ἐξερύετο Par. E.

259. *καθῆσ'* Par. Laur. *'κάθησ'* Ald.

261. *γάνος* codices et Etymol. M. p. 221, 20. *γάμος* Ald. Conf. v. 381.

262. Euripides Hel. 752. *οὔτ' ἦν ἄρ' ὑγιὲς οὐδὲν ἐμπύρου φλογὸς, | οὔτε πτερωτῶν φθέγματ'.* Aristophanes Plut. 362. *Φεῦ. ὡς οὐδὲν ἀτεχνῶς ὑγιές ἐστιν οὐδενός.* Plura exempla collegit Dobræus. Paullo aliter Herodotus 6, 100. *τῶν δὲ Ἐρετριέων ἦν ἄρα οὐδὲν ὑγιὲς βούλευμα.* ELM.

263. *δυσσεβείας* Reiskius. Legebatur *εὐσεβείας.* " Eadem varietas apud nostrum Hel. 1026. *εὐεργετῶ γὰρ κεῖνον, οὐ δοκοῦσ' ὅμως, | ἐκ δυσσεβείας ὅσιον εἰ τίθημί νιν.* Aldus *ἐξ εὐσεβείας.* Idem paullo ante v. 978. *ἢ νῦν ἐκείνους ἀπόδος ἐμψύχους πάλιν, | ἢ τήνδ' ἀνάγκασόν γ' εὐσεβοῦς πατρὸς | κρείσσω φανεῖσαν, τἄμ' ἀποδοῦναι λέχη.* Legendum *δυσσεβοῦς* alias ostendam.—De constructione genitivi dixit Matthiæ Gramm. Gr. §. 348. p. 492. cujus exemplis adde Euripidem Iph. A. 327. *Ποῦ δὲ κἄλαβές νιν; ὦ θεοὶ, σῆς ἀναισχύντου φρενός.* Neque necessarium est *ὦ θεοὶ, οἴμοι, φεῦ,* aut tale quid, ut putasse videtur Musgravius. Aristophanes Nub. 816. *τῆς μωρίας, | τὸν Δία νομίζειν ὄντα τηλικουτονί.* Eccl. 782. *τῆς μωρίας, | τὸ μηδὲ περιμείναντα τοὺς ἄλλους, ὅ τι | δράσουσιν, εἶτα τηνικαῦτ' ἤδη.*" ELM.

264. 265. Vulgatum horum versuum ordinem agnoscere videtur Oppianus Cyneget. 4. 289. *οὐ Τυρίου Κάδμοιο καταιδό-*

μενος τρίχα λευκὴν, | οὐδὲ κυλινδομένην οἶσι πρὸ πόδεσσιν Ἀγανήν. Neque assentior Musgravio legendum statuenti: *Ἐχίονος δ' ὢν παῖς καταισχύνεις γένος, | Κάδμον τε τὸν σπείραντα γηγενῆ στάχυν*; ELM.

266. Plutarchus Alexandro p. 695. D. *λέγεται δέ ποτε, πολλῶν παρακεκλημένων ἐπὶ τὸ δεῖπνον, ἐπαινέσαι κελευσθεὶς ἐπὶ τοῦ ποτηρίου Μακεδόνας ὁ Καλλισθένης, οὕτως εὑροῆσαι πρὸς τὴν ὑπόθεσιν, ὥστε ἀνισταμένους κροτεῖν καὶ βάλλειν τοὺς στεφάνους ἐπ' αὐτόν· εἰπεῖν οὖν τὸν Ἀλέξανδρον, ὅτι κατ' Εὐριπίδην, τὸν λαβόντα τῶν λόγων καλὰς ἀφορμὰς, οὐ μέγ' ἔργον εὐλογεῖν.* Sic impressi. Sed scripti nonnulli, ut videtur, *εὖ λέγειν*, ut apud Euripidem. ELM.

268. 269. Hoc distichon legitur apud Stobæum Tit. 36. p. 217=143. ELM.

270. 271. Hæc etiam leguntur apud Stobæum Tit. 45. p. 302=173. Eandem fere sententiam diversis verbis inclusit noster Or. 905. *ὅτ' ἂν γὰρ ἡδὺς τοῖς λόγοις, φρονῶν κακῶς, | πείθῃ τὸ πλῆθος, τῇ πόλει κακὸν μέγα.* Utrobique Cleophontem perstringere videtur, in quem dicta monent interpretes proxime superiora in Oreste: *κἀπὶ τῷδ' ἀνίσταται | ἀνήρ τις ἀθυρόγλωσσος, ἰσχύων θράσει, κ. τ. ἑ.* ELM.

270. *θρασὺς δὲ*] Pal. *θρασὺς τὲ*. Sic etiam, vel *θρασύς τε*, MSS. Stobæi. ELM. In Ald. distinctum *θρασὺς δὲ δυνατὸς, καὶ λ.* Correxit Matthiæ.

276. *ὄνομα* codices. *ὁ πόμα* Ald.

278. *ὁ δ'*] Libri *ὅδ'*.

ἦλθεν Laur. *ἦλθ'* Ald.

τἀντίπαλον] *Ἀντίπαλον* non est, ut Barn. vertit, *quod in certamen venit*, neque, ut Brunck. *quod æquiparandum est*, sed quod ex altera parte respondet, ut Cic. or. 32. vertit Aristotelis verbum *ἀντίστροφον εἶναι*. MATTH.

279. *πῶμ'*] Libri *πόμ'*. Correxit Elmsleius. Idem recte *ηὗρε* pro *εὗρε*.

282. *ὕπνον* Par. E.G. Flor. 1. 2. *ὕπνου* Pal. et Ald.

286—297. *καὶ καταγελᾷς—λόγον*] His versibus ineptissime interrumpuntur quæ Tiresias de virtutibus dei ab se celebrati exponit. Ipsa autem fabulæ explicatio, quæ verbis illis continetur, ita est comparata ut Proclum aliquem aut Olympiodorum audire videamur, non Euripidem, ridiculumque est ab Tiresia, qui cavere vult ne ridiculus Pentheo videatur Diony-

sus, ea proferri quibus et Deum illum et se ipsum deridendum præbeat. Ad hæc accedit dictio inepta, confusa omninoque non Euripidea. Quibus de caussis mihi non videtur dubitari posse quin hi versus ad unum omnes sint tollendi. Interpretes quantopere in his ineptiis expediendis laboraverint ex duabus potest cognosci annotationibus ad v. 292. allatis, altera Elmsleii "Locus obscurissimus, cujus difficultatem dissimulant interpretes. Distinguit Aldus: *ῥήξας μέρος τι τοῦ χθόν' ἐγκυκλουμένου | αἰθέρος, ἔθηκε, τόνδ' ὄμηρον ἐκδιδοὺς | Διόνυσον Ἥρας νεικέων.* Nemo quidquam annotavit, præter Brodæum, qui *Ἥρας νεικέων* interpretatur *depositæ cum Junone inimicitiæ.* Vertit Portus: *Rupta parte quadam terram ambientis ætheris,* hic istum *posuit, hunc obsidem tradens Dionysum, propter rixas Junonis.* Musgravius vero: *posuit hunc, obsidem amovens, Dionysum extra rixas Junonis.* Eo igitur auctore distinguendum: *ἔθηκε τόνδ', ὄμηρον ἐκδιδοὺς, | Διόνυσον Ἥρας νεικέων.* Brunckius hoc modo: *ἔθηκε, τόνδ' ὄμηρον ἐκδιδοὺς, | Διόνυσον, Ἥρας νεικέων.* Id est, ni fallor: *ἔθηκε Διόνυσον, τόνδ' ὄμηρον ἐκδιδοὺς Ἥρας νεικέων.* Matthiæ ut Aldus: Nihil horum mihi placet." altera Matthiæ "Herm. jungit: *τόνδε* (*αἰθέρα*, pro *τόδε, αἰθέρος μέρος*) *ἔθηκε Διόνυσον, ὄμηρον ἐκδιδοὺς αὐτόν partem ætheris in Bacchi formam transmutavit.* nec aliter verba construi possunt, si hic sensus est loci. At imperiti poetæ est, ponere verbum, cum quo, qui hæc recitari audiat, facilius, quam cum eo, quo proprie pertinet, construat, ut ait Hermann. supra ad v. 130. p. 24. Ita qui hic *ἔθηκε τόνδ' ὄμηρον ἐκδιδούς Διόνυσον* recitari audiat, *τόνδε ὄμηρον* potius jungenda esse, quam *τόνδε Διόνυσον,* credat. Virgulæ autem legentibus, non recitari audientibus, ponuntur. Neque vero recte, quid ipso vero Baccho fecerit Juppiter, memorare supersedit poeta. Quia verba *ῥήξας μέρος τι τοῦ χθόν' ἐγκυκλουμένου αἰθέρος ἔθηκε τόνδ'* sive legerit, sive recitari audiverit, nihil aliud suspicari potest, nisi voluisse poetam intelligi *ἔθηκε τόνδε ἐν τῷ αἰθέρι,* in æthere Bacchum abscondidit, atque ita a deorum cœtu amovit, ut hoc quasi pignus esset, quo Juno rixari desineret, si causa odii et rixarum semota esset."

289. δ' om. Pal.

νέον] *θεόν* Pal. Flor. 1. 2.

292. *ἐγκυκλουμένου*] *ἀγκυκλουμένου* Flor. 1. 2.

295. *τραφῆναι*] *ῥαφῆναι* Piersonus.

297. *συνθέντες λόγον, mentientes,* Æschylus Prom. 686. *νόσημα γὰρ | αἴσχιστον εἶναι φημὶ συνθέτους λόγους.* Ubi schol. *τοὺς ψευδεῖς.* ELM.

298. Schol. ad Euripidis Hec. 1267. *ὅτι δὲ Διόνυσος μάντις, καὶ ἐν Βάκχαις φησὶ, μάντις δ' ὁ δαίμων ὅδε. τὸ γὰρ βακχεύσιμον καὶ μανιῶδες μαντικὴν πολλὴν ἔχει.* Huc respicit Plutarchus Mor. p. 428. F. *τὸ γὰρ βακχεύσιμον καὶ τὸ μανιῶδες μαντευτικὴν* (*μαντικὴν* corrigit Porsonus) *πολλὴν ἔχει, κατ' Εὐριπίδην, ὅταν ἔνθερμος ἡ ψυχὴ γενομένη κ. τ. ἑ.* Idem p. 716. B. *Τοὐναντίον δὲ οἱ παλαιοὶ τὸν θεὸν Ἐλευθέριον καὶ Λύσιον ἐκάλουν, καὶ μαντικῆς πολλὴν ἔχειν ἡγοῦντο μοῖραν, οὐ διὰ τὸ βακχεύσιμον καὶ μανιῶδες, ὥσπερ Εὐριπίδης εἶπεν, ἀλλ' ὅτι τὸ δουλοπρεπὲς κ. τ. ἑ.* ELM.

302. *Ἄρεως*] *Ἄρεος* Pal.

305. Non injuria Piersonus Verisim. p. 127. hunc versum suspectum habet ut spurium. Eum utcunque explicat Elmsleius, *καὶ τοῦτο* (nempe *τὸ διαπτοεῖσθαι πρὶν μάχης θιγεῖν*) *μανία ἐστὶν παρὰ Διονύσου πεμφθεῖσα.* Cujusmodi terrores Pani potius quam Dionyso a veteribus tribui monet Barnesius. Vid. Med. 1172.

μανία δὲ καὶ τοῦτ' ἔστι] Latine male diceretur, *hoc est insania,* Græce non item. Plat. Phædon. p. 73. D. *τοῦτο δ' ἐστὶν ἀνάμνησις.* Apol. S. p. 29. A. *καίτοι τοῦτο πῶς οὐκ ἀμαθία ἐστὶν* - - Phædr. p. 245. C. *τοῦτο πηγὴ καὶ ἀρχὴ γενέσεως,* quod Cicero Tusc. I. 23, 53. vertit: *hic fons, hoc principium est movendi.* Cf. Gorg. f. p. 492. C. MATTH.

306. Flor. 1. 2. *ἐν δελφοῖς ἔτ' αὐτὸν ὄψει κἀπὶ δελφίσι* (Flor. 2. *δελφίσιν*) *πέτραις.* Originem hujus scripturæ indicat Pal. qui *δελφοῖσιν* pro *δελφίσιν.* MATTH.

307. Attius apud Jos. Scaligerum ad Varronem p. 87. *Lætum in Parnaso inter pinus tripudiantem in circulis | ludere, atque tædis fulgere.* Multa apud poetas mentio est flammæ in monte Parnasso noctu lucentis, quam qui videbant, Bacchum utraque manu facem gestantem cum solito famularum comitatu saltare credebant. Cujus ignis quæ fuerit natura, eorum est investigare, qui in physicis versantur. Quod grammatici officium est, tragicorum nonnulla de eo testimonia apponam. Sophocles Ant. 1126. *Σὲ δ' ὑπὲρ διλόφου πέτρας | στέρνῳ ὄπωπε λιγυὺς, ἔν | θα Κωρύκιαι νύμφαι | στείχουσι Βακχίδες.* Euripides Phœn. 233. *Ἰὼ λάμπουσα πέτρα πυρὸς | δικό-*

ρυφον σέλας ὑπὲρ | ἄκρων βακχείων Διονύσου. Ion. 711. *ἤδη πέλας δείπνων κυρεῖ | παῖς καὶ πατὴρ νέος νέων, | ἵνα δειράδες Παρνασσοῦ, | πέτρας ἔχουσαι σκόπελον, | οὐράνιόν θ' ἕδραν, | ἵνα Βάκχιος ἀμφιπύρους ἀνέχων | πεύκας, λαιψηρὰ πηδᾷ | νυκτιπόλοις ἅμα σὺν Βάκχαις.* Ibid. 1125. *Ξοῦθος μὲν ᾤχετ', ἔνθα πῦρ πηδᾷ θεοῦ | Βακχεῖον, ὡς σφαγαῖσι Διονύσου πέτρας | δεύσειε δισσὰς, παιδὸς ἀντ' ὀπτηρίων.* Idem Hypsipyles prologo apud Aristophanem Ran. 1242. *Διόνυσος, ὃς θύρσοισι καὶ νεβρῶν δοραῖς | καθαπτὸς, ἐν πεύκαισι Παρνασὸν κάτα | πηδᾷ χορεύων παρθένοις σὺν Δελφίσιν.* ELM.

In Ald. et post *πλάκα* et post *βάλλοντα* commate distinctum est, quod servavit Elmslei. Barnes. post *πλάκα* comma delevit, *δικόρ. πλάκα βάλλοντα* jungens, *et bicipitem rupem percutientem.* Sic etiam Musgrav. Contra Brunck. *πηδῶντα δικόρυφον πλάκα* jungit, et comma post *βάλλοντα* expungit. At *βάλλειν Βακχεῖον κλάδον* esset jaculari thyrsum tanquam missile; etsi vero thyrso nonnunquam pro missili utebantur Bacchæ, tamen quomodo huic loco convenit, quum nihil esset in Parnasso, quod missili suo peteret? Quod annotatum a me olim video *πάλλοντα*, hoc etiam nunc placet: Euripidem quidem vocabula duo *ἰσοδυναμοῦντα* sæpe juxta se ponere notum est. Sic infra v. 331. *ἀνέμοις καὶ θυέλλαισιν.* 486. *δούπου τοῦδε καὶ βύρσης κτύπου.* 554. *οὐ λεύσσεις, οὐδ' αὐγάζῃ.* MATTH. Recepi Matthiæ emendationem *πάλλοντα.*

βακχεῖον codices. *βάκχιον* Ald.

311. *νοσεῖ* codices. *νοσῇ* Ald. *Διὰ μέσου* sunt verba *ἡ δὲ δόξα σου νοσεῖ.* *Μὲν* sine apodosi, ut apud nostrum Herc. 713. *Δοκῶ μὲν αὐτὴν, ὡς θύραθεν εἰκάσαι, | ἱκέτιν πρὸς ἁγνοῖς ἑστίας θάσσειν βάθροις.* ELM.

314.315.316. Hæc leguntur apud Stobæum Tit. 5. p.63=37. ubi Trincavellus: *Οὐκ ὁ διόνυσος μὴ σωφρονεῖν, ἀναγκάσῃ. | γυναῖκας, εἰς τὴν κύπριν, κ. τ. ἑ.* Nec quidquam præter distinctiones mutare videntur MSS. Apud eundem Tit. 74. p. 439 =321. MS. A. talem fere scripturam habere monet Gaisfordius: *οὐχ ὁ Διόνυσος μὴ σωφρονεῖν ἀναγκάσει | γυναῖκας εἰς τὴν Κύπριν, ἀλλ' εἰς τὴν φύσιν | τοῦτο σκοπεῖν χρή. καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν | οὔσ' ἥ γε σώφρων οὐ διαφθαρήσεται.* ELM.

314. Aldus: *οὐχ ὁ Διόνυσος μὴ σωφρονεῖν ἀναγκάσει.* Pal. *οὐχ' ὁ διόνυσος μὴ σωφρονεῖν ἀναγκάσει.* Laur. a prima manu: *οὐ*

διόνυσος σωφρονεῖν ἀναγκάσει. Idem a correctore: οὐχ ὁ διόνυσος σωφρονεῖν ἀναγκάσει. Et sic Par. E.G. Flor. 1. Pseudogregorius v. 261. οὐ γὰρ θεός σε σωφρονεῖν ἀναγκάσει. Ut nunc locus legitur, deleto μή, quod metrum respuit, dicere voluisse videtur Euripides: Bacchus in neutram partem vim ullam habet, neque ut pudicæ sint mulieres, neque ut impudicæ. Si dixisset: *Neque vero efficit Bacchus, ut mulieres libidini indulgeant*, recta oratione respondisset ad Penthei criminationes. Nunc, quum modo potentiam dei laudibus extulerit, alia via rem aggreditur, et dicit: *Neque vero credere oportet, quum tanta ejus potentia sit, futurum ut mulieres castas esse cogat.* Ita quum utrumque ostendi oporteret, alterum elegit, ad quod a laudibus dei aptissimus transitus esset. Qui vero ad Penthei criminationes respondendum esse credebant, et hoc dicendum, impudicitiam mulierum non esse Baccho vitio vertendam, addiderunt μή. Ita hunc locum defendi quodammodo posse existimo, quamquam hæc non eo disputavi, ut Euripidem eleganter et recte rem gessisse ostenderem, sed ut non omni sensu locum carere. MATTH.

315. Ex hoc loco interpolatum esse Hippol. 79. suo loco monuimus.

ἐν] εἰ Berglerus ad Aristoph. Plut. p. 145. ed. Beck., commate post πάντ' ἀεὶ posito. Quocum Dobræus comparat Isocr. Lochit. p. 296 E. καὶ μὴ τοῦτο σκοπεῖν (χρὴ) εἰ—ἀλλ' εἰ—.

317. χρή Pal. Flor. 1. 2. γὰρ χρή Ald.

318. Plutarchus Gracchis p. 829. A. οὐ γὰρ μόνον ἐν βακχεύμασιν (ὡς ἔοικεν), ἀλλὰ καὶ ἐν φιλοτιμίαις καὶ ὀργαῖς τὸ πεφυκέναι καλῶς καὶ πεπαιδεῦσθαι σωφρόνως, ἐφίστησι καὶ κατακοσμεῖ τὴν διάνοιαν. Athenæus 12. p. 544. D. Ὁ δ' Ἀρίστιππος ἐπὶ τῆς Λαΐδος ἔλεγεν, Ἔχω καὶ οὐκ ἔχομαι. καὶ παρὰ Διονυσίῳ διηνέχθη τισὶ περὶ τῆς ἐκλογῆς τῶν τριῶν γυναικῶν. καὶ μύροις ἐλούετο, καὶ ἔφασκεν, ὅτι κἂν βακχεύμασιν οὖσ' ἥ γε σώφρων οὐ διαφθαρήσεται. Plenius rem narrant alii, quos vide ad v. 834. ELM.

320. ὄνομα] οὔνομα Par. Laur.

321. Noster Hipp. 7. ἔνεστι γὰρ δὴ κἂν θεῶν γένει τόδε, | τιμώμενοι χαίρουσιν ἀνθρώπων ὕπο. ELM.

322. Supra v. 272. οὗτος δ' ὁ δαίμων ὁ νέος, ὃν σὺ διαγελᾷς. ELM.

323. Ἐρεψόμεσθα pro στεφανωσόμεθα. Penthei comas, ἃς οὔτε κιττὸς ἤρεψεν, οὔτε σμίλακος, ἢ ἀμπέλου κλῆμα, memorat

Philostratus, qui huc respexisse videtur. Oppianus Cyneget. 4. 260. πρύμναν δ' ὡραίη σέλινος καὶ κισσὸς ἕρεπτον. Atticus scriptor dixisset ἔρεφον. ELM.

326. *Insanis tristissima insania, et nec remediis sanari potes nec sine remedio ægrotas.* Hoc enim significat neque esse quod illum ad sanam mentem revocare queat, neque insanire eum ita ut non finem isti insaniæ crudelissima, quæ ei immineat, mors impositura sit. Vide v. 367. Fatidico ore hæc dicta esse subindicat etiam chorus quum dicit, Φοῖβον οὐ καταισχύνεις λόγοις. HERM.

331. Verba μὴ θύραζε τῶν νόμων significant μὴ ἔξω τῶν νενομισμένων. Confer quod infra legitur v. 888. οὐ | γὰρ κρεῖσσόν ποτε τῶν νόμων | γιγνώσκειν χρὴ καὶ μελετᾶν. ELM. μὴ θύραζε τῶν νόμων οἰκεῖν paulo insolentior locutio, ducta e similibus πημάτων ἔξω πόδα ἔχειν Æsch. Prom. 263. ubi vid. Stanl. Propius etiam accedit Soph. Aj. 639 sq. οὐκ ἔτι συντρόφοις ὀργαῖς ἔμπεδος, ἀλλ' ἐκτὸς ὁμιλεῖ. MATTH.

332. Πέτει fere ut nostri dicunt: *You are flighty.* ELM.

335. Σεμέλη Tyrwhittus. Libri Σεμέλης.

336. ἡμῖν—παντὶ τῷ γένει] Eadem constructione Pindarus Olymp. 2, 27. εὔφρων ἄρουραν ἔτι πατρίαν σφίσιν κόμισον λοιπῷ γένει. Et 8, 109. ὅ σφιν ὤπασεν Ζεὺς γένει. Vide an legendum apud Euripidem Iph. T. 279. ἔδοξε δ' ἡμῖν εὖ λέγειν τοῖς πλείοσιν. ELM.

337. Laur. a correctore ἀκτέωνος, nescio an recte. Genitivus Ἀκταίονος legitur v. 230. accusativus Ἀκταίωνα v. 1225. 1290. ubi fortasse reponendum Ἀκτέωνα. Certum est Atticos dixisse Ἀλκμέωνα. Timocles apud Athenæum p. 223. ὁ νοσῶν δὲ μανικῶς, Ἀλκμέων' ἐσκέψατο. Vulgo quidem Ἀλκμαίων', quod mediam corripere apud comicum vix credam. Sed controversiam dirimit Marmor Sandvicense apud Taylorum, in quo totidem literis legitur: ΑΛΚΜΕΩΝΙΔΗΣ ΘΡΑΣΥΜ[ΑΧΟ] ΑΘΗΝΑΙΟΣ. ELM. Scribebatur Ἀκταίωνος. Restitui Ἀκτέωνος, quod etiam in Flor. 1. legitur. Chœroboscus in Bekkeri Anecd. vol. 3. p. 1313. τὸ Ἀκταίων ἀναλογώτερόν ἐστι φυλάττον τὸ ῶ ἐν τῇ γενικῇ, οἷον ὁρᾷς τὸν Ἀκταίωνος ἄθλιον μόρον· (Bacch. 210.) τοῦτο γὰρ παρώνυμόν ἐστι, καὶ οὐκ ἔστιν ἀπὸ τῶν συνθέτων εἰς ὃς· ἀπὸ γὰρ τοῦ ἀκτή γέγονεν ἀκταῖος καὶ ἀκταίων, ὅταν δὲ γένηται διὰ τοῦ ō, οἷον Ἀκταίονός τε μητέρ' Αὐτονόην λέγω, γνῶθι ὅτι διὰ τὸ μέτρον συνεστάλη τὸ ῶ εἰς τὸ ō ἐν τῇ γενικῇ.

338. κυναγίαις] Aldus κυνηγίαις, quod recte mutasse videtur Matthiæ. Vulgo legitur apud nostrum Hipp. 109. τερπνὸν ἐκ κυναγίας | τράπεζα πλήρης. Contra apud Sophoclem Aj. 37. nemo vulgatam κυνηγίᾳ sollicitavit. Κυνηγὸς jamdiu tragicis abjudicatum est. Vide Porsonum ad Or. 26. qui inter κυνηγέτης et κυναγέτης hæsitare videtur, nihil autem de κυνηγία dixit. ELM. Sophocli κυναγίᾳ restitui ex cod. Palat.

340. Ordo est: διεσπάσαντο ἐν ὀργάσιν. Quod monuit Heathius. ELM.

341. Pal. δεῦρο σοῦ. Ita distinguit Aldus: ὁ μὴ πάθῃς σὺ, δεῦρό σου στέψω κάρα | κισσῷ. μεθ' ἡμῶν τῷ θεῷ τιμὴν δίδου. Melior, ni fallor, est ratio, quam in textu vides. Διὰ μέσου sunt verba [parenthesi ab Elmsleio inclusa] δεῦρό σου στέψω κάρα κισσῷ, quæ Anglice vertenda sunt: *Come hither, let me crown your head with ivy.* Στέψω enim, quod pro futuro accipiunt interpretes Latini, subjunctivum esse monui ad Med. 1243. Usitatius esset φέρε σου στέψω κάρα, sed δεῦρο usurpavit etiam Theopompus apud Athenæum p. 470. F. Χώρει σὺ δεῦρο Θηρικλέους πιστὸν τέκνον, | γενναῖον εἶδος. ὄνομά σοι τί θώμεθα; | ἆρ' εἰ κάτοπτρον φύσεος; ἢν πλῆρες δοθῇς, | οὐδέν ποτ' ἄλλο. δεῦρο δὴ γεμίσω σ' ἐγώ. Porsonus ad Av. 813. δεῦρο δὴ, γεμίσω σ' ἐγώ. Nulla ambiguitas est in hoc exemplo. Futurum enim est γεμιῶ. ELM.

343. βακχεύσεις δ'] καὶ βακχεύσεις δ' Laur.

345. δ' addidit Matthiæ.

347. τοῦδ' Musgravius. Libri τούσδ'.

348. τριαίνου codices. τριαίνης Ald.

353. εἰσφέρει] Scribendum ἐσφέρει.

365. Verba ἴτω δ' ὅμως recte interpretatur Heathius: *Accidat tamen quodcunque accidat necesse est.* Vide ad Med. 798. 819. (in mea ed. 780. 801.) ELM.

367. De Penthei nomine vide ad v. 508. ELM.

370. Ὁσία] Sanctimoniam invocans chorus, quæ duplex est, altera deorum, altera hominum, quoniam alia divinis legibus, alia humanis sancta habentur, pro duplici illo respectu etiam bis invocat, primo, Ὁσία, πότνα θεῶν, deinde, quoniam a divinis diversa sunt humana, addita particula δὲ, Ὁσία δ' ἃ κατὰ γᾶν et quæ sequuntur. HERM.

372. χρυσέαν Matthiæ. Libri χρυσέα.

πτέρυγα] Apte deæ ab se fictæ alas tribuit poeta, quia, quum

deam illam per auras volitantem res hominum adspicere dicit, eo indicat versari eam quidem inter homines, sed ita ut nemo eam conspiciat, et ne imaginem quidem simulacris cognitam habeat. Cur vero hanc deam invocet, dicit his verbis, *ἀΐεις οὐχ ὁσίαν ὕβριν*; HERM.

377. *εὐφροσύναις* versui antecedenti addit Ald.

378. *Θιασεύειν* transitivum habet sensum, *in thiasum ducere*. Dativum *χοροῖς* explicat noster Ion. 551. ΙΩΝ. *Προξένων δ' ἐν τῷ κατέσχες*; ΞΟΥ. *Ὅς με Δελφίσιν κόραις*, | ΙΩΝ. *Ἐθιάσευσ', ἢ πῶς τάδ' αὐδᾷς*; ΞΟΥ. *Μαινάσιν γε Βακχίου*. Passivum *θιασεύεται* legitur supra v. 75. Vide etiam ad v. 466. ELM.

381. *ἀποπαῦσαι*— | *ὁπόταν*— | *γάνος*— | *κισσοφόροις*— | *ἀνδράσι*—*ἀμφιβάλλῃ* Ald.

384. *ἀμφιβάλλῃ* Barnesius. Libri *ἀμφιβάλῃ*.

385—399. Hæc leguntur apud Stobæum, sed non omnia eodem loco. Primi tres versus Tit. 36. p. 217=145. Quinque (in mea ed. sex) medii Tit. 58. p. 374=221. Septem postremi Tit. 22. p. 187=115. Hos a MS. A. abesse monet Gaisfordius. ELM.

385. Conferunt Æschylum Prom. 329. *γλώσσῃ ματαίᾳ ζημία προστρίβεται*. Sequentia attulit Valckenarius. Plutarchus Mor. p. 503. C. *ἀχαλίνων γὰρ οὐ ταμείων, οὐδ' οἰκημάτων, ἀλλὰ στομάτων τὸ τέλος δυστυχίαν ὁ Εὐριπίδης φησίν*. Lucianus T. 1. p. 573. ΛΟΥ. *Νῦν οὖν ἔκατι ῥημάτων κτείνετέ με* (*κτενεῖτέ με* Musgravius Inc. 181.); ΠΑ. *Νὴ Δία. φησὶ γοῦν ἐκεῖνος αὐτός· Ἀχαλίνων κ. τ. ἑ.* Idem T. 3. p. 189. *ὡς γὰρ ὁ καλὸς Εὐριπίδης λέγειν εἴωθεν, Ἀχαλίνων στομάτων καὶ ἀφροσύνης καὶ ἀνομίας τὸ τέλος δυστυχία γίγνεται*. Gellius I. 15. *Favorinum ego audivi dicere versus istos Euripidi, Ἀχαλίνων στομάτων, ἀνόμου τε ἀφροσύνας, τὸ τέλος δυστυχία, non de iis tantum factos accipi debere, qui impia aut illicita dicerent; sed vel maxime de hominibus quoque posse dici stulta et immodica blaterantibus; quorum lingua tam prodiga infrenisque sit, ut fluat semper et æstuet colluvie verborum teterrima: quod genus homines a Græcis significantissimo vocabulo κατάγλωσσοι appellantur.* Schæferus ad Bosium p. 156. citat Philonem de Somn. p. 676, 6. *πάντα μὲν οὖν ἀνασείειν κάλων ἀχαλίνου στόματος καὶ κατηγόρου γλώττης*. ELM. Phrynichus in Bekkeri Anecd. p. 27, 19. *ἀχάλινα στόματα: τὰ λοίδορα καὶ ἀφειδῆ πρὸς λοιδορίαν*.

389. *τε* addunt codices, om. Ald.

391. δώματα· πόρσω γὰρ ὅμως] Legebatur δῶμα· πρόσω γὰρ ἀλλ' ὅμως. Correctum ex Stobæo 58, 3. nisi quod πόρσω cum Elmsleio scripsimus pro πόρρω, quod apud Stobæum est. πόρσω Euripidi restitutum Alc. 914. Rhes. 482. Tro. 189.

393. In Ald. sic distinctum τὸ σοφὸν δ' σὺ σοφία. τό τε μὴ θνητὰ φρονεῖν, βραχὺς αἰών.

394. θνητὰ] Scribendum θνατὰ cum Elmsleio.

395. φέροι Brunckius. Libri φέρει.

394. ἐπὶ τούτῳ] Ἐπὶ pro ἐν dictum monet Heathius. Τὰ παρόντα sunt τὰ παρακείμενα, ἃ πάρεστι λαβεῖν. Φέροι pro λαμβάνοι, ut supra v. 257. κἀμπύρων μισθοὺς φέρειν. ELM.

400. τὰν Κύπρον codices. τὰν Κύπριν Ald. Articulum delendum esse vidit Elmsleius.

402. ἵν' οἱ Heathius. ἵνα libri. Scribendum autem uno versu ἵν' οἱ—Ἔρωτες. eodemque modo in antistropho.

νέμονται significat *habitant*, θνατοῖσιν cum θελξίφρονες conjungendum est. Sensus est: ἔνθα διατρίβουσιν οἱ Ἔρωτες οἱ θέλγοντες τὰς φρένας τοῖς θνητοῖς. ELM.

404. Πάφον] Emendat Reiskius Φάρον, ni fallor, quia sequentia Papho accommodari posse non credidit. Utcunque de hoc sit, Ægyptum certe intelligi non sinunt ἑκατόστομοι ῥοαὶ, quas nemo veterum Nilo tribuit. De Papho mox videbimus. MUSG.

ἑκατόστομοι] Quis sibi persuaserit, vix angusto insulæ, qualis Cypros est, spatio tantam fluvii ullius magnitudinem esse, ut numero ostiorum Nilum atque Istrum plusquam decies exsuperet? Aut quis non intelligit, hujusmodi rem clara et frequentia Veterum celebratura fuisse testimonia? Nunc ex una Euripidis vocula fides miraculi hujus pendet; nisi huc referendum putes Apuleii *circumfluum Paphi sacrarium*, Miles. lib. 11. aut Alcmanis Πάφον περιρρυτὰν apud Strabon. p. 341. ed. Par. Scripsisse videtur Euripides ἐρατόστομοι, *amœno ostio in pelagus exeuntes*. Audiamus modo Sestrachi apud Nonnum descriptionem, p. 246. Sestrachus enim dicitur, non Bocarus, qui Paphum alluit, fluvius:

καὶ Πάφον ἀβροκόμων στεφανηφόρον ὅρμον ἐρώτων.
ἦχι θαλασσιγόνου Παφίης νυμφήϊον ὕδωρ
Σέστραχος ἱμερόεις, ὅθι πολλάκις, οἶδμα λαβοῦσα,
Κύπρις ἀνεχλαίνωσε λελουμένον υἱέα Μύρρης.

MUSG. Musgravius ne Nilum quidem recte ἑκατόστομον

appellari contendit, nedum parva Cypri flumina, quorum unum in animo habuerit poeta. Corrigit igitur ἐρατοστόμοι, *amœno ostio in pelagus exeuntes.* Multa addit, quibus ostendere conatur, verba βαρβάρου ποταμοῦ ῥοαὶ καρπίζουσιν ἄνομβροι non minus bene de Cypro quam de Ægypto accipi posse. Sed nihil efficit, mea quidem sententia. Secus Brunckio visum est, qui conjecturam ejus ἐρατόστομοι admisit. Matthiæ revocavit ἑκατόστομοι, quod pro πολύστομοι poetica quadam licentia dictum est. Quid in animo habuerit Euripides, quum Paphum et Ægyptum hoc modo conjunxit, ego conjicere nequeo. Strabo p. 683. C. φασὶ δ' εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἐκ Πάφου τινὲς εἶναι σταδίους τρισχιλίους ἑξακοσίους. ELM. Legi possit ἱκόμαν ποτὶ Κύπρον—Πάφον, τάν θ' ἑκατόστομαι βαρβάρου ποταμοῦ ῥοαὶ καρπίζουσιν ἄνομβρον, ut ἱκόμαν Κύπρον, Πάφον sit Homerica illa constructio, de qua egi Gramm. Gr. §. 432. et regio, τάν (pro ἄν) βαρβ. ποτ. ῥοαὶ καρπίζουσιν sit ipsa Ægyptus. At non intelligo, cur præter Cyprum et Pieriam, in Ægyptum etiam pervenire optet. MATTH.

405. βαρβάρου] Fluvius hic quidni barbarus dicatur, cum Cyprii plerumque inter barbaros recenseantur. Sic rex Argivorum apud Æschyl. Supplic. v. 285. Danai filias Libyssis, Cypriis, Ægyptiis, Indis, Amazonibus similes fuisse dicit, minime vero Argivis. vid. etiam Herodot. 7. c. 90. et Isocratem in Evagora. Paphios nominatim barbaros fuisse optima ratione colligas ex Maximo Tyrio, Dissert. 40. MUSG.

406. καρπίζουσιν] Eximiam Cypri fertilitatem fuisse innuit hac voce auctor. Confirmat Ælianus de Animal. 5. c. 56. στέλλονται δὲ ἐπὶ τὴν Κύπρον πόθῳ τῆς πόας τῆς ἐκεῖ· λέγονται γὰρ εἶναι βαθεῖαι, καὶ νομὰς ἀγαθὰς ἔχειν. Καὶ λέγουσί γε Κύπριοι εὔγεων οἰκεῖν χώραν, καὶ ταῖς Αἰγυπτίων ἀρούραις τολμῶσιν ἀντικρίνειν τὰς σφετέρας. Insulæ proventum fuse depingit Ammianus Marcellinus. MUSG.

ἄνομβροι] Pluviam Cypro ignotam fuisse, nemo, quod sciam, tradidit. Quod proximum est, refert Tacitus, *altaria Paphiæ Veneris nullis imbribus in aperto madescere.* Hist. 2. c. 2. Plinius vero, Fanum Veneris Paphi esse, *in cujus quandam aream* (MS. *aram*) *non impluit*, Hist. Nat. 2. c. 96. Credo, rarissimos circa eam urbem, velut in Judæa et Ægypto, imbres, commodam fabulæ hujus propagandæ occasionem sacrificulis dedisse; Euripidem vero rem, ut erat, accepisse, sed

hyperbolice et more poetarum enunciasse. MUSG. ἄνομβρον scripsi pro ἄνομβροι, tum quia ῥοαὶ ποταμοῦ dici non posse videbantur ἄνομβροι, tum quia Ægyptum intelligi credebam, quæ vere est ἄνομβρος. MATTH.

407. ὅπου] Fuit in Cypro promontorium Olympi nomine. vid. Strabon. 14. p. 682. ed. Par. Sed hic Olympum Macedonicum intelligi, non Cyprium, clarissime ostendit vox Πιερίᾳ. Jure igitur Barnesius ὅπου mendosum esse statuit. Legendum vel cum ipso ἢ ὅπου, vel, quod fortasse non deterius, χ' ὅπου. Etsi enim locus *aut*, non *et*, postulare videtur, non omnino indecora est, præsertim ubi magni animorum motus depinguntur, harum minutiarum negligentia. Virgilius saltem non veritus est hanc licentiam sumere: Eclog. 1. v. 66.

Pars Scythiam ET rapidum Cretæ veniemus Oaxem
ET penitus toto divisos orbe Britannos.

Confer etiam Æneid. 7. v. 675. MUSG. ὅπου δ' ἁ καλλ. Pal. et a pr. m. Laur. Aldinam scripturam revocavi. Ordo est: ἐκεῖσε ἄγε με, ὅπου καλλιστευομένα κ. τ. ἑ. Recte distinguit Aldus. ELM.

408. Mire desultorius est Euripides, et vere bacchatur cum Bacchis suis e Cypro ad Nilum et statim in Macedoniam transiliens. REISKIUS. Meminerint lectores, hanc tragœdiam in Macedonia, ubi diem supremum obiit, scripsisse Euripidem. Inde est, quod eam regionem tantis laudibus haud semel extollit. Alter locus est v. 565. μάκαρ ὦ Πιερία, | σέβεταί σ' Εὔιος, κ. τ. ἑ. ELM.

πιερεία Pal.

409. κλιτὺς Canterus. κλειτὺς libri.

411. προβακχήιε] πρόβακχ', (i. e. præsul baccharum) εὔιε Hermannus ad Soph. Œd. T. 1216.

419. Εἰρήναν] εἰρήνην Pal.

420. Hesiodus Operum v. 225. a Brodæo collatus: τοῖσι τέθηλε πόλις, λαοὶ δ' ἀνθεῦσιν ἐν αὐτῇ, | εἰρήνη δ' ἀνὰ γῆν κουροτρόφος.

421. ἴσαν] ἴσα Pal. et a pr. m. Laur.

εἰς] Scribendum ἐς.

424. Constructio est μισεῖ δὲ τοῦτον, ᾧ μὴ ταῦτα μέλει, τουτέστι, διαζῆν εὐαίωνα κατὰ φάος νύκτας τε φίλας. Monuit Heathius.

428. Aldus σοφὸν δ' ἀπέχειν | πραπίδα. Pal. σοφὰν δ' ἀπέ-

χειν | παρ' ἀσπίδα. Rectius Laur. σοφὰν δ' ἀπέχειν πραπίδα. ELM. Non cohærent hæc cum præcedentibus, sed aperte novam continent sententiam. Quum enim Bacchum laudasset chorus, jam quid ipse probet indicaturus, illos vero, inquit, arceo, qui se sapere rati religionem deorum contemnunt, et potius communia instituta usumque sequor. Verba intelligenda: *procul habe sapientiam a nimium doctis hominibus profectam.* HERM. Qui ἀπέχειν in ἄπεχε mutavit metri caussa. Cui recte objicit Matthiæ "Sed nondum occurrit locus, ubi chorus non certam personam alloquens, sed in universum, quid faciendum esset, præcipiens, imperativo uteretur." Scribendum σοφὰ δ' ἀπέχειν πραπίδα φρένα τε | περισσῶν ἀπὸ φώτων.

430. ὅ τι τὸ Brunckius. ὅτι τε Ald. ὅτι περ Pal. et a pr. m. Laur.

431. τόδε τοι λέγοιμ' ἄν] Id est, τόδε τοι νομίζειν χρῆσθαί τε λέγοιμ' ἄν, i. e. παραινοῖμ' ἄν. MATTH.

440. εὐτρεπὲς Canterus. Libri εὐπρεπές. εὐτρεπὲς ποιούμενος nihil aliud est nisi εὐτρεπίζων, ut Iph. T. 234 sq. χέρνιβας δὲ καὶ κατάργματα οὐκ ἂν φθάνοις ἂν εὐτρεπῆ ποιουμένη. Hic autem vis medii in eo cernitur, quod id, quod famuli munus erat, ad ipsum τὸν ποιοῦντα pertinebat; itaque τοὐμὸν εὐτρεπὲς ποιούμενος est munus mihi mandatum, quod ad ipsum comprehendendum pertinebat, parans et expeditum reddens, omni mora remota. MATTH.

442. ἄγω—ἔπεμψ' codices. ἐγώ—ἔπεμψεν Ald.

447. Hunc et sequentem versum transtulit Ovidius Metam. 3. 699. *Sponte sua patuisse fores, lapsasque lacertis | sponte sua, fama est, nullo solvente, catenas.* BRUNCK.

449. ἀνὴρ] Libri ἀνήρ.

θαυμάτων codices. θαυμασίων Ald.

451. μέθεσθε Burgesius. μαίνεσθε codices. λάζυσθε Aldus, quod suprascriptum est in Pal. cum γρ.

τοῦδ'] ἐμοῦ supra scriptum in Par. G. et Laur.

453. Hoc μὲν nullam habet apodosin. Quod moneo propter v. 457. Simillima sunt apud nostrum Iph. A. 73. ἀνθηρὸς μὲν εἱμάτων στολῇ, | χρυσῷ τε λαμπρὸς, βαρβάρῳ χλιδήματι. ELM.

455. γάρ σου Pal. γὰρ σοῦ vulgo.

Ad οὐ πάλης ὕπο neque τραφείς supplendum censeo cum Elmsleio neque cum Porsono οὐ πάλης per hyphen jungenda,

ut sint pro ὑπ' ἀγυμνασίας. Gravior enim irrisio est, si dicas *Capilli tui prolixi sunt, non lucta tales facti*, quam *luctandi insolentia*. Pro πλέως Flor. 1. πλέων. MATTH.

457. λευκήν τε scribendum puto cum Elmsleio: hæc duo enim πλόκαμός σου ταναός, et λευκὴν χροιὰν ἔχεις ad idem genus spectant, τὴν εὐμορφίαν, nec sejungi et inter se opponi possunt. MATTH. Recte Elmsleius.

Constructio est: οὐκ εἰς παρασκευὴν ἡλίου βολαῖσιν. MUSG. Mihi εἰς παρασκευὴν pro ἐκ παρασκευῆς dictum videtur. In sequenti versu duo verba cogitatione supplenda sunt, ut sensus sit: *non solis radiis adustam, sed in umbra candidam redditam*. Post σκιᾶς recte interpunxit Musgravius. ELM. Imo proprie dictum ἐς παρασκευὴν *ad apparatum*, referturque ad verba τὴν Ἀφροδίτην καλλονῇ θηρώμενος. Candidum, inquit, colorem cutis habes ad eum finem, ut te amoribus captandis apparares. HERM.

461. Plena oratio est οὐ κόμπος οὐδεὶς εἰρήσεται, neque opus est Musgravii conjectura; οὐ κόμπος, ὃ δοκεῖς, *non sunt vana et ficta, quæ putas*. ELM.

462. Noster Heracl. 90. Τὸν Ἡράκλειον ἴστε που παραστάτην | Ἰόλαον. οὐ γὰρ σῶμ' ἀκήρυκτον τόδε. Interrogationis signum utrobique addunt edd. omnes. Idem Andr. 564. ἔριν δὲ τὴν κατ' οἶκον οἶσθά που κλύων | τῆς τοῦδε θυγατρὸς, ὧν τ' ἀπόλλυμαι χάριν. Hic recte vulgo abest nota interrogationis. Που enim significat ἴσως, *fortasse*, quod ipsum habet noster Iph. T. 517. Τροίαν ἴσως οἶσθ', ἧς ἀπανταχοῦ λόγος. ELM.

465. ἐς] Recte εἰς Ald.

466. εἰσέβησ' Abreschius. Libri εὐσέβησ'.

468. ὁ Σεμέλην ἐνθάδε ζεύξας Musgravius. ὃς (ὁ Laur. ὁ Par. E.G.) Σεμέλης (Σεμέλην MSS. Stephani) ἐνθάδ' ἔζευξεν Ald.

γάμοις] In Par. G. quod librarius voluerit liquido affirmare non ausim, incertum γάμους ne an γάμοις. BRUNCK.

469. Aldus: πότερα δὲ νύκτωρ σ', ἢ κατ' ὄμματ' ἠνάγκασεν; Sic etiam Pal. nisi quod νύκτωρ, σ' ἢ habet. Laur. [et Flor. 1.] πότερα δὲ νύκτωρ ἢ κατ' ὄμμ' ἠνάγκασεν. ELM. κατ' ὄμμ' etiam Par. E.G.

Nihil vitii est in verbo ἠνάγκασεν, quod nihil aliud significat quam *jussit*, ut in Hel. 434. Sed non attenderunt interpretes ad sententiam loci, quæ perinepta foret, si Pentheus interro-

garet, noctune an interdiu initiatus ille sacris esset. Immo respiciens ea quæ hospes v. 466. dixerat, Διόνυσος ἡμᾶς εἰσέβησ' ὁ τοῦ Διός, nunc interrogat, quo pacto eum ad sacra ista celebranda adduxerit deus, utrumne per insomnium monens, i. e. νύκτωρ, an κατ' ὄμμα, coram ipse apparens. Eo pertinet quod hospes respondet ὁρῶν ὁρῶντα. HERM.

470. Clem. Al. Strom. 4. p. 637, 27. αὐτὸς οὖν ἡμᾶς ὁ σωτὴρ ἀτεχνῶς κατὰ τὴν τραγῳδίαν μυσταγωγεῖ, Ὁρῶν ὁρῶντας, καὶ δίδωσιν ὄργια. κἂν πύθῃ, τάδε ὄργια εἴτιν' εἰδέαν ἔχεταί σοι, ἀκούσῃ πάλιν, Ἄρρητα βακχεύτοισιν εἰδέναι βροτῶν. κἂν πολυπραγμονῇ τις ὁποῖα εἴη, αὖτις ἀκουσάτω, Οὐ θέμις ἀκοῦσαί σ'· ἔστιν δ' ἄξι' εἰδέναι· Ἀσέβειαν ἀσκοῦντ', ὄργι' ἐχθαιρεῖ θεοῦ. Ita Sylburgius. ELM.

472. Pseudogregorius v. 1545. ἄρρητ' ἀμυήτοισιν εἰδέναι βροτοῖς. Etiam apud Clementem βροτοῖς ex ed. Par. dedit Potterus. ELM.

473. θύουσιν τίνα Laur. Vulgo θύουσίν τινα.

475. θέλω Victorius. θέλων codices et Ald. Correctum jam in ed. Brubach.

476. ἀσκοῦνθ' ὄργι' Pal. Laur.

477. Ald. τὸν θεὸν γὰρ ὁρᾶν σὺ φῆς σαφῶς ποῖός τις ἦ; σύ om. Par. E.G. Flor. 1. 2. Pal. in quo a correctore supra scriptum est σύ. Hinc Musgr. τὸν θεὸν, ὁρᾶν γὰρ φῆς σαφῶς, ποῖός τις ἦν, ut oratio sit ἀναντιπόδοτος. Hoc quidem male, quum attractionem esse dicere deberet pro ὁ θεὸς ποῖός τις ἦν. MATTH. Recepi emendationem Musgravii, sed delevi comma post θεὸν ab eo positum. Et sic Elmsleius. Pro ἦ, quod habent Pal. et Ald., in Flor. 1. 2. et Par. E.G. scriptum ὤν.

478. Sensus est: *ea ille mihi forma apparuit qua volebat conspici: non enim ego, qualem indueret, præcipiebam.* HERM.

479. τοῦτ' αὖ codices. ταῦτ' οὖν Ald.

480. φρονεῖν] λέγειν Stobæus 4, 18.

ἀμαθεῖ] Pentheo, non animadvertenti deum esse cui hanc hospitis personam induere libuerit. Monuit Hermannus.

484. Verba Τάδ' εὖ γε μᾶλλον recte explicat Portus: Imo in rebus *istis longe melius.* Notandum μᾶλλον εὖ pro ἄμεινον. ELM.

νόμοι] λόγοι Par. E.

δὲ codices. τε Ald.

485. ἱρὰ] Scribebatur ἱερά.

486. Hunc versum citant scholiastæ ad Sophoclis Ant. 1147. Apollonii Rhodii 2. 910. Alii post Νύκτωρ distinguunt, alii post τὰ πολλὰ, quod magis placet. Aldus neutrobique. ELM.

487. Contraria sunt ὑγιὴς et σαθρὸς, quod nostra lingua significat *unsound*. Per πονηρὸς explicat noster Hec. 1189. ἀλλ' εἴτε χρήστ' ἔδρασε, χρήστ' ἔδει λέγειν· | εἴτ' αὖ πονηρὰ, τοὺς λόγους εἶναι σαθρούς. ELM.

488. Ἐξευρίσκειν poetæ hic significat *efficere*, *patrare*, facere ut aliquid exsistat, *excogitare*. REISK.

489. σε] δὲ Flor. 1.

490. σὲ δ' ἀμαθίας, ἀσεβοῦντ' εἰς τὸν θεόν Ald. Correctum ex Par. E.G. Flor. 1. 2.

491. ὁ βάκχος non est Διόνυσος, sed masculinum a feminino βάκχη derivatum. Ita per contemtum τὸν θηλύμορφον ξένον appellat Pentheus. Nemo enim eum Bacchum esse suspicatur, ut jam monui ad v. 242. ELM.

492. Horatius Epist. 1, 16, 73. *Vir bonus et sapiens audebit dicere: Pentheu, | rector Thebarum, quid me perferre patique | indignum coges? Adimam bona. Nempe pecus, rem, | lectos, argentum: tollas licet. In manicis et | compedibus sævo te sub custode tenebo. | Ipse deus, simul atque volam, me solvet. Opinor, | hoc sentit: Moriar. Mors ultima linea rerum est.* ELM.

494. Diphili piscarius apud Athenæum p. 225. B. ἐνταῦθα γοῦν ἔστιν τις ὑπερηκοντικὼς, | κόμην τρέφων μὲν πρῶτον ἱερὰν τοῦ θεοῦ, | ὡς φησίν· οὐ διὰ τοῦτό γ', ἀλλ' ἐστιγμένος, | πρὸ τοῦ μετώπου παραπέτασμ' αὐτὴν ἔχει. ELM.

498. Plutarchus Moral. p. 476. B. ᾧ γὰρ ἔξεστι τῆς μὲν ἀρετῆς καὶ οἰκείας μερίδος ἐπικρατούσης, ἡδέως ζῆν, τῶν δὲ ἀλλοτρίων καὶ παρὰ φύσιν ὑπερβαλλόντων ἀδεῶς ἀπελθεῖν, εἰπόντα, Λύσει με ὁ δαίμων αὐτὸς, ὅταν ἐγὼ θέλω· τί ἂν τούτῳ χαλεπὸν ἢ δύσκολον ἐμπίπτον ἐπινοήσαιμεν; Origenes contra Celsum 2. p. 80. παίζων δ', ὡς οἴεται, τὸν Ἰησοῦν ὁ παρὰ Κέλσῳ Ἰουδαῖος, εἰδέναι ἀναγέγραπται τὸν Εὐριπίδου Βάκχον λέγοντα, Λύσει μ' ὁ δαίμων αὐτὸς, ὅταν ἐγὼ θέλω. Hæc attulit Porsonus Adversar. p. 265.

499. Signum interrogandi addidit Reiskius.

502. αὐτὸν Elmsleius. Legebatur αὐτός.

503. Pal. καταφρονεῖ μου καὶ θήβης ὅδε. Sic etiam, ni fallor,

Laur. a prima manu, qui a correctore vulgatam habet. Scholiastes ad Aristophanis Ran. 103. Σὲ δὲ ταῦτ' ἀρέσκει: ἀντὶ τοῦ σοὶ Ἀττικῶς. σημειωτέον τοίνυν ὅτι οἱ Ἀττικοὶ κέχρηνται τῷ τοιούτῳ σχηματισμῷ. καὶ Εὐριπίδης ἐν Βάκχαις· Καταφρονεῖ με καὶ Θήβας ὅδε. ELM. καταφρονεῖν cum accusativo junctum alibi non inveni, sed tuentur illud verba ejusdem significationis eodem modo structa ὑπερφρονεῖν, ὑπερορᾶν τινός et τινά. καταλογεῖν τι Herod. 1, 144. Vid. Gramm. Gr. §. 376. not. 3. MATTH.

506. ὅ τι Musgravius. ὅτι vulgo.

οὐδ' ὃ ὁρᾷς Reiskius. Legebatur οὐδ' ὁρᾷς.

507. Ἀγαύης] Libri Ἀγαυῆς.

508. Aristoteles Rhet. 2. 23, 29. Ἄλλος [τόπος] ἀπὸ τοῦ ὀνόματος· οἷον, ὡς ὁ Σοφοκλῆς [Tyrus fr. I.]· Σαφῶς Σιδηρὼ, καὶ φοροῦσα τοὔνομα.——καὶ ὡς ἡ Εὐριπίδου Ἑκάβη εἰς τὴν Ἀφροδίτην [Tro. 990.] Καὶ τοὔνομ' ὀρθῶς ἀφροσύνης ἄρχει θεᾶς· καὶ ὡς Χαιρήμων· Πενθεὺς, ἐσομένης συμφορᾶς ἐπώνυμος. Fortasse in tragœdia Dionyso, cujus mentio est apud Athenæum. Ita quoque noster supra v. 367. Πενθεὺς δ' ὅπως μὴ πένθος εἰσοίσει δόμοις | τοῖς σοῖσι, Κάδμε. Theocritus Idyll. 26. 26. ἐξ ὄρεος πένθημα καὶ οὐ Πενθῆα φέρουσαι. Similia multa apud tragicos leguntur, neque lectorem ægre laturum existimo, si exempla nonnulla ab aliis indicata hic apposuero. ΑΙΑΣ. Sophocles Aj. 430. Αἴ αἴ, τίς ἂν ποθ' ᾧεθ' ὧδ' ἐπώνυμον | τοὐμὸν ξυνοίσειν ὄνομα τοῖς ἐμοῖς κακοῖς; ΑΜΦΙΩΝ. Etymologus p. 92, 24. apud Valckenarium Diatrib. p. 62. λέγει δὲ Εὐριπίδης ὁ τραγικὸς, ἐτυμολογῶν τὸ Ἀμφίων, ὅτι Ἀμφίων ἐκλήθη παρὰ τὴν ἄμφοδον, ἤγουν παρὰ τὸ παρὰ τὴν ὁδὸν γεννηθῆναι. ὁ δὲ Ἀριστοφάνης κωμικευόμενος λέγει, ὅτι οὐκοῦν ἄμφοδος ὤφειλεν κληθῆναι. Ipsa Aristophanis verba servavit Pollux 9. 36. Ἄμφοδον ἐχρῆν αὐτῷ τεθεῖσθαι τοὔνομα. ΑΠΟΛΛΩΝ. Æschylus Ag. 1089. Ἄπολλον, Ἄπολλον, | ἀγυιᾶτ' Ἀπόλλων ἐμός. | ἀπώλεσας γὰρ οὐ μόλις τὸ δεύτερον. Euripides Phaëthonte: Ὦ καλλιφεγγὲς Ἥλι', ὥς μ' ἀπώλεσας | καὶ τόνδ'. Ἀπόλλων δ' ἐν βροτοῖς ὀρθῶς καλεῖ, | ὅστις τὰ σιγῶντ' ὀνόματ' οἶδε δαιμόνων. Ita Bekkerus. Scholiastes ad Euripidis Or. 1389. legisse videtur: Ἀπόλλων δ' οὐ κακῶς κλῄζει βροτοῖς. ΒΟΙΩΤΟΣ. Euripides apud Stephanum v. Βοιωτία: τὸν δ' ἀμφὶ βοῦν ῥιφέντα Βοιωτὸν καλεῖν. ΔΟΛΩΝ. Incertus Rhes. 158. Ἐπώνυμος μὲν κάρτα καὶ φιλόπτολις | Δόλων. ΕΛΕΝΗ. Æschylus Ag. 690. Τίς ποτ' ὠνόμαζεν ὧδ' | εἰς τὸ πᾶν ἐτητύ-

μως | τὰν δορίγαμβρον ἀμφινει | κῆ θ' Ἑλέναν; ἐπεὶ πρεπόν | τως ἐλέναυς, ἔλανδρος, ἐλέ | πτολις, ἐκ τῶν ἀβροπήμων | προκαλυμμάτων ἔπλευσε | Ζεφύρου γίγαντος αὔρᾳ κ. τ. ἑ. ΕΝΙΑΥΤΟΣ. Achilles Tatius Isagog. in Aratum p. 139. E. ἐνιαυτὸς δὲ ἡλίου εἴρηται, ἐπεὶ ἔχει τὰς πάσας ὥρας ἐν ἑαυτῷ τέσσαρας κατὰ τὸν Εὐριπίδην· Ὅθ' οὕνεκ' ἐν αὐτῷ πάντα συλλαβὼν ἔχει. Heathius ὅθ' οὕνεκ' αὐτὸς. ΖΗΘΟΣ. Euripides Antiopa Fr. 1. Τὸν μὲν κικλήσκει Ζῆθον. ἐζήτησε γὰρ | τόκοισιν εὐμάρειαν ἡ τεκοῦσά νιν. ΙΩΝ. Euripides Ion. 802. Ἴων, ἐπείπερ πρῶτος ἤντησεν πατρί. Clarius v. 831. Ἴων, ἰόντι δῆθεν ὅτι συνήντετο. ΜΕΛΕΑΓΡΟΣ. Euripides apud Etymologum: Μελέαγρε, μελέαν γάρ ποτ' ἀγρεύεις ἄγραν. ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ. Æschylus Prom. 85. Ψευδωνύμως σε δαίμονες Προμηθέα | καλοῦσιν. αὐτὸν γάρ σε δεῖ προμηθίας (ita lego pro Προμηθέως), | ὅτῳ τρόπῳ τῆσδ' ἐκκυλισθήσει τύχης. Adde Œdipum, Polynicem aliosque. Hæc non modo ψυχρὰ sunt, verum etiam tragicos malos fuisse grammaticos ostendunt. Quid enim commune habent Ἀπόλλων et ἀπολλύναι, præter soni similitudinem? Quis Ἴων, id est Ἰάων, ab ἰέναι derivatum credat? Horum pleraque quidem apud Euripidem reperiuntur. Sed temere dixit Valckenarius ad Phœn. 27. *His nihil simile castigatius effudit Sophoclis ingenium.* ELM. Vid. Meinek. ad Euphor. p. 128. 130.

Scholiastes ad Aristophanis Vesp. 1115. Ἔμβραχυ: καθάπαξ ἢ παντάπασι τὸ ἔμβραχυ, Ἀττικὴ συνήθεια, οὐδὲν πλέον δηλοῦσα ἢ τὸ βραχύ, ὡς ἐμφαγεῖν, τὸ φαγεῖν, καὶ παρ' Εὐριπίδῃ τὸ ἐνδυστυχῆσαι ἀντὶ τοῦ δυστυχῆσαι. Grammaticus, cujus testimonium Valckenario debeo, compositi ἐνδυστυχῆσαι rationem non perspexit. Magno exemplorum numero eam illustravit Porsonus Adversar. p. 265. Nonnulla hic apponam. Aristophanes Pac. 1227. ἐναποπατεῖν γάρ ἐστ' ἐπιτήδειος πάνυ. Herodotus 6. 102. ἦν γὰρ ὁ Μαραθὼν ἐπιτηδεώτατον χωρίον ἐνιππεῦσαι. Idem 9. 7. ἐπειδὴ γὰρ ἡμάρτομεν τῆς Βοιωτίας, τῆς γε ἡμετέρας ἐπιτηδεώτατόν ἐστι ἐμμαχέσασθαι τὸ Θριάσιον πεδίον. Pausanias 2. 34. p. 192. παρέχεται δὲ αὐτὴ λιμένα ἐνορμίσασθαι ἐπιτήδειον. ELM.

509. Bene ἱππικαῖς πέλας φάτναισιν. Quo carcere utitur noster etiam Or. 1448. ἐκλῆσε δ' ἄλλον ἄλλοσε στέγης· | τοὺς μὲν ἐν σταθμοῖσιν ἱππικοῖς· | τοὺς δ' ἐν ἐξέδραισι, κ. τ. ἑ. ELM.

513. κτύπου] κτύπους Pal.

514. παύσας] πάσας Flor. 1. 2.

515. οὔτοι Porsonus. οὔτι Ald. οὔτε Pal.

516. ἀτάρ τοι] ἀτὰρ δὴ Elmsleius, collatis exemplis Tro. 63. Cycl. 84.

519. Lacunam indicavit Musgravius. Versus in Ald. sic divisi, Ἀχελῴου — | πότνι' — | σὺ — | τὸ — | ὅτε — | ὁ τεκὼν — | τάδ' — | ἴθ' — | ἄρσενα — | ἀναφανῶ — | βάκχιε — | σὺ— | στεφανηφόρους— | θιάσους— | τί μ' ἀναίνῃ— | ἔτι— | Διονύσσου— | ἔτι—μελήσει.

Dircen Ismeni filiam facit Nonnus Dion. 44, 9. MUSG. Recte fecisse videtur Nonnus, quod Dircen potius Ismeni quam Acheloi filiam fecit. Sed in his rebus quidlibet audendi potestatem sibi vindicat Euripides. Quis enim e. g. præter Euripidem Phœn. 179. Lunam Solis filiam appellavit? ELM.

520. Verba εὐπάρθενε Δίρκα non male interpretatur Portus *felix virgo Dirce*. Haud valde diversum est εὐπατέρειαν αὐλὰν Hipp. 68. quod εὐκλεᾶ πατρῴαν αὐλὴν aut aliquid ejusmodi significat. ELM.

522. Laur. ad βρέφος gl. habet ἀντὶ μιᾶς. ELM.

525. ἀναβοήσας Ald. ἀναβοάσας Pal. cum gl. ἀντὶ μιᾶς. Restitui ἀμβοάσας.

526. ἴθι Hermannus. Libri ἴθ' ὦ.

527. Femininum ἄρσην præter alios habet etiam Sophocles Trach. 1197. πολλὴν μὲν ὕλην τῆς βαθυρρίζου δρυὸς | κείραντα, πολλὴν δ' ἄρσεν' ἐκτεμόνθ' ὁμοῦ | ἀγρίαν ἐλαίαν. Longe usitatius masculinum θῆλυς. ELM.

528. ἀναφανῶ] De futuri φανῶ syllaba prima producta diximus ad Aristoph. Equit. 300.

τόδ'—ὀνομάζειν] *Efficiam ut te Dithyrambum appellent*. ELM.

534. ναὶ] ναὶ Pal.

537. Ad verba οἴαν οἴαν ὀργὰν adscriptum in Laur. περισσόν. Quo indicatur hæc verba in stropha non habere quod respondeat. Qui frequens apud metricos veteres usus est vocabuli περισσόν. Vid. ad Helen. 1318. Ceterum comparandus Hec. v. 176. οἴαν οἴαν φάμαν.

545. ὃς ἔμ' ἐν] Legebatur ὅς με.

546. τάχα codices. τάχει libri.

ξυνάψει Brunckius. συνάψει libri.

547. δ' additum ex Pal.

τὸν ἐμὸν θιασώταν, ut τὸν ἐμὸν πολίτην, *meum civem*. ELM.

549. σκοτίαισι κρυπτὸν εἱρκταῖς Hermannus, recte, nisi Ionico puro formam ἀνακλωμένην in stropha opposuit poeta.

551. σοὺς codices. σὰς Ald.

553. χρυσῶπα cum θύρσον conjungendum, qui quod hederæ flores, quorum croceus color est, habet, ita dicitur. Nonno thyrsus vocatur οἴνωψ et κεκορυθμένος αἴθοπι κισσῷ. HERM.

554. Pal. ἀναθυρσὸν. Supra v. 80. habuimus ἀνὰ θύρσον τε τινάσσων pro ἀνατινάσσων τε θύρσον. Simile est κατὰ μηρῷ δὲ καλύψας v. 96. cum aliis sexeentis, quibus longe insolentius est τινάσσων ἀνὰ θύρσον. ELM.

δ'] τ' Par. E.

556. πόθι—θη- | ροτρόφου— | θιάσους— | κορυφαῖς— | τάχα — | θαλάμοις—Ὀρ- | φεὺς— | σύναγε δ.—Μού- | σαις— | μάκαιρ'— | σέβεται— | ἥξει— | ἅμα— | τόν— | διαβὰς— | εἰλισσομένας — | Λυδίαν — | βροτοῖς — | τὸν — | καλλίστοισι λιπαίνειν Ald.

Νύσας Elmsleius. Νύσης Flor. 1. 2. Pal. Νύσσης Ald.

τᾶς additum ex Pal.

557. θυρσοφορεῖν θιάσους e notissima tragicorum in melicis consuetudine est *thyrsum gerendo cœtus concitare.* Duo Pariss. θυρσοφοραῖσιν, Florr. etiam θηροτρόφου θυρσοφοραῖσιν. Laur. θυρσοφοραῖσιν θ. MATTH.

558. Aldus: ὦ Διόνυσσ' ἢ | κορυφαῖς κωρυκίαις. Pal. ὦ διόνυσε. ἢ κορυφὲς κωρυκίαις. Laur. ὦ διόνυσε ἢ (gl. ἀντὶ μιᾶς) κορυφαῖς κωρυκίαις. ELM.

559. Æschylus Eum. 22. σέβω δὲ Νύμφας, ἔνθα Κωρυκὶς πέτρα, | κοίλη, φίλορνις, δαιμόνων ἀναστροφή. Ubi Κωρυκὶς πέτρα non est ipse mons Parnassus, quæ scholiastæ interpretatio est, sed in eo Κωρύκιον ἄντρον, ut recte monet Stanleius. De qua vocabuli πέτρα significatione dixi ad Med. 1359. Diversa ratio est apud Sophoclem Ant. 1126. cujus verba attuli ad v. 306. Κορυφαὶ vero Κωρύκιαι haud dubie sunt Parnassi vertices, quæ Παρνησιάδες ἄβατοι κορυφαὶ appellantur ab Euripide Ion. 86. Multa congessit Barnesius, qui præter alios allegat Strabonem p. 417. A. ἱεροπρεπὴς δ' ἐστὶ πᾶς ὁ Παρνασσὸς, ἔχων ἄντρα τε καὶ ἄλλα χωρία, τιμώμενά τε καὶ ἁγιστευόμενα, ὧν ἐστὶ γνωριμώτατον καὶ κάλλιστον τὸ Κωρύκιον Νυμφῶν ἄντρον, ὁμώνυμον τῷ Κιλικίῳ. Herodotus 8, 36. τέκνα μέν νυν καὶ γυναῖκας πέρην ἐς τὴν Ἀχαΐην διέπεμψαν [οἱ Δελφοί]· αὐτέων δὲ οἱ πλεῖστοι ἀνέβησαν ἐς τοῦ Παρνησσοῦ τὰς κορυφὰς, καὶ ἐς τὸ Κωρύκιον ἄντρον ἀνηνείκαντο· οἱ δὲ ἐς Ἄμφισσαν τὴν Λοκρίδα ὑπεξῆλθον. ELM.

560. Aldus: τάχα δ' ἐν ταῖς πολυδένδρεσσιν Ὀλύμπου | θαλάμοις. Pal. ταχὰ δ' ἐν ταῖσι πολυδένδραισιν ὀλύμπου | θαλάμοις. Laur. ut vulgo, nisi quod a prima manu habet πολυδένδρεσιν. Aut ταῖς—θαλάμαις legendum, aut τοῖς—θαλάμοις. Illa ratio Barnesio et Burgesio placuit; hæc Musgravio, quem sequuntur Brunckius et Matthiæ. Musgravius θαλάμους τοὺς ὀρέων ex epigrammate citat. ELM.

Recte, ni fallor, Matthiæ πολυδένδροισιν. Quamvis enim nulla obstet analogia, quo minus dicatur πολυδενδρὴς pro πολύδενδρος, ea tamen forma nusquam exstare videtur, neque dativus pluralis πολυδένδρεσσιν sive πολυδενδρέσσιν metro convenientior est quam πολυδένδροισιν. ELM. Causa idonea non erat, cur πολυδένδρεσσιν (Pal. πολυδένδραισιν, Laur. Flor. 1. etiam Brub. πολυδένδρεσιν) mutarem. Videtur enim ex eodem genere metaplasmi esse, ex quo est δονακόχλοα Iph. T. 389. ubi vid. not. imprimis quum frequentarentur δένδρεα, δένδρεσι. Vid. Lobeck. ad Phryn. p. 658. MATTH.

562. Æschylus Agam. 1638. Ὀρφεῖ δὲ γλῶσσαν τὴν ἐναντίαν ἔχεις. | ὁ μὲν γὰρ ἦγε πάντ' ἀπὸ φθογγῆς χαρᾷ. ELM.

565. Occasione ab Olympi mentione sumta, iterum Macedoniam laudat. Vide ad v. 407. ELM.

Aldus μάκαιρ' ὦ Πιερία. Sequor Hermannum, qui τύχας μάκαρος nostrum Iph. T. 546. dixisse monet. Dixit etiam Hel. 380. Ὦ μάκαρ Ἀρκαδίᾳ ποτὲ παρθένε. ELM.

568. Pal. τόν τ' ὠκυρίαν (sic).

570. Ἄξιον] Hoc accentu Pal. Revocandum Ἀξιὸν ex Ald. εἱλισσομένας τε libri. τε delevit Heathius.

572. Λυδίαν] Præter Strabonis epitomen p. 330. B.C. Lydiæ fluminis mentionem esse apud Herodotum 7. 127. Æschinem de Falsa Legat. p. 402. E. et Ptolemæum p. 82. monet Musgravius. Herodoti verba ita se habent: ἀρξάμενος ἀπὸ Θέρμης πόλιος καὶ τῆς Μυγδονίης, μέχρι Λυδίεώ τε ποταμοῦ καὶ Ἁλιάκμονος, οἳ σύρίζουσι γῆν τὴν Βοττιαιΐδα τε καὶ Μακεδονίδα, εἰς τωυτὸ ῥέεθρον τὸ ὕδωρ συμμίσγοντες. Harpocratio: Λοιδίας: Αἰσχίνης ἐν τῷ περὶ τῆς παραπρεσβείας. ὅτι τῆς Μακεδονίας ἐστὶ ποταμὸς, ἄλλοι τε ἱστοροῦσι, καὶ Ἑκαταῖος ἐν περιόδῳ Εὐρώπης. Hanc scripturam adoptavit Hermannus. ELM. Scribendum Λοιδίαν cum Hermanno. Librarios Λοιδίαν in Λυδίαν hic et alibi mutasse longe verisimilius est quam duplici scriptura usos esse veteres.

τὸν Hermannus. τὸν τᾶς libri.

573. *πατέρα τε*] *τε* delet Bothius, sublato commate post *ὀλβοδόταν*.

574. Similia de Apidano noster Hec. 451. *ἔνθα καλλίστων | ὑδάτων πατέρα | φασὶν Ἀπιδανὸν γύας λιπαίνειν*. ELM.

577. *ὦ* Elmsleius. Libri *ἰὼ*, quod revocandum.

579. In libris duo versus, quorum alter ab *ἀνά* incipit.

πόθεν δ' ὁ] Libri *πόθεν ὁ*. Scribendum *πόθεν δδ' ὁ* cum Hermanno.

580. *ἰὼ* bis codices: semel Ald.

583. *νυν* Elmsleius. Vulgo *νῦν*.

ἡμέτερον εἰς] Scribendum *ἁμέτερον ἐς*.

585. *πέδον*] Dedi *πέδου*. Ad vocativum *ἔνοσι* conferendus noster Tro. 1326. *ἔνοσις ἅπασαν, ἔνοσις ἐπικλύσει πόλιν*. Adde *κύκλιος ἔνοσις αἰθερία* Hel. 1379. Terræ concussionem ut aliquod numen alloquitur chorus. ELM. Proprie ita dicendum erat *πέδου χθονὸς ἔνοσι πότνια*, (quod ipsum edidit Elmsleius, quamvis hujus vocabuli non nisi formæ *πέδον* in nom. et acc. et dat. *πέδῳ* legantur.) sed gravi animi motu correptum chorum hæc duo, tanquam inter se diversa, duobus vocativis per *ἓν διὰ δυοῖν* alloqui credebam, *O terræ solum, o divina* s. a deo affecta, *concussio*. Non multo diversum est quod Soph. Œd. C. 1471. tonitru audito chorum exclamantem facit: *ὦ αἰθὴρ, ὦ Ζεῦ*. MATTH.

586—593. Hi versus sic corrigendi et describendi videntur,

τάχα τὰ Πενθέως μέλαθρα διατινάξεται πεσήμασιν.
ὁ Διόνυσος ἀνὰ μέλαθρα·
σέβετέ νιν. σέβομεν ὦ.
εἴδετε λάϊνα κίοσιν ἔμβολα
διάδρομα τάδε; Βρόμιος ὃς ἀλαλάξεται στέγης ἔσω.

εἴδετε pro *ἴδετε* restituit Dobræus.

589. Ald. hunc versum in duos divisum choro sine interpunctione continuat. In Pariss. E.G. verba *σέβετε νιν* Baccho tribuuntur, et sic Brunck. Totum versum Baccho tribuendum esse censebat Tyrwhitt. Contra Musgrav. semichorio. MATTH.

590. *σέβομεν—ἔσω* hemichorio tribuit Ald.

591. Pal. *ἴδετε τὰ λάϊνα ἔμβολα* omisso *κίοσιν*. *κίοσιν ἔμβολα* dicta sunt pro *κιόνων*, quia *ἐμβάλλειν τι τινί* dicitur. Elmslei. *ἐπιστ ύλια* intelligit. Ego dubito an *μοχλοὶ* intelligendi sint; ut Phœn. 114. et hi pro foribus, *dissiliunt fores*. MATTH.

593. ὁ addidit Tyrwhittus, cui totus versus sic scribendus videbatur ὁ Βρόμιος ἠλάλαξε τᾶς στέγας (debebat τῆς στέγης) ἔσω. Scribendum potius Βρόμιος, ὃς cum Musgravio, qui in reliquis Tyrwhittum est secutus.

594. Huic versui iterumque 596. hemichorii personam præfixam habet Aldus. Pal. vero post v. 590. nullas personarum notas habet usque ad finem carminis. Tyrwhittus versum 594. et 595. Baccho tribuendos monuit. ELM.

596. αὐγάζει] Usitatior est activa forma αὐγάζω, qua utuntur Sophocles Phil. 217. Euripides Hec. 637. Hel. 1333. Rhesi scriptor v. 793. ELM.

598. Ald. Διὸς βροντᾶς. Herv. 2. Brub. Διὸς βροντά. Flor. 2. διόν βροντῆς. Pariss. apud Brunck. Flor. 1. Pal. διόν βροντᾶς. φλόγα διόν βροντᾶς dictum ut διόν πυρὸς φλόγα v. 8. κεραυνοβόλος vocatur Semele. MATTH.

600. δώματα Ald. et codd. σώματα schol. Phœn. 641. et sic Etym. M. p. 279, 20. Recte etiam Herm. ex Etym. δίκετε πεδόσε (Etym. παῖδα), δίκετε τρομερὰ σώματα Μαινάδες. Nam, ubi idem verbum repetitur, alio verbo interjecto hoc fieri solet. Vid. Seidler. de vers. dochm. p. 278. Metrum in utrovis ordine constat. MATTH. In libris alterum δίκετε post σώματα legitur.

603. γόνος Pal. Vulgo γόνος Διόνυσος.

606. τὰ Πενθέως δώματ' Musgravius. Libri δῶμα Πενθέως.

607. σαρκὸς Reiskius. Vulgo σάρκας, commate non ante, sed post hoc vocabulum posito.

611. Aldus ὀρκάνας. Pal. et edd. recentiores ὁρκάνας. Laur. ἀρκανὰς cum gl. φυλακὰς et schol. ὀρκάνη κυρίως ἡ ἀγρευτικὴ λίνου. Huc respicere videtur Photius: Ὀρκάνας: εἱρκτάς. Vocabulo utitur etiam Æschylus Theb. 352. ποτὶ πτόλιν δ' ὀρκάνα πυργῶτις. Schol. Ὀρκάνη: τὸ θηρευτικὸν δίκτυον, ὃ καὶ σαργάνη καλεῖται. Hesychius: Ὀρκάνη: εἱρκτὴ, δεσμωτήριον. ἔνιοι, κρεμάθραν, ἄλλοι, σαργάνην. οἱ δὲ φραγμόν. Postremam significationem agnoscit Eustathius p. 233, 40. συντελεῖ δὲ εἰς τὴν πρώτην ἐτυμολογίαν καὶ ἡ ὀρκάνη, ἕρκος τι οὖσα, ὡς ἀκανθῶδες περίφραγμα. Sic etiam Harpocratio. Plura congesserunt Photius et Hesychii interpretes, ex quibus omnibus satis apparet de primaria vocabuli significatione veteres grammaticos alios aliter sensisse. Quod ad nostram rem attinet, nihil refert utrum δίκτυον an αἱμασιὰ significet. ELM.

612. μοι] μου Par. E.G. Flor. 1. μοῦ Laur. Ceterum in Ald. distinctum πῶς γάρ; οὔτις μοι —. Recte codices.

τύχοις] τύχας Pal.

613. ἠλευθερώθης codices. ἐλευθερώθης Ald.

614. Noster Heracl. 841. μόλις δὲ, πάντα δρῶντες, οὐκ ἄνευ πόνων, | ἐτρεψάμεσθ' Ἀργεῖον εἰς φυγὴν δόρυ. Cui contrarium est ῥᾳδίως ἄνευ πόνου. ELM.

616. Grammaticus apud Bekkerum p. 88. Δεσμεύειν δεδεσμένον: Πλάτων Φαίδρῳ, Εὐριπίδης Βάκχαις. Plato Phædro p. 250. C. καὶ ἀσήμαντοι τούτου ὃ νῦν δὴ σῶμα περιφέροντες ὀνομάζομεν, ὀστρέου τρόπον δεδεσμευμένοι. Quid sit δεδεσμένον, equidem nescio. ELM.

617. οὔτ' ἔθιγεν οὔθ' ἥψαθ' ἡμῶν] Similiter Themistius p. 29 A. ἅπτεσθαι καὶ θιγγάνειν τῶν ἀνακτόρων, et p. 147 B. 152 A. 177 D.

618. οὐ] Error typothetæ pro οὗ.

619. Hæc, et quæ mox de Pentheo muliebria vestimenta induente traduntur, vereor, ne ridicula videantur iis, qui in veterum lectione mediocriter tantum versati sunt. Sed tenendum est, Euripidem ea non primum excogitasse, sed a majoribus transmissa, et populi religione velut consecrata, accepisse. Quamobrem, si quid est in historia ridiculi, populo, qui se tam crasse decipi patiebatur, non ipsi, imputandum est. Dubitari enim non debet, quin, quæ risum nunc et fastidium movent, terrorem olim Atheniensibus voluptate temperatum incusserint. MUSG.

ἔβαλλε Par. E.G. Flor. 1. 2. ἔβαλε Ald.

625. Acheloum pro quavis aqua, ut monet Brodæus etiam ad v. 519. Noster Andr. 166. σαίρειν τε δῶμα τοὐμὸν, ἐκ χρυσηλάτων | τευχέων περισπείρουσαν Ἀχελῴου δρόσον. Quo exemplo uti potuisset Didymus, cujus de hac re testimonium debemus Macrobio Saturnal. 5. 18. Ἀχελῷον πᾶν ὕδωρ Εὐριπίδης φησὶν ἐν Ὑψιπύλῃ. λέγων γὰρ περὶ ὕδατος ὄντος σφόδρα πόρρω τῆς Ἀκαρνανίας, ἐν ᾗ ἐστι ποταμὸς Ἀχελῷος, φησί· Δείξω μὲν ἀργεννοῖσιν Ἀχελῴου ῥόον. Fragm. 10. ubi Δείξω γὰρ ex oscitatione, ut videtur, Ἀργείοισι vero ex emendatione Barnesii dedit Musgravius. Legendum etiam arbitror aut δρόσον aut ῥοάς. Plura Macrobius, quem indicavit Musgravius. ELM.

927. Præter hunc v. et 635. composito διαμεθίημι utitur noster El. 978. Τῷ δὴ πατρῴαν διαμεθεὶς τιμωρίαν; ELM.

628. ἵεται] ἵεται Laur.

629. Noster Iph. T. 1164. Τί τοὐκδίδαξαν τοῦτό σ' ; ἢ δόξαν λέγεις ; Heracl. 396. σκόπει (δόκησιν δὴ τάδ' ἂν λέγοιμί σοι) ποίᾳ προσάξει στρατόπεδόν τ' ἄνευ δορὸς, | ἐν ἀσφαλεῖ τε τῆσδ' ἱδρύσεται χθονός. ELM.

Pal. φένεται v. 629. κιθερῶν' 660. ἐξεφέδρυνον v. 767. μενάδων v. 827. διεσφέριζε v. 1134. κιθερῶνος v. 1217. et fortasse alia. Aliquoties supra scriptum αι. ELM.

630. φάσμ' Jacobsius. Libri φῶς.

631. Pal. ἥισε κἀκέντα Laur. a correctore: ἥισσεν τε κἀκέντει φαεννὸν ὡς σφάζων ἐμέ. [Sic etiam Flor. 1.] Non solum a Laur. sed ab omnibus veteribus libris abest αἰθέρ', quod ex Canteri conjectura additum est. ELM.

632. αὐτῷ τάδ' Musgravius. αὐτῷ τὰ δ' Ald. τάδ' etiam a Victorio annotatum.

633. δώματ' Pal. Laur. Vulgo δῶμά τ'.

συντεθράνωται] Hesychius: Συντεθράνωται: συμπέπτωκε. Quem vide vv. Θρανεύεται et Τεθράνευμαι. Eadem significare videntur θρανῶ et θραύω. Noster Herc. 1096. πρὸς ἡμιθραύστῳ λαΐνῳ τειχίσμασι | ἥμαι, νεκροῖσι γείτονας θάκους ἔχων. Ἡμίθραυστος lexicis addendum. ELM.

635. Abest a Laur. παρεῖται, de quo vide ad v. 682. ELM.

636. Aldus ἐτόλμ'. Caussam erroris nemo non videt fuisse repetitionem literarum ησ in sequenti vocabulo ἥσυχος. Pal. recte ἐτόλμησ'. Laur. a prima manu ἐτόλμησε, a correctore ἐτόλμησεν. ELM. ἐτόλμησεν Flor. 1. Par. E.G.

ἐκβὰς ἐγὼ Bothius. Legebatur ἐκ βάκχας ἄγων.

639. Hesychius: Προνώπια: τὰ ἔμπροσθεν τῶν πυλῶν, καθάπερ ἐνώπια τὰ ἔνδον, ὅπου αἱ εἰκόνες τίθενται. Idem: Προνώπιον: τὸ προκείμενον, οἷον, πρόθυρον. Pertinet hæc gl. ad Hipp. 374. ubi vide Valckenarium. Verba in superiori ὅπου αἱ εἰκόνες ἵστανται, quæ ad ἐνώπια retulisse videntur nonnulli, illustrat Sophocles El. 1374. πατρῷα προσκύσαν θ' ἕδη | θεῶν, ὅσοιπερ πρόπυλα ναίουσιν τάδε. Προνώπια igitur προπύλαια sunt. ELM.

ἄρ'] ἂν Par. E.

641. ἀσκεῖν] ἀρκεῖ Pal.

εὐοργησίαν] εὐοργησία Flor. 1. 2. Antiatt. in Bekk. Anecd. p. 96, 32. εὐοργησία (codex εὐεργεσία)· Εὐριπίδης Βάκχαις. Conf. Hippol. 1039.

645. ἀνήρ] Libri ἀνήρ.

προνώπιος] προσώπιος Par. E.

647. Quum jubet iræ supponere tranquillum pedem, hoc videtur monere ut ille quamvis iratus, tamen citatum pedis gradum cohibeat neque tanto cum impetu ruat. HERM.

ἥσυχον πόδα] Inutilis videtur Musgravii conjectura ἥσυχον τρόπον. Nihil enim sententiæ refert, utrum ἥσυχον τρόπον an ἥσυχον πόδα legatur. Quis non meminit Medeæ verborum v. 217. οἱ δ' ἀφ' ἡσύχου ποδὸς | δύσκλειαν ἐκτήσαντο καὶ ῥᾳθυμίαν. Ubi eodem jure quo in Bacchis vulgatam sollicitare potuisset Musgravius. Vocabulum πόδα tantulo intervallo repetitum a tragicorum consuetudine minime alienum est. Dixit noster, exempli caussa, v. 757. οἱ δ' ὀργῆς ὕπο | εἰς ὅπλ' ἐχώρουν, φερόμενοι Βακχῶν ὕπο. Plura vide ad Ion. 1. Ἄτλας, ὁ χαλκέοισι νώτοις οὐρανὸν | θεῶν παλαιὸν οἶκον ἐκτρίβων, θεῶν | μιᾶς ἔφυσε Μαῖαν, ἥ μ' ἐγείνατο. Sed nondum apparet, quid significet ὑπόθες. Interpretes *subjice*. Minus ambiguum esset *suppone*, vel potius *substitue*. ELM.

649. ἢ additum ex Par. E.G. Flor. 1. 2.

λύσει] λύσοι Elmsleius.

650. Aldus Baccho tribuit v. 651. 653. 655. Pentheo 652. 654. 656. 658. 659. Laur. vero et Par. E.G. Baccho tribuit 651. 654. 656. cum tribus sequentibus, Pentheo 652. 653. 655.

652. Noster Med. 514. καλόν γ' ὄνειδος τῷ νεωστὶ νυμφίῳ, | πτωχοὺς ἀλᾶσθαι παῖδας, ἥ τ' ἔσωσά σε. Iph. A. 305. Καλόν γε μοι τοὔνειδος ἐξωνείδισας. Hæc et alia multa ad hanc rem spectantia collegit Valckenarius ad verba Θήβαις κάλλιστον ὄνειδος Phœn. 828. ELM. Post hunc versum unus videtur excidisse versus Dionysi: quod animadvertit Dobræus.

653. κλῆειν] Ald. κλείειν. Pal. et a prima manu Laur. κλύειν, quod in κλῆειν mutavi. Recte, ni fallor, ἔκλῃε Aldus Rhes. 304. κλῆει Herc. 997. Plura de hac quæstione ad Sophoclis Œd. T. 1388. Infra v. 1299. nunc legitur συγκεκλημένον. ELM.

655. Aldus: σοφὸς, σοφὸς εἶ. Sic etiam a prima manu Laur. qui γ' insertum habet a correctore. Priorem scripturam exhibet Par. E. alteram G. Pseudogregorius v. 1575. σοφὸς, σοφὸς σὺ, καὶ σοφῶς ἔτλης πότμον. Unde corrigendum nostrum versum monet Porsonus Adversar. p. 265. Ita noster Andr.

244. Σοφὴ, σοφὴ σὺ, κατθανεῖν δ' ὅμως σε δεῖ. Neque aliter infra v. 969. Δεινὸς σὺ, δεινὸς, κἀπὶ δείν' ἔρχει πάθη. Εἶ pro σὺ male scriptum exhibet etiam Amphis apud Athenæum p. 30 E. cujus versus ita constituendi sunt: A. Ποδαπὸς σύ; φράσον. B. Ἀκάνθιος. A. Εἶτα, πρὸς θεῶν, | οἶνου πολίτης ὢν κρατίστου, στρυφνὸς εἶ, κ. τ. ἑ. ELM.

658. ἀγγελῶν] ἀγγελλῶν (sic) Pal.

662. εὐαγεῖς] Legendum εὐαυγεῖς. Vide summi viri Hemsterhusii notam ad Supplic. v. 562. MUSG. Admisit hanc scripturam Brunckius. Vulgo legebatur apud Æschylum Pers. 466. ἕδραν γὰρ εἶχε παντὸς εὐαγῆ στρατοῦ. Vulgo etiam apud Euripidem Suppl. 562. ἔστην θεατὴς, πύργον εὐαγῆ λαβών. Apud Platonem Legg. 12. p. 952 A. legitur εὐαγέστερον, Timæo p. 58 D. εὐαγέστατον, monente Hemsterhusio, qui plura exempla collegit. Photius: Εὐαγής: μεταφορικῶς κύκλος. Opinor: Εὐαγὴς κύκλος: μεταφορικῶς ὁ ἥλιος. Hesychius: Εὐαγές: ἁγνὸν, καθαρὸν, εὐσεβὲς, ὅσιον, εὔοπτον, ἅγιον. Respicit εὔοπτον ad Æschyli Persas aut Euripidis Supplices. In Bacchis vero et apud Platonem εὐαγὴς significat λαμπρός. Dicere potuisset noster χιόνος ἐξαυγεῖς βολαί. Sic enim tragicus Rhes. 303. χρυσῇ δὲ πλάστιγξ αὐχένα ζυγηφόρον | πώλων ἔκλῃε, χιόνος ἐξαυγεστέρων. Nunc ad rem venio. Ubicunque εὐαγὴς significat λαμπρὸς, φανερὸς aut aliquid ejusmodi, Hemsterhusius legendum contendit εὐαυγὴς, ut διαυγὴς, τηλαυγὴς et similia. Legerat tamen veteris grammatici verba, quæ cum eo communicavit Ruhnkenius, nobiscum Bekkerus Anecd. Gr. p. 337. Ἀγής: τοῦτο ἀπὸ συνθέτου καταλείπεται τοῦ εὐαγὴς ἢ παναγής. Ἐμπεδοκλῆς· Ἄθρει μὲν γὰρ ἄνακτος ἐναντίον ἀγέα κύκλον. Haud dubie idem significant verba ἄνακτος ἀγέα κύκλον apud Empedoclem, et λαμπρὸν ἡλίου φάος apud Euripidem Med. 752. neque ego video, quo jure sollicitetur constans tot locorum scriptura, εὐαγὴς pro λαμπρὸς positum, præsertim quum nusquam, quod sciam, exstet εὐαυγής. Legitur etiam εὐάγητον apud Aristophanem Nub. 276. et recte λαμπρὸν explicatur. Revocavi igitur εὐαγεῖς. Ab ἀγὴς fit εὐαγὴς, ut a δόκιμος εὐδόκιμος. ELM.

663. Aldus solœce ἥκεις δ' ὁποίαν. Mutavit Schæferus a Porsono ad Phœn. 892. admonitus. Quem vide etiam ad Eccl. 852. Vulgatam solœcam appello, licet eam defendere videatur Homerus Od. A. 173. Ξ. 187. Τίς; πόθεν εἶς ἀνδρῶν; πόθι τοι

πόλις ἠδὲ τοκῆες; | ὁππολης δ' ἐπὶ νηὸς ἀφίκεο; πῶς δέ σε ναῦται | ἤγαγον εἰς Ἰθάκην; τίνες ἐμμέναι εὐχετόωνται; De qua scriptura non habeo quod dicam. ELM. ὁππολης refertur ad prægressum verbum κατάλεξον et ἀγόρευσον. HERM.

Novum sermonis genus mihi videtur προστιθεὶς σπουδὴν λόγου pro σπουδὴν ἔχων λόγου. ELM.

664. Hesychius: Ποτνιάδες: αἱ Βάκχαι. ἀντὶ τοῦ Μαινάδες καὶ Λυσσάδες. [ἢ] μανίας αἴτιαι. Verba μανίας αἴτιαι spectant ad Or. 316. Αἴ αἴ, δρομάδες ὦ πτεροφόροι | ποτνιάδες θεαὶ, | ἀβάκχευτον αἴ θίασον ἐλάχετ' ἐν | δάκρυσι καὶ γόοις, | μελάγχρωτες Εὐμενίδες κ. τ. ἑ. Schol. Ποτνιάδες δὲ, μανιοποιοί. Πότνιαι γὰρ χωρίον ἐστὶ Βοιωτίας, ἔνθα φαγοῦσαι βοτάνην αἱ Γλαύκου ἵπποι, καὶ μανεῖσαι, διεσπάσαντο τὸν ἴδιον δεσπότην Γλαῦκον ἐν τῷ ἐπιταφίῳ Πελίου. Similia scholiastes ad Phœn. 1131. Ποτνιάδες δ' ἐπ' ἀσπίδι | ἐπίσημα πῶλοι δρομάδες ἐσκίρτων φόβῳ. ELM.

665. Λευκὸν κῶλον non temere dictum existimat Musgravius, neque λευκὸν πόδα v. 861. neque Βάκχαις σὺν λευκόποσιν Cycl. 72. *Ratio* (inquit) *epitheti videtur esse, quod Bacchæ nudis pedibus plerumque vel semper incederent.* Vide ad Ion. 219. ubi hoc sensu, ni fallor, dixit Euripides: Σέ τοι τὸν παρὰ ναὸν αὐ|δῶ. θέμις γυάλων ὑπερ|βῆναι λευκῷ ποδί γ'; ELM.

667. Eodem fere sensu v. 715. ὡς δεινὰ δρῶσι, θαυμάτων τ' ἐπάξια. Unde fortasse explicandus Sophocles Œd. T. 1373. οἷν ἐμοὶ δυοῖν | ἔργ' ἐστὶ κρείσσον' ἀγχόνης εἰργασμένα. Dixit enim noster supra v. 246. ταῦτ' οὐχὶ δεινῆς ἀγχόνης ἐπάξια; ELM.

674. εἴπης codices. εἴποις Ald.

675. τὰς addunt codices, om. Ald.

676. προσθήσομεν codices. προθήσομεν Ald.

678. Μόσχων pro βοῶν. Sic etiam vv. 735. 1331. et alibi passim. Eodem modo πώλους pro ἵππους tragici. ELM.

Hesychius: Ὑπεξήκριζον: ὕβριζον. Reponunt ἤκριζον, quod pro interpretatione vix daturus fuisse mihi videtur grammaticus. Etymologus v. Ἀκρίσιος p. 52, 43. ἀκρίζω δὲ σημαίνει, τὸ ἄκροις ποσὶ πορεύεσθαι. λέγεται δὲ καὶ ἀκριβητίζειν. Δανάης καλλισφύρου Ἀκρισιώνης:—ἐκ τοῦ ἀκρίζω. καὶ Εὐριπίδης· Μόσχον ὑπεξήκριζον. Hæc confusa et corrupta sunt. Noster Or. 275. τί δῆτα μέλλετ'; ἐξακρίζετ' αἰθέρα | πτεροῖς, τὰ Φοίβου δ' αἰτιᾶσθε θέσφατα. Verba ἐξακρίζετ' αἰθέρα πτεροῖς recte interpretatur scholiastes εἰς τὰ ἄκρα τοῦ αἰθέρος πέτεσθε. Unde expli-

candum ὑπεξήκριζον, quod recte, mea quidem sententia, pro tertia plurali accipiunt interpretes plerique. ELM.

680. Pal. a prima manu θυάσους. Quæ scribendi ratio frequens est in libris manu scriptis. Receptam agnoscit Athenæus p. 362 E. Καλεῖται δὲ καὶ ὁ τῷ Διονύσῳ παρεπόμενος ὄχλος, θίασος, ὡς Εὐριπίδης φησίν· Ὁρῶ δὲ θιάσους τρεῖς γυναικείων χορῶν. τοὺς μὲν οὖν θιάσους ἀπὸ τοῦ θεοῦ προσηγόρευον. καὶ γὰρ αὐτοὺς τοὺς θεοὺς οἱ Λάκωνες σιοὺς φασί. ELM.

681. τοῦ δευτέρου Scaliger. τοῦ δὲ δευτέρου libri.

682. Ἀγαύη] Scribebatur Ἀγανή.

τρίτου] τρίτη Pal. Flor. 1. 2.

683. εὖδον] Scribendum ηὖδον cum Elmsleio.

Dixit noster παρειμένον νόσῳ Or. 879. κόπῳ παρεῖμαι Phœn. 859. ὑπὸ κόπου παρεῖται Bacch. 635. unde facile explicatur παρειμέναι, difficulter vero σώμασιν παρειμέναι, quæ verba interpretatur Portus *corporibus solutæ*. Wakefieldius fortasse reposuisset σώματα παρειμέναι. Nam in Phœnissis κόπῳ παρεῖμαι γοῦνα legit Porsonus. Dicitur et ὕπνῳ παρειμένος. Noster Cycl. 587. ἔνδον μὲν ἀνὴρ τῷδ' ὕπνῳ παρειμένος. Herc. 1042. Καδμεῖοι γέροντες, οὐ σῖγα, σῖ|γα τὸν ὕπνῳ παρειμένον ἐάσετ' ἐκ|λαθέσθαι κακῶν; Sed neque hæc explicant nostrum σώμασιν παρειμέναι. ELM. σώμασιν παρειμέναι dictum esse debet pro σώματα παρειμ. quum alias dativus passivis additus id significet, quo aliquid efficitur, ut κόπῳ παρεῖται, ὕπνῳ παρειμένος. Nonnunquam tamen dativo id quoque designatur, ad quod proprie referendum erat passivum, (ut in illo Hec. 109. σχεδίας λαίφη προτόνοις ἐπερειδομένας proprie τὰ λαίφη προτόνοις ἐπερείδεσθαι dicenda erant) Orest. 695. καὶ ναῦς γὰρ ἐνταθεῖσα πρὸς βίαν ποδί, ποῦς non est id, quo efficitur τὸ ἐντείνεσθαι τὴν ναῦν, sed id in quo τὸ ἐντείνεσθαι proprie valet: nam proprie ἐντείνεται ποῦς, ut idem dicitur χαλᾶσθαι v. 696. Idem fit in verbis neutris, ut Soph. Œd. T. 25. πόλις φθίνειν dicitur κάλυξιν ἐγκάρποις χθονός, etsi proprie κάλυκες φθίνουσι. Il. β', 148. λήϊον ἠμύει ἀσταχύεσσιν, in quo ἀστάχυες ἠμύουσι. Ita in nostra locutione proprie ταῖς Βάκχαις τὰ σώματα παρεῖται. pro eo αἱ Βάκχαι παρεῖνται τὰ σώματα, pro quo dici etiam potuit τοῖς σώμασι. Christ. Pat. 1828. ἀνεκλίθημεν σώμασιν παρειμέναι. MATTH.

685. πέδῳ codices. πέδον Ald.

687. οἰνωμένας] Præter hoc οἰνωμένας, exstant in hac fabula

οἴστρησα v. 32. ἐξοινωμένας v. 812. οἰμωγμένον v. 1284. Apud Sophoclem Trach. 268. omnes libri οἰνωμένος. Apud Æschylum plerique οἰακοστρόφουν Pers. 769. nonnulli οἰνωμένον Suppl. 414. Sed membranæ Laurentianæ ωνωμένων (sic), unde Aldus ὠνωμένων, Porsonus ᾠνωμένον. Quum οἰδάνω sive οἰδῶ (unde ἐξῳδηκότα noster Cycl. 226.), οἰκτείρω, οἰκῶ, οἰμώζω, οἴομαι, οἴχομαι præterita habeant ᾤδανον sive ᾤδουν, ᾤκτειρον, ᾤκουν, ᾤμωζον, ᾠόμην, ᾠχόμην, idque non solum apud veteres Atticos, verum etiam apud Plutarchum, Lucianum ceterosque recentiores, pauca quæ his contraria apud tragicos leguntur, librariis potius quam ipsis poetis tribuenda videntur. Librariis sine controversia debetur οἰμωγμένον v. 1284. Licet enim ratio reddi posset, quare οἰμώζω potius quam cetera verba ab οι incipientia diphthongum in præterito non mutaret, satis constanter ᾤμωξε scriptum apud Atticos videmus. ELM. Scribendum ᾠνωμένας. Conf. ad v. 32.

688. ἠρημωμένας] Dixerat enim Pentheus v. 222. ἄλλην δ' ἄλλοσ' εἰς ἐρημίαν | πτώσσουσαν, εὐναῖς ἀρσένων ὑπηρετεῖν. ELM. ἠρενωμένας Ald. ἠρεμωμένας Pal. Recte scriptum in Par. E.G. Flor. 1. 2.

692. Θαλερὸς ὕπνος fortasse est *somnus qui vires reficit.* Nostri, *refreshing sleep.* Θάλεα enim τὰ τοῦ θάλλειν αἴτια ἀγαθὰ interpretatur Eustathius p. 1283, 45. Nihil melius novi. ELM.

694. τ' ἔτ' ἄζυγες correctum ex Pseudogregorio. Libri τε κἄζυγες.

696. ἀμμάτων] ὀμμάτων Pal.

697. ἐλέλυτο] ἐλύετο Par. E.

698. λιχμῶσιν Heathius. λιχμῶσι Victor. λιχμῶσαν Ald. et codices.

γένυν] γέναν Pal.

701. Aldus: ὅσαις νεοτόκοις μαζὸς ἦν, σπαργῶν ἔτι. Pal. ὅσαις νεοτόκοις μαζὸς ἦν σπαρτῶν ἔτι. Leguntur μαζὸς, μασθὸς et μαστός. Æschylus Cho. 529. καὐτὴ προσέσχε μαζὸν ἐν τώνείρατι. Ibid. 543. καὶ μασθὸν ἀμφέχασκ' ἐμὸν θρεπτήριον. Ibid. 896. Ἐπίσχες, ὦ παῖ, τόνδε δ' αἴδεσαι, τέκνον, | μαστόν. Ita Porsonus, neque in hac re dissentiunt membranæ Laurentianæ. Apud Sophoclem non legitur nisi μαστὸς, quæ forma plus minus tricies apud Euripidem exstat. Vulgo quidem legitur Hec. 244. πῶλον ἀφέλξων σῶν ἀπὸ μαζῶν. Sed multi MSS.

μαστῶν, quod a Brunckio admissum non repudiavit Matthiæ. In Bacchis non nisi Brunckii conjectura nititur *μαστὸς*, ideoque, ut videtur, vulgatam revocavit Matthiæ. Grammatici præceptum est: *Μαστὸς ἐπὶ γυναικὸς, μαζὸς δὲ ἐπὶ ἀνδρός.* Quod discrimen Homero tragicisque ignotum fuisse videtur. Nam neque apud illum legitur *μαστὸς*, neque apud hos *μαζὸς*, nisi bis terve ex errore librariorum. *Μασθὸς* apud Æschylum nihili vox est. ELM.

Ita interpungit Aldus: *ὅσαις νεοτόκοις μαζὸς ἦν, σπαργῶν ἔτι | βρέφη λιπούσαις.* Quasi *σπαργῶν* genitivus sit pluralis. Pal. *σπαρτῶν—βρέφη, Thebanorum pueros.* Participium *σπαργῶντας* habet noster Cycl. 55. *σπαργῶντάς μοι τοὺς μαστοὺς χάλασον.* ELM.

703. *ἀνθεσφόρου*] *ἀνθεσφόρους* libri. Correctum in ed. Hervag. prima.

704. Noster v. 143. *ῥεῖ δὲ γάλακτι πέδον, ῥεῖ δ' οἴνῳ, ῥεῖ δὲ μελισσᾶν | νέκταρι.* Philostratus: *Γέγραπται μὲν, ὦ παῖ, καὶ τὰ ἐν τῷ Κιθαιρῶνι, Βακχῶν χοροὶ, καὶ ὕποιυοι πέτραι, καὶ νέκταρ ἐκ βοτρύων, καὶ ὡς γάλακτι τὴν βῶλον ἡ γῆ λιπαίνει. καὶ ἰδοὺ κιττὸς ἕρπει, καὶ ὄφεις ὀρθοὶ, καὶ θύρσοι, δένδρα, οἶμαι, μέλι στάζοντα.* Quæ non omnia ab Euripide sumta videntur. Si exstarent Æschyli Pentheus aut Xantriæ, in alterutra earum fabularum fortasse reperirentur, quæ in Euripidis Bacchis non leguntur. ELM.

Anonymus *περὶ Σολοικίας* apud Valckenarium p. 200. *θύρσον δέ τις λαβοῦσα ἔπαισεν εἰς πέδον.* Etiam Laur. *λαβοῦσα.* Quod ad *πέδον* attinet, hoc exemplo uti potuissem ad Med. 1369= 1326. ubi ex conjectura scripsi: *καὶ Σκύλλαν, ἣ Τυρσηνὸν ᾤκησεν πέτραν.* ELM.

705. *Ἐκπηδᾷ* pro *ἐξεπήδησε* dictum monet grammaticus, cujus ad superiorem versum mentionem feci. Si exemplis opus esset, allegari posset Sophocles Aj. 31. *φράζει τε κἀδήλωσεν.* ELM.

706. Ex hoc versu cum 703. collato *θύρσον* et *νάρθηκα* diversos fuisse contendit Musgravius. De qua re jam dixi ad v. 113. Confer etiam vv. 735—738. ubi primo *μόσχοις*, deinde *πόριν*, tum *δαμάλας* dixit noster, ne ter boves eodem nomine appellaret. Non igitur ex hoc loco ostendi potest, diversa instrumenta fuisse *θύρσον* et *νάρθηκα.* ELM.

708. *πώματος* codices. *πόματος* Ald.

709. Pedum digitos intellige, ut apud nostrum Iph. T. 266. ἄκροισι δακτύλοισι πορθμεύων ἴχνος. ELM.

Pal. διαμῶσαι supra scripto λικμῶσαι. Sic etiam Par. G. Alter Par. non nisi λικμῶσαι habet. Quam scripturam e confusione literarum α et λ ortam esse monet Brunckius. Mihi potius interpretatio esse videtur. Huc respicit Hesychius: Διαμῶσαι: ζητοῦσαι. Interpretatio pertinet ad διαμώμεναι. Duo verba prorsus diversa confundit etiam Suidas: Διαμώμενος: θερίζων. καὶ διαμώμενοι, διασκάπτοντες, ζητοῦντες. Θουκυδίδης· Διαμώμενοι τὸν κάχληκα ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ, ἔπινον οἷον εἰκὸς ὕδωρ. καὶ αὖθις· Οἱ δὲ ἐσκήνουν ἐπὶ τῆς χιόνος διαμώμενοι καὶ μεταξὺ ἐκκαθαίροντες. Vide Thucydidem 4. 26. Nostri, *clearing away*. ELM.

710. ἐσμοὺς Barnesius. ἐσμοὺς libri. "Philostr. Vit. Sophist. 1. 19. p. 511. τὰς δ' ἐννοίας ἰδίας τε καὶ παραδόξους ἐκδίδωσιν, ὥσπερ οἱ βακχεῖοι θύρσοι τὸ μέλι καὶ τοὺς ἐσμοὺς τοῦ γάλακτος. Ἐσμὸν μελίσσης pro *melle* dixit Epinicus Athenæi 10. p. 432 C. Σωρὸς καὶ ἐσμὸς σοφίας Themist. or. 29. p. 345 D." POR. Quum γάλακτος ἐσμοὺς dixit Euripides, nescio an ἐκβολὰς potius quam πλῆθος in animo habuerit. Idem enim significant ἰέναι et ἐκβάλλειν, eo saltem sensu quo legitur v. 749. εὔκαρπον ἐκβάλλουσι Θηβαίων στάχυν. Conferendus omnino v. 765. κρήνας ἐπ' αὐτὰς, ἃς ἀνῆκ' αὐταῖς θεός. Ἐσμοὶ igitur fortasse *scaturigines* sunt. Ceterum ἐσμοὺς pro ἐσμοὺς reposuit Barnesius. Confirmat hanc rationem compositum ἀφεσμὸς, cujus meminit Eustathius p. 178, 16. ELM.

711. Ælianus de Nat. Animal. V. 42. Ἐν Μηδίᾳ δὲ ἀποστάζειν τῶν δένδρων ἀκούω μέλι, ὡς ὁ Εὐριπίδης ταῖς Βάκχαις ἐν τῷ Κιθαιρῶνι φησὶν ἐκ τῶν κλάδων γλυκείας σταγόνας ἀπορρεῖν. Audacior esset, qui Æliani testimonio utens Euripidem κλάδων pro θύρσων scripsisse contenderet, præsertim quum Philostratus, cujus verba ad v. 703. et ad v. 709. attuli, θύρσων legisse videatur. Thyrsum βακχεῖον κλάδον appellat noster v. 308. ELM.

712. τὸν νῦν] τοῦτον Par. E.

715. κοινῶν] καινῶν ex Par. G. et Flor. 1. 2. affert Matthiæ, sed de Flor. 2. falli videtur, in quo κοινῶν legi testatur Elmsleius.

716. ὡς δεινὰ δρῶσι θαυμάτων τ' ἐπάξια] Hunc versum ex

v. 667. confictum esse ὡς δεινὰ δρῶσι θαυμάτων τε κρείσσονα, probabilis Dobræi conjectura est.

717. Πλάνης κατ' ἄστυ est, qui non semper rure vixit, sed aliquoties urbem invisit, ideoque ceteris pastoribus et bubulcis legem dare dignum se putat. Τρίβων λόγων est, qui oratores audiendo disertus factus est. ELM.

720. Ἀγαύην] Scribebatur Ἀγανήν. De qua re in reliqua fabulæ parte non monebo amplius.

721. Si sanum est θῶμεν, saltem paullo insolentius sermonis genus est χάριν τινὶ θεῖναι. Sed scribendum puto aut θώμεθ' aut δῶμεν. Noster Hec. 1211. εἴπερ τῷδ' ἐβουλήθης χάριν | θέσθαι. El. 61. ἐξέβαλέ μ' οἴκων, χάριτα τιθεμένη πόσει. Idem Hel. 927. τῷ δ' οὐ δικαίῳ συγγόνῳ δώσεις χάριν (Aldus δίκην). Ibid. 946. δὸς τὴν χάριν μοι τήνδε, καὶ μιμοῦ τρόπους | πατρὸς δικαίου. Ibid. 1006. οὐδὲ συγγόνῳ χάριν | δοίην ἂν, ἐξ ἧς δυσκλεὴς φανήσομαι. Ibid. 1465. μίαν δέ μοι χάριν | δόντες, τὸ λοιπὸν εὐτυχῆ με θήσετε. Quater in una fabula ab Euripide dictum vides χάριν δοῦναι. Adde Hec. 899. Or. 104. Phœn. 435. 449. 1745. Alc. 61. Herc. 779. El. 1138. 1145. τοσήνδ' ἐγὼ | δώσω χάριν σοι, σὺ δέ γ' ἐμοὶ δίκην πατρός. Hinc potius legam δῶμεν quam θώμεθ'. ELM.

722. Pal. ἐλοχίζομεν.

723. Pal. a prima manu κρύψαντες αὐτούς.

τὴν τεταγμένην ὥραν] Æschylus Eum. 108. καὶ νυκτίσεμνα δεῖπν' ἐπ' ἐσχάρᾳ πυρὸς | ἔθυον ὥραν οὐδενὸς κοινὴν θεῶν. Herodotus 2. 2. τὴν ὥρην ἐπαγινέειν σφίσιν αἶγας. Hoc exemplo utitur Matthiæ Gramm. Gr. §. 423. p. 608. ELM. Conf. quæ ad Aristoph. Ach. 23. dixi.

726. Aldus συνεβάκχευσ' ὄρος. Longinus sect. 15. καὶ παρὰ μὲν Αἰσχύλῳ παραδόξως τὰ τοῦ Λυκούργου βασίλεια κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ Διονύσου θεοφορεῖται· Ἐνθουσιᾷ δὴ δῶμα, βακχεύει στέγη· ὁ δ' Εὐρίπιδης τὸ αὐτὸ τοῦθ' ἑτέρως ἐφηδύνας ἐξεφώνησε· Πᾶν δὲ ξυνεβάκχευσ' ὄρος. Ed. Robortelli et MS. Par. συνεβάκχευεν, unde συνεβάκχευ' legendum censet Porsonus Adversar. p. 266. cujus verba sunt: *Melius convenirent tempora, si legeretur* συνεβάκχευ'. ELM.

728. κυρεῖ Pal. Vulgo κύρει.

729. κἀγὼ 'ξεπήδησ' codices. κἀγὼ ξυνεπήδησ' Ald.

730. κενώσας] Vid. ad Andr. 1138.

ἐκρυπτόμην Barnesius. ἐκρύπτομεν libri.

734. φεύγοντες] An φυγόντες. ELM.

737. Πόρτις apud Æschylum et Sophoclem legitur, πόρις apud Euripidem, qui dixit Suppl. 628. Ἰὼ Ζεῦ, τᾶς παλαιομάτορος | παιδογόνε Ἰνάχου. ELM. πόρις est vitula, δαμάλη autem (v. 739.), ut ipsum nomen docet, vacca jam tauro ferendo idonea. HERM.

738. δίχα Scaliger. Libri δίκα.

740. πλεύρ'] πλευρὰν libri. Correxit Barnesius.

δίχηλον Scaliger. διχηλὸν Ald. et fortasse codices: quo accentu non raro in codicibus scribitur. De quo dixi in Thesauro Stephani vol. 2. p. 1580.

741. τε addunt codices, om. Ald.

743. κεῖς] Scribendum κὰς.

Athenæus p. 38 E. εἰσὶ δ' οἱ καὶ θυμικοὶ γίνονται. Εὐριπίδης· Ταῦροι δ' ὑβρισταὶ κεῖς κέρας θυμούμενοι. Eustathius p. 1910, 18. καθότι οὖν θυμικὸν ὁ ταῦρος, ὡς καὶ Εὐριπίδης δηλοῖ ἐν τῷ, ταῦροι δ' ὑβρισταὶ εἰς κέρας θυμούμενοι, ταύροις εἰκαστέον τοὺς ἐξοίνους. Euripidem sequi videtur Ælianus de Nat. Animal. 4. 35. ὅταν δὲ ἀφεθῇ [ὁ βοῦς], πολλάκις τῷ σκέλει παίσας συνέτριψε μέρος τι τοῦ βουκόλου· πολλάκις δὲ καὶ θυμωθεὶς εἰς κέρας, εἶτα ἐμπεσὼν, ἀπέκτεινεν αὐτόν. Idem 16. 31. εἰσὶ δὲ ἄγριοι καὶ ὑβρισταὶ [οἱ βόες], καὶ εἰς κέρας θυμοῦνται δεινῶς. Idem ὑπὸ θυμοῦ τεθηγμένον ταῦρον καὶ ὑβρίζοντα εἰς κέρας dixit 4. 48. Sic etiam Latini. Virgilius Georg. 3. 232. *et tentat sese, atque irasci in cornua discit,* | *arboris obnixus trunco.* Idem Æn. 12. 102. *Mugitus veluti cum prima in prœlia taurus* | *terrificos ciet, atque irasci in cornua tentat,* | *arboris obnixus trunco.* Ovidius Metam. 8. 882. *Armenti modo dux, vires in cornua sumo.* Hæc exempla non docent, quid sit εἰς κέρας θυμοῦσθαι, *irasci in cornua,* neque satis mihi faciunt interpretes. Musgravius: *Significari videtur taurus, capite oblique demisso, ictum minitans: quod Nonno est* ὀξὺ κέρας δόχμωσεν *p.* 719. Conferendus omnino noster Hel. 1571. ταύρειος δὲ ποὺς | οὐκ ἤθελ' ὀρθὸς σανίδα προσβῆναι κάτα, | ἀλλ' ἐξεβρυχᾶτ', ὄμμ' ἀναστρέφων κύκλῳ· | κυρτῶν τε νῶτα, κεῖς κέρας παρεμβλέπων, | μὴ θιγγάνειν ἀπεῖργεν. ELM.

746. θᾶσσον—ἤ σε ξυνάψαι βλέφαρα] Philostrat. Heroic. p. 675. (46. ed. Boiss.) Τὰ δὲ βέβρωταί τε καὶ πέποται θᾶττον ἢ καταμύσαι· ubi Euripidis verba comparavit Boisson. p. 390.

σαρκὸς ἐνδυτά] Ut ἐνδυτὰ νεβρίδων v. 111. ipsæ sunt νεβρίδες, ita σαρκὸς ἐνδυτὰ pro ipsa carne, quæ ossium tegumentum est, malo accipere. Quam interpretationem confirmare videtur noster v. 1133. πᾶσα δ' ῥήματωμένη | χεῖρας, διεσφαίριζε σάρκα Πενθέως. Caveant autem tirones, ne ἐνδυτὰ pro nominativo accipiant, quod fecisse videtur Portus. Ejusdem constructionis exemplum præbet noster v. 743. ἐσφάλλοντο πρὸς γαῖαν δέμας. Quod ad accentum attinet, Aldus ἔνδυτα dedit, nec variare videntur MSS. ἐνδυτὰ Barnesius. ELM.

747. ἥ σε ξυνάψαι] Ald. ἢ σὺ ξυνάψαις. Par. E.G. Fl. 1. 2. Laur. Vict. ἥ σὲ ξυνάψαι. Pal. ἥ σὺ ξυνάψαι. Aldinam lectionem tuetur similis locus Hipp. 1176. καὶ θᾶσσον, ἢ λέγοι τις. MATTH.

749. ὑποτάσεις—Ἀσωποῦ codices. ὑπὸ τάσεις—Αἰσωποῦ Ald. Heathius: *Ideo autem ὑποτάσεις appellantur, quod camporum æquora ita sub monte Cithærone extendebantur.*

750. Θηβαίων Par. E.G. Flor. 1. 2. Θηβαῖον Ald.

751. θ' additum ex codicibus. Pausanias 9, 2. ab Elmsleio citatus, γῆς δὲ τῆς Πλαταιίδος ἐν τῷ Κιθαιρῶνι ὀλίγου τῆς εὐθείας ἐκτραπεῖσιν ἐς δεξιὰ, Ὑσιῶν καὶ Ἐρυθρῶν ἐρείπιά ἐστι. πόλεις ποτὲ τῶν Βοιωτῶν ἦσαν, κ. τ. ἑ.

754. In hoc versu desinunt Par. E.G. et Flor. 2. In Flor. 2. duo folia a librario vacua relicta sunt. MATTH.

758. ἔκαιεν] Legebatur ἐκαίεθ'. Correxit Elmsleius.

759. ἐς] Recte εἰς Ald.

760. Noster Med. 1167. τοὐνθένδε μέντοι δεινὸν ἦν θέαμ' ἰδεῖν. Sequentia propter articulum affero. Iph. T. 320. οὐ δὴ τὸ δεινὸν παρακέλευσμ' ἠκούσαμεν. Ibid. 1366. ὅθεν τὰ δεινὰ πλήγματ' ἦν γενειάδων. ELM.

761. Aldus: τοὺς μὲν γὰρ οὐχ' ἥμασσε λογχατὸν βέλος. Pal. τᾶς μὲν γὰρ οὐχ' ἥμασσε λογχωτὸν βέλος. Legendum τὰς μὲν γὰρ monuit Brodæus. MSS. Stephani τῶν et τοῖς, quorum alterutrum Brodæi conjecturæ anteponendum esse subtili disputatione demonstrare conatur. Genitivum habent edd. recentiores ante Barnesium, qui τὰς admisit. Omnino legendum τοῖς, unde fluxit et τοὺς et τᾶς. Longius ab his abest τῶν, neque legi potest τὰς μὲν sequente κεῖναι δὲ. Hoc argumento neque Stephanus usus est, neque qui sententiam ejus amplexus est Heathius. ELM. Recte Elmsleius veram scripturam esse judicat τοῖς.

762. Plutarchus Mor. p. 614 A. ὡς γὰρ αἱ παρ' Εὐριπίδῃ Μαινάδες ἄνοπλοι καὶ ἀσίδηροι τοῖς θυρσαρίοις παίουσαι τοὺς ἐπιτιθεμένους τραυματίζουσιν, οὕτω τῶν ἀληθίνων φιλοσόφων καὶ τὰ σκώμματα καὶ οἱ γέλωτες τοὺς μὴ παντελῶς ἀτρώτους κινοῦσιν ἀμωσγέπως καὶ συνεπιστρέφουσιν. ELM.

763. Κἀπενώτιζον φυγῇ. *Terga vertere coegerunt:* significatione transitiva. Neutrum νωτίζω exstat Androm. 1138. [1141.] οἱ δ' ὅπως πελειάδες | ἱέρακ' ἰδοῦσαι, πρὸς φυγὴν ἐνώτισαν. Et Soph. Œd. 193. BRUNCK.

764. Pal. γυναῖκας ἄνδρας.

766. κρήνας ἐπ' αὐτὰς Pal. Vulgo κρήναις ἐπ' αὐταῖς.

768. δράκοντες ex Reiskii conjectura pro δράκοντος editum. Verba ita construenda, ἐκ παρηίδων ἐφαίδρυνον, quod ut accuratius definiretur, addidit ἐκ χροός: *e genis delebant, ex cute.* HERM.

771. φασιν—ὡς ἐγὼ κλύω] Simili tautologia Phœn. 744. Ἔπτ' ἄνδρας αὐτοῖς φασὶν, ὡς ἥκουσ' ἐγὼ, κ. τ. ἑ. Med. 288. κλύω δ' ἀπειλεῖν σ', ὡς ἀπαγγέλλουσί μοι. ELM.

772—774. Tres versus leguntur apud Athenæum p. 40 B. E medio versu sumtum illud, *Sine Cerere et Baccho friget Venus*, monent interpretes. ELM.

775. 776. Noster Hec. 824. καὶ μὴν ἴσως μὲν τοῦ λόγου κενὸν τόδε, | Κύπριν προβάλλειν· ἀλλ' ὅμως εἰρήσεται. ELM.

775. τοὺς λόγους ἐλευθέρους non est pro τοὺς ἐλευθέρους λόγους, in quo alienus esset articulus, sed eo sensu accipiendum, quo dici etiam posset ταρβῶ, μὴ οἱ λόγοι, οὓς εἰπεῖν βούλομαι, ἐλεύθεροι ὦσιν. MATTH.

777. Flor. ἥσσω.

780. Ἠλέκτρας] Hujus portæ meminit Æschylus Theb. 429. Euripides Phœn. 1136. 1563. Suppl. 651. aliique. Per eam, ni fallor, ex Attica venientes urbem ingrediebantur. Non mirum igitur, si sæpius eam memorant Athenienses quam ceteras Thebarum portas. ELM.

784. ὡς] Id est ἐπεί. ELM.

787. Recte Tyrwhitt. quæ in Ald. hic et in sequentibus usque ad v. 843. nuncio tribuuntur, Baccho tribuenda esse vidit. MATTH.

791. κινοῦντα Canterus et, ut videtur, codices. κινοῦντι Ald.

κινοῦντα] Ita noster Alc. 305. τούτους ἀνασχοῦ δεσπότας ἐμῶν δόμων. Ibid. 944. πῶς γὰρ δόμων τῶνδ' εἰσόδους ἀνέξομαι; Andr.

933. σὺ τὴν κακίστην αἰχμάλωτον ἐν δόμοις | δούλην ἀνέξει σοὶ λέχους κοινουμένην; Constructio ut apud Sophoclem Aj. 136. σὲ μὲν εὖ πράσσοντ' ἐπιχαίρω. ELM.

βάκχας] Addendum videtur σ'. Vid. ad Helen. 1045.

792. δέσμιος φυγών est, quum, quamvis vinculis constrictus, tamen effugeris, non simpliciter pro ἐκ δεσμῶν φυγών. MATTH.

793. σώσει] σώση Pal. σώσει τόδ' recte explicat Brunckius, *hoc tibi conserva, hoc ne amittas caveto.* MATTH.

795. Zenobius 5. 70. Πρὸς κέντρα λακτίζειν: παροιμία, ἧς μέμνηται Εὐριπίδης· Πρὸς κέντρα λακτίζοι θνητὸς ὢν θεῷ. καὶ Αἰσχύλος δὲ ταύτης μέμνηται. De eo vix quidquam indictum reliquerunt Erasmus Chil. I. Centur. 3. 46. p. 131. et interpretes Novi Testamenti ad Acta Apost. 9, 5. 26, 14. Sequentia collegit Wetstenius. Pindarus Pyth. 2. 174. ποτὶ κέντρον δέ τοι λακτίζεμεν, ὀλισθηρὸς οἶμος. Æschylus Prom. 322. οὐκ οὖν ἔμοιγε χρώμενος διδασκάλῳ, | πρὸς κέντρα κῶλον ἐκτενεῖς, εἰδὼς ὅτι | τραχὺς μόναρχος οὐδ' ὑπεύθυνος κρατεῖ. Ag. 1633. πρὸς κέντρα μὴ λάκτιζε, μὴ πταίσας μογῇς. Euripides Peliadum fragm. 4. Πρὸς κέντρα μὴ λάκτιζε τοῖς κρατοῦσί σου. Nondum mihi videre contigit Io. Georg. Hageri Dissertationem de Græcorum Proverbio πρὸς κέντρα λακτίζειν, quæ Lipsiæ prodiit a. 1738. Noster Iph. T. 1396. non πρὸς κέντρα sed πρὸς κῦμα λακτίζοντες dixit. ELM.

796. φόνον a ταράξας regi monet Musgravius. Insolitum fortasse sermonis genus φόνον ταράξαι, sed sensus perspicuus est, φόνον σὺν ταραγμῷ ποιῆσαι. ELM.

798. φευξεῖσθε] Hujus futuri præter necessitatem usurpati alterum exemplum præbet noster Med. 604. ἐγὼ δ' ἔρημος τήνδε φευξοῦμαι χθόνα. Utrumque mihi suspectum est, eoque magis, quod in Aldina legitur Or. 1593. οὐ φευξούμεθα, πυρὶ δ' ἀνάψομεν δόμους. Nonnulli libri φευξούμεσθα Hipp. 1093. sed recte Aldus φευξόμεσθα. ELM. Recte Elmsleius judicat φεύξεσθε esse scribendum.

799. ἐκτρέπειν] Avertere, ad fugam convertere.

800. Ἀπόρῳ, *difficili.* Herodotus 4. 46. τοῖσι γὰρ μήτε ἄστεα μήτε τείχεα ἢ ἐκτισμένα, ἀλλὰ φερέοικοι ἐόντες, πάντες ἕωσι ἱπποτοξόται,——κῶς οὐκ ἂν εἴησαν οὗτοι ἄμαχοί τε καὶ ἄποροι προσμίσγειν; Nostri, *troublesome.* ELM.

801. ὡς] Scribendum ὃς cum Elmsleio. Nulla in hac re

librorum est auctoritas: quamobrem par est præferri quod aptius simpliciusque est.

802. ὦ τᾶν Scaliger. ὅταν libri. "Alii ὦ τᾶν, alii ὦ τὰν, alii ὦ 'τὰν scribunt. Aldus ὦ τὰν Cycl. 534. Heracl. 322. ὦ τᾶν Heracl. 688. et apud Sophoclem Phil. 1387. Sæpius non legitur apud tragicos." ELM.

803. Pal. a prima manu δουλίαις. Paullo aliter noster Ion. 747. Γυναῖκες, ἱστῶν τῶν ἐμῶν καὶ κερκίδος | δούλευμα πιστόν. Simili modo κήδευμα pro κηδεστὴς Or. 477. et alia passim. ELM.

805. Noster Andr. 1066. Οἴμοι, τόδ' ἤδη δεινόν. ELM.

ἔς με] Omnes libri recte εἴς με. Euripides Or. 394. Φειδόμεθ'. ὁ δαίμων δ' εἴς με (Aldus εἰς ἐμὲ) πλούσιος κακῶν. Ibid. 734. Μενέλεως κάκιστος εἴς με (Aldus εἰς ἐμὲ) καὶ κασιγνήτην ἐμήν. Aristophanes Eq. 292. Βλέψον εἴς μ' ἀσκαρδάμυκτος. Qui apud Euripidem ἐς ἐμὲ reponunt, nesciunt ἐς apud tragicos nunquam in iambico metro mediam pedis trisyllabi syllabam esse. ELM.

808. Aldus: καὶ μὴν ξυνεθέμην, τοῦτό γ' ἐστὶ, τῷ θεῷ. Pal. καὶ μὴ' ξυνεθέμην τοῦτο γ' ἔστι τῷ θεῷ. Musgravius: καὶ μὴν ξυνεθέμην, τοῦτό γ' ἴσθι, τῷ θεῷ. Mihi vero τοῦτό γε cum verbis καὶ μὴν ξυνεθέμην conjungendum videtur. Præter Porsonum ad Phœn. 1638. vide Schæferum ad Sophoclis Œd. T. 987. Καὶ μὴν μέγας γ' ὀφθαλμὸς οἱ πατρὸς τάφοι. Idem dixit v. 1022. Δῶρόν ποτ', ἴσθι, τῶν ἐμῶν χειρῶν λαβών. Dedi igitur quod in textu legitur, licet ne sic quidem versus optime constitutus videatur. ELM. Recte monet Elmsleius non ante, sed post τοῦτό γ' esse interpungendum.

814. Sensus: λυπρῶς ἂν ἐξοινωμέναι εἶεν, εἰ αὐτὰς ἐσίδοιμι. *Viderem eas vino gravatas cum malo suo.* Idcirco vehementer cupio (εἰς ἔρωτα πέπτωκα μέγαν v. 768.) eas congregatas videre, ut, si inebriatas viderim, malo mactem. Hel. 448. πικρῶς ἂν οἶμαί γ' ἀγγελεῖν τοὺς σοὺς λόγους. Cf. Med. 403 sq. Cycl. 584. MATTH. Scribendum ἐξωνωμένας cum Elmsleio.

815. *Videresne igitur cum voluptate quæ tibi acerba futura sunt?* Homerus Od. Δ. 554. ἐθέλω δὲ καὶ ἀχνύμενός περ ἀκοῦσαι. Euripides Hec. 513. εἰπὲ, καίπερ οὐ λέξων φίλα. Hipp. 912. ἡ γὰρ ποθοῦσα πάντα καρδία κλύειν, | κἀν τοῖς κακοῖσι λίχνος οὖσ' ἁλίσκεται. Andr. 1085. σήμαιν'. ἀκοῦσαι δ' οὐκ ἀκούσθ' ὅμως θέλω. El. 292. λέξον δ', ἵν' εἰδὼς σῷ κασιγνήτῳ φέρω | λόγους

ἀτερπεῖς, ἀλλ' ἀναγκαίους κλύειν. Hæc omnia præter unum indicavit Porsonus Adversar. p. 266. ELM.

816. Σάφ' ἴσθι] Supple ἡδέως ἰδεῖν ἄν με αὐτάς. BRUNCK.

817. ἐξιχνεύσουσιν] ἐξ ἰχνεύουσι Pal.

ἔλθῃς Piersonus Veris. p. 128. Legebatur θέλῃς.

818. ἀλλ' ἐμφανῶς] Non amplius exercitum contra Bacchas ducere, sed eorum sacris interesse vult Pentheus. A Baccho admonitus, periculosum esse clam ire, palam se iturum ait. Nihil enim mali suspicaturas putat Bacchas, quum eum cum orgiorum antistite advenientem viderint. Respondet Bacchus, orgia viris vetita esse, ideoque oportere, ut habitum muliebrem induat. Renuit Pentheus, sed tandem ita se facturum, aut arma sumturum ait. ELM.

819. ἄγω μὲν Portus. Libri ἄγωμεν.

820. δέ σ' οὐ] Scribendum δ' οὔ σοι cum Dobræo.

821. νυν Canterus. Libri νιν. νῦν Victorius.

βυσσίνους πέπλους] Æschylus Theb. 1047. κόλπῳ φέρουσα βυσσίνου πεπλώματος. Pers. 124. βυσσίνοις δ' ἐν πέπλοις πέσῃ λακίς. Multa de bysso congessit Brodæus. Si idem significat βύσσινος apud tragicos, quod apud Pollucem et recentiores, usus ejus in vestibus mulierum nobis etiam magis familiaris est quam Euripidi. Sed mutata videtur vocis significatio, neque cuiquam auctor sim, ut hunc versum Anglice reddat: *Put on a muslin dress.* ELM.

822. Verba εἰς γυναῖκας τελῶ explicant Sophoclis interpretes ad Œd. T. 222. νῦν δ', ὕστερος γὰρ αὐτὸς εἰς ἀστοὺς τελῶ. ELM.

826. Parum dubito, quin hoc σὺ a librariis profectum sit, licet minus aperte vitiosum sit, quam περ, quod simili modo inter ἃ et με insertum habet Aldus Iph. A. 721. ubi nunc recte legitur: Θύσας γε θύμαθ', ἁμ' ἐχρῆν θῦσαι θεοῖς. Mirum est, quot et quantos errores apud Atticos poetas pepererit levissimum mendum ἃ με scilicet pro ἁμὲ scriptum. Plura exempla vide ad Sophoclis Ant. 734. Πόλις γὰρ ἡμῖν ἁμὲ χρὴ τάσσειν ἐρεῖ. Σὺ e nostra fabula expulsum jam vidimus v. 477. ELM.

828. Pal. τίνα στολὴν ἢ θῆλυν. Recte distinguit Aldus. ELM. Recepi ἢ ex Pal. Vulgo ἢ.

833. κάρα Barnesius. κάρα Ald.

834. Aldus: ἦ καὶ τὶ πρὸς τοῖσδ'. Idem τὶς ὁδῷ bis v. 68. τὶς

δὲ μελάθροις v. 69. τὶς ἐν πύλαισι v. 170. τὶς ὅδε v. 578. τὶ τάδε v. 644. τὶ δὴ τόδ' v. 820. Τὶ τὸ σοφὸν, ἢ τὶ τὸ κάλλιον v. 895. τὶς ἄρα v. 985. τὶ μηνύεις v. 1028. τὶ τοῦτ' ἔλεξας v. 1031. τὶ κιθαιρῶν v. 1174. τὶς ἁ βαλοῦσα v. 1176. τὶς ἄλλα v. 1179. τὶ Κάδμου ibid. τὶ μετέχω v. 1182. τὶς αὐτὸν v. 1256. τὶ λυπηρῶς v. 1262. τὶς οὖν v. 1274. τὶς ἔκτανέν νιν v. 1285. τὶ μέρος v. 1300. τὶς σὴν ταράσσει v. 1320. Plura non reperi. Eo consilio hæc attuli, ut ostenderem τὶς et τὶ apud Aldum plerumque interrogativa esse. Licet enim v. 1028. τι μηνύεις scripturus sim, nihil obstat, quo minus τί μηνύεις legant, quibus melior videtur ea scriptura. Semel tantum in hac fabula τὶ pro τι posuit Aldus. V. 832. edd. recentiores recte καί τι. ELM.

835. γε Hermannus. Libri τε.

Omnes libri δέρας. Reperiuntur apud tragicos δέρας et δέρος, neque liquet utra melior sit scriptura. Vide ad Med. 5. ELM.

836. Diogenes Laërtius Aristippo 2. 78. καί ποτε παρὰ πότον κελεύσαντος Διονύσιου, ἕκαστον ἐν πορφυρᾷ ἐσθῆτι ὀρχήσασθαι, τὸν μὲν Πλάτωνα μὴ προσίεσθαι, εἰπόντα, Οὐκ ἂν δυναίμην θῆλυν ἐνδῦναι στολήν· τὸν δ' Ἀρίστιππον λαβόντα, καὶ μέλλοντα ὀρχήσασθαι, εὐστόχως εἰπεῖν· Καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν | οὖσ' ἥ γε σώφρων οὐ διαφθαρήσεται. Serinus apud Stobæum Tit. 5. p. 66. Διονύσιος Ἀρίστιππον ἔπειθεν, ἀποθέμενον τὸν τρίβωνα, πορφυροῦν ἱμάτιον περιβαλέσθαι. καὶ ἐπεὶ ἐπείσθη ἐκεῖνος, τὰ αὐτὰ καὶ Πλάτωνα ποιεῖν ἠξίου. ὁ δὲ ἔφη· Οὐκ ἂν δυναίμην θῆλυν ἐνδῦναι στολήν. καὶ Ἀρίστιππος, Τοῦ αὐτοῦ, ἔφη, ἐστὶ ποιητοῦ· Καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν | οὖσ' ἥ γε σώφρων οὐ διαφθαρήσεται. Sextus Empiricus Pyrrhon. Hypotypos. 3. 204. καὶ παρὰ Διονυσίῳ τῷ τῆς Σικελίας τυράννῳ, τοιαύτης ἐσθῆτος Πλάτωνί τε καὶ Ἀριστίππῳ τοῖς φιλοσόφοις προσενεχθείσης, ὁ μὲν Πλάτων ἀπεπέμψατο, εἰπών· Οὐκ ἂν δυναίμην θῆλυν ἐνδῦναι στολὴν, | ἄρρην πεφυκώς. ὁ δὲ Ἀρίστιππος προσήκατο, φήσας· Καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν | οὖσ' ἥ γε σώφρων οὐ διαφθαρήσεται. Idem Lib. 1. 155. καὶ ὅταν ὁ μὲν Ἀρίστιππος ἀδιάφορον ἡγῆται τὸ γυναικείαν ἀμφιέννυσθαι στολὴν, ἡμεῖς δὲ αἰσχρὸν τοῦτο ἡγώμεθα εἶναι. Suidas v. Ἀρίστιππος: καὶ πρὸς Διονύσιον τὸν Σικελίας τύραννον ἐλθὼν, καὶ πίνων ἐνίκα, καὶ ὑρχήσεως τῆς ἄλλης κατῆρξεν, ἐνδὺς ἐσθῆτα ἀλουργῆ. Πλάτων δὲ, προσκομιζομένης αὐτῷ τῆς στολῆς, εἶπεν Εὐριπίδου ἰαμβικά· Οὐκ ἂν δυναίμην θῆλυν ἐνδῦναι στολὴν, | ἄρρην πεφυκὼς καὶ γένους ἐξ ἄρρενος. Ἀρίστιππος δὲ δεξάμενος καὶ γελάσας, εἶπε τοῦ αὐτοῦ ποιητοῦ· Καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν |

ὁ νοῦς ὁ σώφρων οὐ διαφθαρήσεται. Athenæi testimonium attuli ad v. 317. Pejores auctores sequutus est Gregorius Nazianzenus, qui hæc apud Archelaum accidisse narrat Carm. Iamb. 28. p. 209 C. Senarius, quem Platoni tribuunt Sextus Empiricus et Suidas, ἄρσην πεφυκὼς, καὶ γένους ἐξ ἄρσενος, in qua fabula fuerit, hodie ignoratur. Plura Menagius ad Laërtium, Wyttenbachius ad Julianum p. 12. Verba θῆλυν ἐνδῦναι στολὴν iterum leguntur v. 850. ELM.

837. ἀλλ' αἷμα θήσεις] Non Penthei sanguinem, sed ejus militum, fortasse et ipsarum Baccharum, indicant verba αἷμα θήσεις, *cædis auctor eris*. Ita noster Iph. A. 1418. ἡ Τυνδαρὶς παῖς διὰ τὸ σῶμ' ἄρχει, μάχας | ἀνδρῶν τιθεῖσα καὶ φόνους. Ion. 1224. τὸν ἱερὸν ὡς κτείνουσαν, ἔν τ' ἀνακτόροις | φόνον τιθεῖσαν. ELM.

840. Aldus ἄστεος. Dedi ἄστεως hic et infra v. 853. [855.] Priore loco prima cod. Palatini scriptura, ni fallor, fuit ἄστεως, quam apud Sophoclem Œd. T. 762. exhibent membranæ Laurentianæ. ELM.

842. μὴ 'γγελᾶν Piersonus Veris. p. 129. Libri μὴ γελᾶν.

843. ἂν δοκῇ βουλεύσομεν Pal. Flor. 1.

844. Distinguebatur non ante, sed post πάντῃ. Correxit Hermannus.

εὐτρεπὲς Canterus. Libri εὐπρεπές.

845. 846. Pentheo tribuit Piersonus: nuncio (de quo conf. ad v. 787.) Ald.

846. Pal. ἢ τοῖς σοῖσι πείθομαι βουλεύμασιν. Hæc verba ita exponit Musgravius: *vel tuis consiliis* de muliebri vestitu induendo *obtemperabo*. Addit idem: *Si quæratur, quid tertium fuerit, responsio est, potuit in montem propria vestimenta gerens, vel solus vel cum paucis, speculandi causa ire.* ELM.

847. 848. inverso ordine leguntur in Ald. Transposuit Musgravius.

847. ἀνὴρ] Libri ἀνήρ.

εἰς βόλον καθίσταται pro εἰς δίκτυον ἔρχεται. Tragicus Rhes. 730. Ὕβριζ'. ἴσως γὰρ εἰς βόλον τις ἔρχεται. Καθέσταμεν pro ἐληλύθαμεν Sophocles Œd. C. 23. ELM.

852. θελήσει Pal. θελήσῃ Ald.

853. Noster Heracl. 709. Τί χρῆμα μέλλεις, σῶν φρενῶν οὐκ ἔνδον ὤν, | λείπειν μ' ἔρημον σὺν τέκνοισι τοῖς ἐμοῖς; ELM.

854. Aldus ut semper ὄφλειν. Vide ad Heracl. 985. ELM.

859. γνώσεται δὲ τὸν Διὸς Διόνυσον] Sensus est: γνώσεται δὲ τὸν Διὸς Διόνυσον, οἷός ἐστιν. Ita noster Cycl. 90. οὐκ ἴσασι δεσπότην | Πολύφημον, οἷός ἐστιν. Herc. 840. γνῷ μὲν τὸν Ἥρας, οἷός ἐστ' αὐτῷ χόλος, | μάθῃ δὲ τὸν ἐμόν. Aristophanes Eq. 867. Ἔγνωκας οὖν δῆτ' αὐτὸν, οἷός ἐστιν. Conferendus omnino noster Andr. 1006. ἀλλ' ἔκ τ' ἐκείνου, διαβολαῖς τε ταῖς ἐμαῖς | κακῶς ὀλεῖται. γνώσεται δ' ἔχθραν ἐμήν. ELM.

860. Male in editione mea comma post πέφυκεν positum est quod post Διόνυσον debebat.

πέφυκεν] Vulgatam πέφυκεν satis defendere videtur noster Hel. 1111. εἰ δ' ἦσθα μετρία, τἆλλά γ' ἡδίστη θεῶν | πέφυκας ἀνθρώποισιν. οὐκ ἄλλως λέγω. Si secus esset, facile reponi posset πέφηνεν. Dixit enim noster v. 42. φανέντα θνητοῖς δαίμον', ὃν τίκτει Διί. Item v. 182. Διόνυσον, ὃς πέφηνεν ἀνθρώποις θεός. Confusorum πέφηνε et πέφυκε exempla præter alios præbent Æschylus Prom. 111. Sophocles El. 646. ELM. πέφηνεν legisse videtur scriptor versus spurii ab Dobræo notati 182. Διόνυσον, ὃς πέφηνεν ἀνθρώποις θεός.

ἐν τέλει pro παντελῶς, *omnino*, dictum videtur, ut sine præpositione Sophocles Œd. T. 198. τέλει γὰρ εἴτι νὺξ ἀφῇ, | τοῦτ' ἐπ' ἄμαρ ἔρχεται. ELM.

861. Vox ἀνθρώποισι ad utrumque membrum pertinet, quasi dixerit poeta: δεινότατος ἀνθρώποισιν, ἠπιώτατος δέ. Similiter noster Danaës fragm. 6. 3. οὐ γὰρ ἡδονὴ, | γυναικὶ δ' ἐχθρὸν χρῆμα πρεσβύτης ἀνήρ. ELM.

862. Pal. παννυχίοισι. Tertia syllaba fuit χει.

864. Ἀναβακχεύουσα pro βακχεύουσα, ut ἀναχορεύει pro χορεύει v. 482. ELM.

δέρην versui proximo addit Ald. Scribendum δέραν cum Elmsleio.

867. ἐμπαίζουσα Pal. ἐμπάζουσα Ald.

ἡδοναῖς] ἀδοναῖς Elmsleius.

868. φοβερὸν] φοβεραὶν Pal.

872. Συντείνῃ pro ταχύνῃ transitivo sensu. Noster El. 112. Σύντειν' (ὥρα) ποδὸς ὁρμάν. Συντόνοις δρομήμασι pro ταχέσι infra v. 1089. ELM.

873. μόχθοις] μοχθροῖς Pal.

ὠκύδρομοι ἄελλαι audaciori metaphora valent δρόμον ὠκὺν

ἴσον ἀέλλῃ. Sic ἄστρων ἄελλαι accipiendæ videntur Hel. 1498. MATTH.

λαις] Hanc syllabam versui præcedenti recte addit Ald. pariterque in antistropho.

θρώσκῃ] θρώσκει Pal.

874. παραποτάμιον Reiskius. Libri παρὰ ποτάμιον.

876. Pal. σκιαροκόμου θ' ἔρνεσιν ὕλας. Etiam Aldus ἔρνεσιν Med. 1213=1182. ubi vide meam annotationem. Præpositionem male omittit Pal. Ordo est: θρώσκει πεδίον παραποτάμιον, σκιαροκόμου τ' ἐν ἔρνεσιν ὕλας, ἡδομένα βροτῶν ἐρημίαις. ELM.

880. Pal. κρέσσω.

881. Theognis v. 15. Μοῦσαι καὶ Χάριτες, κοῦραι Διὸς, αἵ ποτε Κάδμου | ἐς γάμον ἐλθοῦσαι, καλὸν ἀείσατ' ἔπος, | Ὅττι καλὸν, φίλον ἐστὶ, τὸ δ' οὐ καλὸν, οὐ φίλον ἐστί. | τοῦτ' ἔπος ἀθανάτων ἦλθε διὰ στομάτων. Plato Lyside p. 216 C. ἀλλὰ τῷ ὄντι αὐτὸς ἰλιγγιῶ ὑπὸ τῆς τοῦ λόγου ἀπορίας, καὶ κινδυνεύει, κατὰ τὴν ἀρχαίαν παροιμίαν, τὸ καλὸν φίλον εἶναι. Vide Erasmum Chil. 1. Cent. 7. 81. p. 117 F. Muretum Var. Lect. 4. 4. Valckenarium ad Phœn. 821. ELM.

882. Noster Ion. 1615. χρόνια μὲν τὰ τῶν θεῶν πως, εἰς τέλος δ' οὐκ ἀσθενῆ. ELM.

883. Pal. τὸ θεῖον.

887. Aldus συμμαινομένα δόξα. Pal. συμαινομένα δόξα, sed ν a correctore. Barnesius σὺν μαινομένᾳ δόξᾳ. Apud Sophoclem Ant. 1266. in Aldina legitur ξυμμόρῳ. Quæ ratio in scriptis libris frequens est, in impressis rarior. ELM.

888. Sensus est: Σοφῶς δὲ πολὺν χρόνον ἐνεδρεύουσιν οἱ θεοὶ τὸν ἀσεβῆ. Noster Incert. 2. Οὗτοι προσελθοῦσ' ἡ δίκη σε (μὴ τρέσῃς) | παίσει πρὸς ἧπαρ, οὐδὲ τῶν ἄλλων βροτῶν | τὸν ἄδικον, ἀλλὰ σῖγα καὶ βραδεῖ ποδὶ | στείχουσα, μάρπτει τοὺς κακοὺς, ὅτ' ἂν τύχῃ. ELM.

Pal. ποικίλως, ut vulgo, sed ω a correctore. ELM.

889. δαρὸν adjectivum esse vidit Barnesius. Noster Herc. 702. χρόνος γὰρ ἤδη δαρὸς, ἐξ ὅτου πέπλοις | κοσμεῖσθε σῶμα καὶ νεκρῶν ἀγάλμασιν. ELM.

δαρὸν χρόνου πόδα pro μακρὸν χρόνον, ut recte statuit Musgravius. Confert idem Aristophanem Ran. 100. ubi inter tragicorum παρακινδυνεύματα recensentur, αἰθέρα Διὸς δωμάτιον, ἢ

χρόνου πόδα. Ubi schol. Αἰθέρα Διός: ἐξ Ἀλεξάνδρας Εὐριπίδου· Καὶ χρόνου πρόβαινε πόδα. καὶ ἐκ Μελανίππης Σοφοκλέους· Ὄμνυμι δ' ἱερὸν αἰθέρ', οἴκησιν Διός. In Alexandra fuisse suspicor καὶ χρόνου προύβαινε πούς. ELM.

892. γὰρ] Punctis notatum in Pal. ut delendum.

893. τόδ' Heathius. Libri τ'.

896. Aldus: νόμιμον, ἀεὶ φύσει τε πεφυκός. Pal. νόμιμον ἀεὶ. φύσει τὲ πεφυκός. Mutavi distinctionem. Hæc explicat ipse poeta Hec. 798. ἡμεῖς μὲν οὖν δοῦλοί τε κἀσθενεῖς ἴσως, | ἀλλ' οἱ θεοὶ σθένουσι, χὠ τούτων κρατῶν | νόμος. ELM.

902. 903. Mysticum aliquod in his verbis latere videtur. Demosthenes de Cor. p. 516 A. τὴν μὲν νύκτα, νεβρίζων καὶ κρατηρίζων, καὶ καθαίρων τοὺς τελουμένους, καὶ ἀπομάττων τῷ πηλῷ καὶ τοῖς πιτύροις, καὶ ἀνιστὰς ἀπὸ τοῦ καθαρμοῦ, καὶ κελεύων λέγειν, Ἔφυγον κακὸν, εὗρον ἄμεινον. Ad hanc τῶν τελουμένων vocem alludere videtur Euripides. ELM.

902. θαλάσσας Brunckius. Libri θαλάσσης.

903. Pal. ἔφυγε χεῖμα speciose. Noster Andr. 892. Ὦ ναυτίλοισι χειμάτων λιμὴν φανείς. Sed idem dixit Or. 279. ἐκ κυμάτων γὰρ αὖθις αὖ γαλήν' ὁρῶ. ELM.

905. ἐγένεθ' Pal. Vulgo ἐγίνεθ'.

ἕτερα Elmsleius. ἑτέρα Pal. et Ald.

907. μυρίαι] δὲ addit Hermannus recte.

ἔτ'] ἔτι dicit, quod, si quis opibus et potentia careat, certe spes ei adhuc reliqua est. HERM.

εἴσ' Hermannus. Libri εἰσίν.

910. ἅμαρ] ἦμαρ Ald. Ordo est: μακαρίζω δὲ, ὅτῳ βίοτος εὐδαίμων τὸ κατ' ἦμαρ. Ita noster Ion. 787. ὅτῳ ξυναντήσειεν ἐκ θεοῦ συθεὶς, | πρώτῳ πόσις σὸς, παῖδ' ἔδωκ' αὐτῷ θεός. Ibid. 124. dixit λατρεύων τὸ κατ' ἦμαρ. Admisi Doricam formam, quam præter alios habet Sophocles Œd. C. 1079. τελεῖ, τελεῖ Ζεύς τι κατ' ἅμαρ. Eadem sententia apud nostrum Hec. 627. κεῖνος ὀλβιώτατος, | ὅτῳ κατ' ἦμαρ τυγχάνει μηδὲν κακόν. ELM.

913. Verba Πενθέα λέγω διὰ μέσου esse statuit Schæferus ad Bosium p. 391. qui confert Euripidem Hel. 553. σὲ τὴν ὄρεγμα δεινὸν ἡμιλλημένην | τύμβου 'πὶ κρηπῖδ' ἐμπύρους τ' ὀρθοστάτας, | μεῖνον, τί φεύγεις; Similiter Sophocles Ant. 441. σὲ δὴ, σὲ τὴν νεύουσαν εἰς πέδον κάρα, | φὴς ἢ καταρνεῖ μὴ δεδρακέναι

τάδε; Utrumque exemplum attulit Matthiæ Gramm. Gr. §. 427. p. 613. ELM.

916. Turba Bacchantum vocatur λόχος, ut agmen Thebas profectum apud Soph. Œd. C. 1089. MATTH.

917. πρέπεις, *similes es*. Æschylus Suppl. 307. φασὶν, πρέποντα βουθόρῳ ταύρῳ δέμας. Euripides Alc. 1124. βλέψον δ' ἐς αὐτὴν, εἴτι σῇ δοκεῖ πρέπειν | γυναικί. Hoc exemplo usus est Musgravius. Idem legendo μορφὴν ambiguitatem tolli posse monet. Scriptura, quæ neminem, nisi qui communi sensu careat, fallere potest, non est ambigua. Si secus esset, non scripsisset Euripides v. 9. ἀθάνατον Ἥρας μητέρ' εἰς ἐμὴν ὕβριν. Neque v. 683. αἱ μὲν πρὸς ἐλάτης νῶτ' ἐρείσασαι φόβην. ELM. Probabilior videtur Musgravii conjectura μορφήν.

918. Virgilius Æn. 4. 468. *Eumenidum veluti demens videt agmina Pentheus, | et solem geminum, et duplices se ostendere Thebas.* Servius: *Tragice dixit imitatus Euripidem. Eumenidum agmina* de suo, vel potius ex Oreste addidit Virgilius. Nihil enim est in Bacchis, quod his verbis respondeat. Lucianus T. 3. p. 177. τοῦτο δὲ τὸ ἐκ τῆς τραγῳδίας, δύο μὲν ἡλίους ὁρᾶν δοκοῦσι, δισσὰς δὲ Θήβας. Sextus Empiricus adversus Logicos 1. 192. ὅτε δὲ μεμηνὼς δισσὰς ὁρᾷ τὰς Θήβας, καὶ δισσὸν φαντάζεται τὸν ἥλιον. Clemens Alex. Cohort. ad Gentes p. 91, 33. Καὶ μὴν ὁρᾶν μοι δύο μὲν ἡλίους δοκῶ, δισσὰς δὲ Θήβας, βακχεύων ἔλεγέν τις εἰδώλοις, ἀγνοίᾳ μεθύων ἀκράτῳ. Idem Pædag. 2. 2. p. 180, 33. Καὶ μὴν ὁρᾶν μοι δύο μὲν ἡλίους δοκῶ, μεθύων ὁ Θηβαῖος ἔλεγεν γέρων. Quid in animo habuerit Clemens, mihi non liquet. Pentheus enim neque ebrius est, neque senex. ELM.

919. Hoc versu utuntur schol. Arist. Ran. 360. Tzetz. ad Lycophr. 209.

921. Aldus καὶ σῷ κέρᾳ τε. Pal. καὶ σῶ κέρατα. Rectius κέρατε duali numero Brodæus. Κέρατος, φρέατος et στέατος apud Atticos mediam producunt. Exempla dedit Brunckius, plura et meliora Maltbius Observatt. c. xxiv. cui titulus: *De vocibus* Κρέας, Κέρας, Φρέαρ. Accusativus ὑψικέρατα penultimam producit apud Aristophanem Nub. 597. χρυσοκέρατα apud Euripidem Hel. 388. ubi male Aldus: χρυσοκέρω τ' ἔλαφον, Μέροπος τιτανίδα κούραν. Pal. χρυσοκέρᾶτ'. ELM.

922. In hac scena non solum Pentheo, verum etiam specta-

toribus τεταυρωμένος induci videtur Bacchus. Quod haud obscure docent chori verba v. 1157. ταῦρον προηγητῆρα συμφορᾶς ἔχων. Ejus ἀποταύρωσις erat larva tauri caput referens. Cui similem Inoni tribuerat Æschylus in Prometheo. ELM.

923. Ita distinguit Aldus: ὁ θεὸς ὁμαρτεῖ πρόσθεν, ὢν οὐκ εὐμενής. | ἔνσπονδος ἡμῖν. νῦν δ' ὁρᾷς, ἃ χρή σ' ὁρᾶν. Idem versum 923. Pentheo continuat. Unde pessimus evadit sensus. Quod nunc legitur, Tyrwhitto debetur. ELM.

924. Brunckius Tyrwhittum superiori versu sequens, hunc ita distinguit: ἔνσπονδος ἡμῖν νῦν· ὁρᾷς, ἃ χρή σ' ὁρᾶν. Vulgata ratio mihi melior videtur, præsertim quum dixerit noster Ion. 558. Νῦν ὁρᾷς ἃ χρή σ' ὁρᾶν. ELM.

926. γ' om. Pal. a m. pr. Γε hic valet *utpote*. ELM.

930. 931. in margine additos habet Pal.

934. σοὶ γὰρ ἀνακείμεσθα δή. Verte: *Tibi enim innitimur: A te pendemus*. HEATH. Anglice: *I give myself up to you*. ELM.

936. Julius Pollux 8. 54. στολίδες δέ εἰσιν, αἱ ἐξεπίτηδες ὑπὸ δεσμοῦ γιγνόμεναι κατὰ τέλη τοῖς χιτῶσιν ἐπιπτυχαί. Anglice *tucks*. ELM.

938. τένοντα *collum* interpretatur Brodæus, rectius pedis *tendinem* Portus. Vide ad Med. 1166=1135. Σφυρὸν et τένοντα promiscue usurpat noster. ELM.

939. Propter hoc ἦπου notam interrogationis sequenti versui addunt edd. omnes, licet sententiæ magis conveniat ὄντως quam *num*. Ἦπου enim sæpe a grammaticis exponitur ὄντως. Sed plerumque significat ἴσως, ὡς ἔοικε, οἶμαι, ut monui ad Med. 1308=1275. Neque diverso sensu hic accipiendum est. ELM.

940. Aldus παρὰ λόγον. Pal. παραλόγον. Idem καταμηρῶ v. 96. παρακερκίδων v. 118. ἀναθυρσὸν v. 554. ἐνέργω v. 626. ἐπαυτὸ v. 957. ἐπιμέλαθρα v. 1169. ὑποκόρυθ' v. 1184. et fortasse alia, quæ librariorum potius errores quam variæ lectiones sunt. Vulgata hujus versus scriptura, licet minus numerosa, non tamen prorsus vitiosa censenda est. Dixit enim noster Iph. A. 1164. τίκτω δ' ἐπὶ τρισὶ παρθένοισι παῖδά σοι. Idem Ion. 931. Τί φῄς; τίνα λόγον Λοξίου κατηγορεῖς; Plura hujus licentiæ exempla extra primum pedem apud tragicos non reperi. Non nisi accentu differunt παρὰ λόγον et παράλογον, quod reponendum monet Porsonus Adversar. p. 267. conferens Euripidem Or. 391. ὦ παράλογόν μοι σὴ φανεῖσ' ἀμορφία,

Παράλογον pro παραλόγως, ut καιρὸν pro καιρίως, accusativus pro adverbio. Quum tantula mutatione opus sit, quis Porsoni conjecturam admittere dubitet. Ceterum παράλογος substantivum esse monent Atticistæ, Thucydides 2. 85. ἐδόκει γὰρ αὐτοῖς, ἄλλως τε καὶ πρῶτον ναυμαχίας πειρασαμένοις, πολὺς ὁ παράλογος εἶναι. Plura dabunt interpretes. ELM.

945. Aldus πτύχας. Pal. recte πτυχὰς, ut jam monui ad v. 62. ELM.

946. Schol. ad Euripidis Phœn. 3. θοαῖς ἵπποισι: λείπει ἡ συν, ἵν' ᾖ, σὺν θοαῖς ἵπποισι. καὶ Ὅμηρος [Il. Θ. 24. ubi ἐρύσαιμ']· αὐτῇ κεν γαίῃ ἐρύσαιτο. καὶ ἐν Βάκχαις· αὐτῇσιν ἐλάταις. καὶ ἐν Ἱππολύτῳ [v. 1189. ubi ἁρμόσας]· αὐτῇσιν ἀρβύλῃσιν ἁρμόσαι πόδα. Fuerunt igitur, qui αὐταῖσιν ἐλάταις pro αὐταῖσι Βάκχαις legerent. Si vulgo exhiberetur ea scriptura, quis meliorem requireret? Nostri *trees and all.* Sed præstare videtur αὐταῖσι Βάκχαις, *women and all.* Infra v. 1132. legitur αὐταῖς ἀρβύλαις. Plura ad verba αὐτοῖς μελάθροις διακναιομένους Med. 164=161. ELM.

951. Aldus τῶν νυμφῶν. τὰ νυμφῶν Stephanus. Pentheum, Bacchi sacris jam addictum, minus quam ceteros mortales bellum cum Nymphis Bacchi sociis gerere debere significat particula γε, cujus vis interpretes fugit. ELM.

952. Παυὸς Brodæus. καπνὸς libri.

955. κρυφθῆναι] κρυφῆναι Pal. κρυβῆναι Pseudogregor. v. 1503.

961. Erunt fortasse, qui malint Θηβαίων propter αὐτῶν proximo versu; præsertim quum primus tragœdiæ versus sit: ἥκω Διὸς παῖς τήνδε Θηβαίων χθόνα. Sed nihil omnino refert. Quum enim post mentionem Thebanæ ditionis, *ipsos* memorat poeta, de Thebanis eum loqui res ipsa indicat. Similiter Thucydides 1. 31. οἱ δὲ Κορίνθιοι πυθόμενοι ταῦτα, ἦλθον καὶ αὐτοὶ ἐς τὰς Ἀθήνας πρεσβευσόμενοι, ὅπως μὴ σφίσι πρὸς τῷ Κερκυραίων ναυτικῷ καὶ τὸ αὐτῶν προσγενόμενον, ἐμπόδιον γένηται θέσθαι τὸν πόλεμον ᾗ βούλονται. Ubi αὐτῶν non est τῶν Ἀθηνῶν sed τῶν Ἀθηναίων. Clarius 1. 136. Ὁ δὲ Θεμιστοκλῆς προαισθόμενος, φεύγει ἐκ Πελοποννήσου ἐς Κέρκυραν, ὧν αὐτῶν εὐεργέτης. Unde fortasse defendi potest αὐτοί apud Euripidem Suppl. 738. ubi olim conjeci ἀστοί. ELM.

962. εἰμ'] εἶμ' Pal. Numeris melioribus scribi potuisse αὐτῶν εἰμ' monet Elmsleius. "Quod ad interpretationem attinet, om-

nes hunc sensum his verbis tribuisse videntur: *μόνος γὰρ αὐτῶν τολμῶ τάδε*. Si secus esset, inter *ἀνὴρ* et *τολμῶν* interpunxissent. Conferendus omnino Aristophanes Lys. 143. "Ω *φιλτάτη σὺ καὶ μόνη τούτων γυνή*." ELM.

Brunckius *τολμῶν τάδε*.

963. Euripides Hipp. 327. Κάκ', ὦ τάλαινα, σοὶ, τάδ' εἰ πεύσει, κακά. Alc. 725. *φίλον τὸ φέγγος τοῦτο τοῦ θεοῦ, φίλον*. Rhes. 579. *θρασὺς γὰρ Ἕκτωρ νῦν, ἐπεὶ κρατεῖ, θρασύς*. ELM.

965. Aldus *πομπὸς δ' εἶμ' ἐγὼ*. Pal. *πομπὸς δ' εἶμ' ἐγὼ*. Sic etiam edd. nonnullæ. Aliæ *πομπὸς δ' εἰμ' ἐγὼ*. Sola Schæferiana recte *πομπὸς δ' εἶμ' ἐγὼ*. Etiam eorum qui *εἶμ'* scripserunt, plerique aut omnes *sum* in animo habuisse videntur. Sed sensus est *ibo*. ELM.

966. Verba *ἡ τεκοῦσά γε* non sunt interrogative proferenda, neque notam interrogationis in Aldina additam habent. Anglice significant: *Yes, my mother*. ELM.

969. Hæc verba superioribus continuanda mihi videntur: Ἁβρότητ' ἐμοὶ λέγεις, καὶ τρυφᾶν μ' ἀναγκάσεις. ELM.

970. Aldus: *τρυφάς γε τοιάσδε*. Supple *ἃς ἔλεξά σοι*. ELM.

Eadem significant *ἀξίων ἅπτεσθαι* et *ἐπ' ἀξίοις πονεῖν*, quod dixit Rhes. 182. ELM.

972. Noster Hipp. 1205. *εἰς δ' ἁλιρρόθους | ἀκτὰς ἀποβλέψαντες, ἱερὸν εἴδομεν | κῦμ' οὐρανῷ στηρίζον*. Verba *κῦμ' οὐρανῷ στηρίζον, fluctum ad cœlum pertingentem*, copiose illustravit Valckenarius, qui Homericum *οὐρανῷ ἐστήριξε κάρα* in his expressum monet. Confer vv. 1071. 1081. ELM.

977. *Λύσσης*] Personæ allegoricæ seu divæ nomen est. Inducitur ea in scenam in Hercule furente. BRUNCK. *Λύσσας* Elmsleius.

ὄρος Pal. Vulgo *οὖρος*.

981. *Μαινάδων κατάσκοπον λυσσώδη*] Respondet 1001. *τὰν ἀνίκατον ὡς κρατήσων βίᾳ*. Qui versus quum aptissimam præbeat metri formam, cujus alterum in hoc carmine exemplum est v. 989. *οὐ γὰρ ἐξ αἵματος γυναικῶν ἔφυ*, non videtur dubitari posse quin vitium in versu strophico 981. sit quærendum, in quo *κατάσκοπον* fortasse pro *σκοπὸν* ab librario positum est ex v. 956, tres autem syllabæ vel ante vel post *μαινάδων* exciderunt.

982. *πρώτα*] Scribebatur *πρῶτα*. Conf. v. 1179.

ἢ versui proximo addit Ald.

983. σκόλοπος hic καταχρηστικῶς pro δένδρου posuit poeta. Propria significatione cum πέτρα conjunxit Iph. T. 1428. ὡς ἐκ θαλάσσης, ἔκ τε γῆς ἱππεύμασι | λαβόντες αὐτοὺς, ἢ κατὰ στύφλου πέτρας | ῥίψωμεν, ἢ σκόλοψι πήξωμεν δέμας. ELM.

985. τίς Pal. τίς δ' Ald.

986. οὔριον δρόμον Matthiæ. Legebatur οὐριοδρόμων. ὀριοδρόμων Pal.

ἐς—ἐς] εἰς—εἰς Pal.

987. ἔμολεν bis Pal.

988. ἔτεκεν] Brevis syllabæ in fine dochmiorum, ubi interrogatio est, positæ exempla vid. apud Seidlerum p. 86. MATTH.

989. ἔφυ] ὅδ' ἔφυ Pal.

990. δέ τινος ὅδ' ἢ Hermannus. Legebatur δέ γέ (γε om. Pal.) τινος ἢ, quod revocandum. "Homerus Il. Π. 33. νηλεὲς, οὐδ' ἄρα σοί γε πατὴρ ἦν ἱππότα Πηλεὺς, | οὐδὲ Θέτις μήτηρ· γλαυκὴ δέ σε τίκτε θάλασσα, | πέτραι τ' ἠλίβατοι. ὅτι τοι νόος ἐστὶν ἀπηνής. Theocritus Idyll. 3. 15. νῦν ἔγνων τὸν ἔρωτα. βαρὺς θεός. ἢ ῥα λεαίνης | μαστὸν ἐθήλαξε, δρυμῷ τέ μιν ἔτρεφε μάτηρ. Virgilius Æn. 4. 365. *Nec tibi Diva parens, generis nec Dardanus auctor, | perfide, sed duris genuit te cautibus horrens | Caucasus, Hyrcanæque admorunt ubera tigres.*" BRUNCK.

991. Duo versus in Ald. ἴτω δίκα φανερὸς | ἴτω ξιφηφόρος. Quos in unum senarium redigendos esse monet Seidlerus p. 135. Ita jam fecerat Pseudogregorius v. 1096. ἴτω δίκ' ἴτω φανερῶς ξιφηφόρος. Quare δίκ' ἴτω φανερῶς quam ἴτω δίκα φανερὸς dicere maluerit, caussam vide ad v. 16. ELM.

994. et 1014. λαιμῶν Tyrwhittus. Libri δαίμων.

δαίμων] Vellem sane legere hic et v. 1012. λαιμῶν διαμπὰξ, *penitus per jugulum.* Sic Orest. 1472. παίειν λαιμῶν ἔμελλεν εἴσω μέλαν ξίφος. Διαμπὰξ ab Hesychio exponitur διαμπερὲς, quod cum genitivo occurrit Il. M. 429. διαμπερὲς ἀσπίδος. Vide etiam Il. Υ. 362. et Sophocl. Philoct. 791. TYRWHITT. Similem errorem exhibet Aldina Hel. 1600. τέμνων δὲ δαίμον' ἠύχετ'. Διαμπὰξ sæpius apud Euripidem non legitur. Sed Æschylus Prom. 64. monente Musgravio: Ἀδαμαντίνου νῦν σφηνὸς αὐθάδη γναθὸν | στέρνων διαμπὰξ πασσάλευ' ἐρρωμένως. ELM.

996. Aut hic legendum τόκον, aut v. 1016. γόνον. ELM. Scribendum utrobique videtur τόκον.

998. Aldus: περὶ τὰ βάκχι' ὄργια, ματρός τε σᾶς. Pal. περὶ βάκχι' ὄργια ματρός τε σᾶς. Scaliger περὶ σὰ Βάκχι' ὄργια, ut Βάκχι' vocativus sit. Corruptum videtur ὄργια, cujus loco vocabulum ejus formæ, cujus est ἔργα, postulat metrum. ELM. Hoc ipsum ἔργα restituendum mihi videtur.

ματρός τε σᾶς] Quum hæc verba cum superioribus περὶ τὰ Βάκχι' ὄργια conciliari non possent, Reiskius ματρός θ' ἑᾶς scribendum conjecit. Longe melius Burgesius ματρός τε Γᾶς. Quis enim, qui vel Euripidis Bacchas legerit, Rheæ potius quam Semeles orgia fuisse nescit? Musgravius allegat Theocritum Id. 26. 6. ἐν καθαρῷ λειμῶνι κάμον δυοκαίδεκα βωμοὺς, | τὼς τρεῖς τᾷ Σεμέλᾳ, τὼς ἐννέα τῷ Διονύσῳ. Quo testimonio constare putat Semelen cum filio in orgiis coli. Magis ad rem videtur Euripidei Palamedis fragm. 5. οὐ σὺν Διονύσῳ | κομῶν, ὃς ἀν' Ἴδαν | τέρπεται σὺν ματρὶ φίλᾳ | τυμπάνων ἰάκχοις. Quæ verba, licet corrupta sint, matrem cum filio recte conjungi ostendunt. Utrum vero de Semele an de Rhea accipienda sint, non satis constat. Receptam enim deorum genealogiam pro arbitrio mutare solet Euripides, qui præter alia multa ejus generis, Musas Harmoniæ filias facit Med. 834. Lunam Solis filiam Phœn. 180. ut supra monui ad v. 519. Ut concedamus igitur eum scripsisse ματρός τε σᾶς, incertum manet, utrum Rhea an Semele intelligenda sit. ELM.

999. μανείσᾳ Brodæus. μανεῖσα Ald.

1001. τὰν Pal. τὸν Ald.

βίᾳ] Scribendum videtur βίαν. Interpunctionem post βίᾳ omittit Ald., sed comma ponit post σώφρονα.

1002. σώφρον' ἀθάνατος] Libri σωφρονα θάνατος. Scribendum σώφρονα θνατοῖς cum Heathio.

Ἀπροφάσιστος est ὁ μὴ προφάσεις παρέχων. Ita ἀπροφάσιστοι σύμμαχοι, *socii promti et parati ad officium subeundum*, apud Xenophontem Pæd. 2. 4, 10. ELM. Scribendum ἀπροφασίστως cum Heathio.

1003. εἰς Pal. εἰ Flor. 1. et Ald. Scribendum ἐς.

τὰ Pal. τά τε vulgo.

1004. βροτείῳ] Si verba θάνατος ἀπροφάσιστος εἰς τὰ θεῶν ἔφυ expedire possem, haud illibenter legerem: γνώμαν σώ-

φρονα βροτείαν τ' ἔχειν, ἄλυπος βίος. Quid sit γνώμην βροτείαν ἔχειν, docet noster Alc. 802. ὄντας δὲ θνητοὺς, θνητὰ καὶ φρονεῖν χρεών. ELM. Recte Elmsleius βροτείαν corrigere videtur, nisi βρότειον malis.

βίῳ Scaliger. βίος libri. Sed plures formulam ἄλυπος βίος ἔφυ pro ἄλυπόν ἐστι ægre sibi evelli patiantur. Sic enim Iph. T. 1090. τὸ γὰρ μετ' εὐτυχίας κακοῦσθαι θνατοῖς βαρὺς αἰών pro βαρύ ἐστι. Cf. Orest. 592. Med. 246. Sensus mihi hic esse videtur: Modestiam et in rebus sacris et erga homines exercere, molestia vacat, vitam jucundam reddit, γνώμαν σώφρονα εἰς τά τε θεῶν τούς τε βροτούς ἔχειν ἄλυπος βίος. MATTH. Revocandum βίος.

1005. τὸ Pal. τὸν Ald. *Sapientiam libenter consector, modo invidia absit.* MATTH.

φθόνῳ] φθονῶ Pal.

1006. Aldus: τὰ δ' ἕτερα μεγάλα, φανερὰ τῶν αἰεὶ | ἐπὶ τὰ καλὰ βίον | ἦμαρ εἰς νύκτα τ' εὖ | ἄγοντ' εὐσεβεῖν. Pal. τῶν ἀεὶ, mox ἄγουντ', cetera ut Aldus. Seidlerus de vers. dochm. p. 95. locum se non intelligere fatetur. ELM. Neque ego satis intelligo. Bothius "ἕτερα μεγάλα, religiones, quæ item magni faciendæ sunt, non solum sapientia humana. φανερά (ἐστι), manifestæ sunt, neque in dubium vocandæ: *in quibus non offendere aliquem, semper, diu noctuque, vitam ad pulcra, sive honesta, dirigentem, salutare est.*" μεγάλα et φανερὰ conjungi etiam v. 1198. monet Elmsleius. De sensu totius loci recte judicasse videtur Hermannus "τὰ ἕτερα opponuntur sapientiæ illi, quam modo dixerat. Sententia est eadem fere quæ supra v. 428. Sapientiam enim intelligit illam quæ contempta superstitione liberius de diis sentit. A qua etsi se non abhorrere fatetur, tamen præstare ad vitam sine timore agendam dicit simplicem illam pietatem, quæ credere de rebus divinis quam non credendo in pœnas incidere malit."

1009. Verbis ἦμαρ εἰς νύκτα τε eum sensum vulgo tribuunt, quem habent v. 425. κατὰ φάος, νύκτας τε φίλας. Brodæus: *diu noctuque, nullo non tempore.* Sed verba ἦμαρ εἰς νύκτα potius *diem usque ad noctem*, id est, *totum diem*, significare mihi videntur. Quam interpretationem confirmat noster Herc. 503. ἀλλ' ὦ γέροντες, σμικρὰ μὲν τὰ τοῦ βίου. | τοῦτον δ' ὅπως ἥδιστα διαπεράσατε, | ἐξ ἡμέρας εἰς νύκτα μὴ λυπούμενοι. Neque

obstat particula τε, quæ apodosin habet in verbis τά τ' ἔξω νόμμα κ. τ. ἐ. Sic enim legendum puto. ELM. Non opus τά τ' ἔξω scribi, quum τε—δὲ recte sibi respondeant.

ἦμαρ] ἅμαρ Elmsleius.

εὖ ἄγοντ'] εὖ ἄγουντ' Pal. Scribendum εὐαγοῦντ' cum Hermanno.

1010. Pal. ἐκβάλον|τα, quod ad ἐκβάλλοντα alludit. Hæc ita recte explicare videtur Musgravius: *ritus vero injustos rejicientem venerari deos.* Τὰ ἔξω δίκας νόμμα sunt τὰ ἄδικα. Ad ἐκβαλόντα conferendus noster Hec. 1230. Ἴσχ'. ἐκβαλὼν δὲ καρδίας τὸ βάρβαρον, | λέγ'. Tro. 59. Ἧπου νιν ἔχθραν τὴν πρὶν ἐκβαλοῦσα νῦν | εἰς οἶκτον ἦλθες πυρὶ κατηθαλωμένην. Dictyis fragm. 7. πατέρα τε παισὶν ἡδέως συνεκφέρειν | φίλους ἔρωτας, ἐκβαλόντ' αὐθαδίαν, | παῖδάς τε πατρί. ELM.

1018. Horatius 2. 19, 23. *Rhœcum retorsisti leonis | unguibus horribilique mala.* Nonnus 40. 40. σπεύδων μὲν πτερόεντι βαλεῖν Διόνυσον ὀϊστῷ, | ἢ ξίφεϊ πλήξας μέσον αὐχένος, ἢ δόρυ πέμπων, | οὐτῆσαι ποθέων διὰ γαστέρος, ἀντὶ Λυαίου | πόρδαλιν αἰολόνωτον ἐπαΐσσοντα κιχάνω. | μαρναμένου δὲ λέοντος ἐπείγομαι αὐχένα τέμνειν, | καὶ θρασὺν ἀντὶ λέοντος ὄφιν δασπλῆτα δοκεύω. | σπεύδων δ' ἀντὶ δράκοντος ὀπιπεύω ῥάχιν ἄρκτου. BARN.

πολύκρανός γ' Ald. γ' om. Pal. Versus est iambelegus.

1019. δράκων — | δρᾶσθαι — | ἴθ' — | γελῶντι — | ἐπὶ — | πεσόντα— Ald.

1020. θηραγρέταν Seidlerus. θηραγρέτα Ald. θηραγρότα Pal. Scribendum autem, ut probabilior metri forma restituatur, τὸν θηραγρέταν. "περίβαλε βρόχον θηραγρέταν idem est quod αἴρει." MATTH.

1021. γελῶντι προσώπῳ—μαινάδων] In his verbis aliquid turbatum videtur. Nam si προσώπῳ—μαινάδων pro tribus dochmiis habeantur, remanet solitarium illud γελῶντι: sin γελῶντι προσώπῳ in unum versum conjungas, in verbis proximis aliquot syllabæ abundant. Quamobrem vereor ne γελῶντι προσώπῳ ex glossemate sint illata, verba autem poetæ quattuor dochmios præbuerint.

1025. εὐτύχεις] Scribendum ἠὐτύχεις cum Heathio.

1028. Pal. ὡς σὲ στενάζω.

Post verba ἀλλ' ὄμως plene distinguendum censet Dobræus ad Plut. 886. cujus verba sunt: *Sed in Bacch.* 1026. *ubi Med.* 54. *addere vult Porsonus, potius suspicor versum delen-*

dum, et finiendam orationem in ὅμως, ut in Aristoph. Acharn. 955. *et in locis ab Elmsleio citatis.* ELM.

1029. *τὰ δεσποτῶν*] Plenius noster Med. 54. *χρηστοῖσι δούλοις ξυμφορὰ τὰ δεσποτῶν | κακῶς πίτνοντα, καὶ φρενῶν ἀνθάπτεται.* Porsonus utrumque versum etiam in Bacchis locum habuisse suspicatur. ELM. Probabilior Dobræi conjectura est hunc versum delendum in Bacchis esse.

Pal. *συμφορὰ τῆς δεσποτῶν.* Media vox ita scripta est, ut etiam pro *τις* accipi possit. ELM.

1030. *τι* Elmsleius. *τὶ* Ald. de quo v. ad v. 834. *τί* Pal.

1032. *θεὸς* Pal. *καὶ γὰρ θεὸς* Ald. ex conjectura, ut videtur, correctoris. Probabilius Hermannus *θεὸς* duplicandum esse censet. Sed quum hoc incertum sit, lacunæ signa ponere præstat.

1033. *ἢ*] *ἦ* Brunckius.

1037. Lacunam post *ἄγεις* indicavit Brunckius.

1039. Nuncii personam non huic, sed proximo versui præfigit Pal.

1041. *ἔνεπε* Brunckius. Vulgo *ἔννεπε.*

τίνι] *τίνει* Pal.

1043. Strabo p. 409 A. *ἐν δὲ τῇ Θηβαίων εἰσὶ καὶ αἱ Θεράπναι καὶ ὁ Τευμησσὸς, ὃν ἐκόσμησεν Ἀντίμαχος διὰ πολλῶν ἐπῶν, τὰς μὴ προσούσας ἀρετὰς διαριθμούμενος.* Therapnæ plures fuerunt. Laconicas memorant Euripides Tro. 211. Herodotus 6. 61. aliique, Thessalicas Euripides Herc. 370. Recte igitur *τῆσδε Θηβαίας χθονὸς* nostro loco addit. Alii *θεράπνας* scribunt, alii *Θεράπνας.* Hesychius: *Θεράπναι: αὐλῶνες, σταθμοί.* ELM. Prætuli *θεράπνας.* Recte Matthiæ "Si Therapnæ Bœotiæ urbs intelligenda esset, inutiliter adderetur *τῆσδε Θηβ. χθ.* Quum enim res Thebis agatur, per se patet, Therapnas nec Laconicæ, nec Thessaliæ intelligi. Vid. ad Troad. 213."

1044. *ῥοάς*] *ῥοᾶς* Pal. De constructione *ἐκβαίνειν τι* vid. Gramm. Gr. §. 377. not. 1. MATTH.

1048. *πονηρὸν*] *πικρὸν* Pal. *χλοηρὸν* substituit Pseudogregor. v. 675.

1049. *ἐκ ποδῶν* Portus. *ἐκποδὼν* Ald.

1050. *ὁρῷμεν* Musgravius. *ὁρῶμεν* Ald.

1051. Schol. Hephæstionis c. 6. p. 87. *ἴδιον δὲ σατυρικοῦ, τὸ μέσον εἶναι τραγικοῦ καὶ κωμικοῦ, ἤγουν δέχεσθαι καὶ τοὺς τρισυλλάβους μὴ κατακορῶς, οἷον, ἥδ' ἄγκος ὑψίκρημνον ὄρεσι περίδρο-*

μον. Gaisfordius: *Est versus Euripidis Bacch.* 1051. *ubi quidem legitur,* ἦν δ' ἄγκος ἀμφίκρημνον ὕδασι διάβροχον. *Hoc me olim docuit Porsonus.* Qui Adversar. p. 267. verba ὄρεσι περίδρομον apud Euripidem Cresphontis fragm. 12. exstare monet. Idem apud Kiddium p. 225. huic scripturæ etiam in Bacchis favisse dicitur. Mea sententia longe melior vulgata. Herodotus 6. 34. ἐν δὲ ταύτῃ τῇ πόλι [Nonacri] λέγεται εἶναι ὑπ' Ἀρκάδων τὸ Στυγὸς ὕδωρ. καὶ δὴ καὶ ἔστι τοιόνδε τι. ὕδωρ ὀλίγον φαινόμενον, ἐκ πέτρης στάζει εἰς ἄγκος. τὸ δὲ ἄγκος αἱμασιῆς τις περιθέει κύκλος. ELM.

De ἄγκος consulendi interpretes Homeri. Apud Atticos poetas sæpius non legitur, nisi mendose pro ἄγγος. ELM.

1052. Πεύκαισι συσκιάζον, i. e. συσκιαζόμενον, activum pro passivo, quod in Græco sermone frequens est. Soph. Œd. T. 968. ὁ δὲ θανὼν | κεύθει κάτω δὴ γῆς.—Plura olim ad Sophoclem exempla afferemus. BRUNCK. Plura de hac re testimonia allegat Matthiæ Gramm. Gr. §. 496. 4. p. 720. ELM.

1053. κάθηντ'] Scribendum καθῆντ' cum Elmsleio.

1054. ἐκλελοιπότα intransitive, fere ut nostri, *worn out.* ELM.

1055. Verborum κισσῷ κομήτην ἐξανέστεφον constructionem ostendit exemplum notissimum σοφόν με ἐδίδαξαν. ELM.

αὖθις] αὖτις Pal.

1060. ὅποι μόθων Musgravius. Libri ὅσοι νόθων.

ὅσοι νόθων] Pro νόθων in vet. codicibus scriptum est μόθων. Quæ lectio valde mihi probatur, et adeo quidem ut germanam esse eam persuasum habeam: sed ὅσον quod ibidem legitur, parum certe placet.—Fortasse igitur malit quispiam ὅσων, me quidem non valde repugnante. STEPHANUS. Legendum ὅποι μόθων. *Non consequor oculis, ubi Mænadum indecora saltatio est.* Aristophanes Equit. v. 694. ἀπεπυδάρισα μόθωνα, περιεκόκκυσα. Ubi scholiastes: μόθων, φορτικὸν ὀρχήσεως εἶδος. Idem ad Plut. v. 279. μόθων, εἶδος αἰσχρᾶς καὶ δουλοπρεποῦς ὀρχήσεως. Jul. Pollux 4, 101. ὁ δὲ μόθων φορτικὸν ὄρχημα, καὶ ναυτικόν. MUSG. Μόθων quidem vox videtur comœdiæ, quam tragœdiæ, accommodatior, sed tamen lectam hic fuisse vocem, quæ *lasciviam* significaret, e sq. αἰσχρουργίαν probabile fit. MATTH.

1061. ὄχθον δ' ἐπεμβὰς] ὄχθων δ' ἐπ' ἐμβὰς Pal.

ἢ 'λάτην Tyrwhittus. Libri εἰς ἐλάτην.

1063. Pal. τι a correctore additum habet.

1065. Ter repetitum ἦγεν vel κατῆγεν significat lentam et successivam abietis deductionem, ut sensim atque sensim propior humo fieret. REISKIUS. Imitari videtur Nonnus 46, 152. ἀκρότατον δὲ κόρυμβον ἀφειδέϊ χειρὶ πιέζων, | εἰς πέδον, εἰς πέδον εἷλκε. MUSG.

1066. κυκλοῦτο] κυκλοῦται Pal.

1067. περιφορὰν] περιφορᾶν Pal. περὶ φορὰν Ald. περίφορον MS. Stephani. περιφορὰς Victorius.

ἕλκει δρόμον Victorius. ἕλκη δρόμον Pal. Ald. Scribendum ἑλικοδρόμον cum Reiskio, *ad modum spiræ* vel orbis.

1068. ὡς Barnesius. ὡς Ald.

1072. μὴ 'ναχαιτίσειε] μὴ ἀναχαιτίσειε Pal. Scribendum μἀναχαιτίσειε. "De abiete tanquam de equo loquitur poeta." ELM.

1078. Huc respicere videtur scholiastes Sophoclis ad Ant. 1146. καὶ γὰρ αἰθέριος τιμᾶται [ὁ Διόνυσος], ὡς καὶ Εὐριπίδης ἐν Βάκχαις φησὶν αὐτόν ἐν αἰθέρι κατοικεῖν. Verba ἐν Βάκχαις delevit Brunckius. Ipse Bacchus apud Nonnum 46. 63. οὐ χατέω Πενθῆος ἐγὼ χθονίοιο μελάθρου. | δῶμα Διωνύσοιο πέλει πατρώϊος αἰθήρ. ELM.

Reiskius: φωνήν τις, ὥς με γ' εἰκάσαι. Noster Iph. T. 1384. τὸ δ' οὐρανοῦ πέσημα, τῆς Διὸς κόρης | ἄγαλμα, ναὸς ἐκ μέσης ἐφθέγξατο | βοήν τιν'. Laur. βοή τις. Ex qua varietate nascitur suspicio, in Bacchis reponendum esse φωνήν τιν'. Sed apte confert Musgravius Herc. 1003. ἀλλ' ἦλθεν εἰκὼν, ὡς ὁρᾶν ἐφαίνετο, | Παλλὰς κραδαίνουσ' ἔγχος ἐπιλόφῳ κάρᾳ. Pseudogregorius v. 2251. ut vulgo. ELM.

1082. Herodotus 1. 112. Ἅμα δὲ ταῦτα ἔλεγε ὁ βουκόλος, καὶ ἐκκαλύψας ἐδείκνυε. Plura Valckenarius ad 3. 135. qui nostrum locum non neglexit. ELM.

1083. ἐστήριζε Pal. Vulgo ἐστήριξε.

1090. πελείας ὠκύτητ' οὐχ ἥσσονες ποδῶν ἔχουσαι i. e. ὠκύτητα ποδῶν οὐχ ἥσσονες πελείας et ὠκύτητα ποδῶν οὐχ ἥσσονα πελείας (τῆς πελείας ὠκύτητος) ἔχουσαι. Frustra Heath. ἥσσονα. MATTH. Vulgatam ita mutatam exhibet Pseudogregorius v. 2009. οἶμαι πελείας ὠκύτητ' οὐχ ἥσσονες, | ποδῶν δράμωσι συντόνοις δρομήμασιν. ELM.

1094. ἀγμῶν] Suidas: Ἀγμούς: τοὺς ὀρείους καὶ κρημνώδεις τόπους. Noster Iph. T. 262. ἦν τις διαρρὼξ κυμάτων πολλῷ

σάλῳ | κοιλωπὸς ἀγμὸς, πορφυρευτικαὶ στέγαι. Sic pro ἁρμὸς Laur. ceterique ab eo derivati, Brodæi conjecturam confirmantes. ELM.

1096. Κραταιβόλους, *lapides magna vi jactos*. Sic cum Heathio lego.—Eadem est compositionis ratio, quæ in κραταίλεως El. 537. [534.] BRUNCK. Pseudogregorius v. 666. ἄλλοι μὲν αὐτὸν καλάμῳ κραταιβόλῳ | ἔβαλλον, ἀντίπυργον εἰσβᾶσαι πέτραν. ELM. κραταβόλους libri.

1097. Quare εἰσβᾶσαι pro ἐπιβᾶσαι reposuerit Pseudogregorius, caussam vide ad v. 26. ELM.

1098. τ' Hermannus. Vulgo δ'.

1099. ἄλλαι Brodæus et Victorius. ἄλλοι Ald.

1100. στόχον Reiskius. Libri τ' ὄχον.

οὐκ ἤνυτον] οὐχ ἤνυτον Elmsleius.

1102. τλήμων] τλῆμον Pal. Brunckius præter necessitatem καθῆσθ' ὁ τλήμων. Sophocles Œd. T. 1266. ἐπεὶ δὲ γῇ | ἔκειτο τλήμων, δεινὰ δ' ἦν τἀνθένδ' ὁρᾶν. Ubi multi libri ἔκειθ' ὁ τλήμων, licet de muliere sermo sit. ELM.

λελημμένος Musgravius. λελησμένος libri. "Noster Ion. 1113. Οἴμοι, τί λέξεις; οὔτι που λελημμέθα | κρυφαῖον εἰς παῖδ' ἐκπορίζουσαι φόνον. Cycl. 432. ὥσπερ πρὸς ἰξῷ τῇ κύλικι λελημμένος. Adde Æschylum Ag. 885. si sana est scriptura. Simili licentia ξυλλελεγμένας pro ξυνειλεγμένας dixit Aristophanes Eccl. 58. sed ξυνείλεκται Av. 295. Ceterum huc respexisse videtur grammaticus apud Bekkerum Anecdot. p. 105. Λελάβημαι: ἀντὶ τοῦ εἴλημμαι. Ἡρόδοτος ἕκτῳ καὶ τετάρτῳ, Εὐριπίδης Βάκχαις." ELM.

1103. συγκεραυνοῦσαι] Archilochus Fr. 36. Ὡς Διωνύσοι' ἄνακτος καλὸν ἐξάρξαι μέλος | οἶδα διθύραμβον, οἴνῳ συγκεραυνωθεὶς φρένας. Non igitur vox nihili συγκεραυνοῦσαι, quamvis explicatu difficilis. Sententia postulare videtur *ab arboribus vi evellentes*, cujus loco *fulmine ferientes* dixit poeta. ELM.

1114. ἱερία] Aldus ἱέρεια, quod intactum reliquerunt omnes quotquot fuerunt editores. Pal. ἱερεία accentu quidem recte posito. In Aldina male legitur ἱέρειαι Or. 261. ἱέρειαν Iph. T. 1399. sed recte ἱερίαν Iph. T. 34. Schol. ad Or. 261. τὸ ἱέρειαι, ἱερίαι χρὴ γράφειν Ἰωνικῶς, ἵν' ἔχῃ πρὸς τὸ μέτρον ὀρθῶς. τὰ γὰρ διὰ τοῦ ει προπαροξύτονα Ἰωνικῶς οἱ ποιηταὶ παροξύτονα ποιοῦντες, διὰ τοῦ ια γράφουσι, τὸ αὐθάδεια, αὐθαδία λέγοντες, καὶ τὸ εὐσέβεια, εὐσεβία, καὶ τὰ τοιαῦτα. ὃ καὶ ἐξετάζων εὑρήσεις. ELM.

1115. *προσπίτνει* Elmsleius. Vulgo *προσπιτνεῖ*.

κόμης Pal. *κόμας* Ald.

1116. *κτάνῃ*] Scribendum *κτάνοι* cum Brunckio. "Vide ad Sophoclem Œd. T. 947. *τοῦτον Οἰδίπους πάλαι τρέμων | τὸν ἄνδρ' ἔφευγε μὴ κτάνῃ.* Ubi multi libri atque ipsæ membranæ Laur. *κτάνοι.*" ELM.

1123. *χρῆν* Brunckius. *χρὴ* libri.

1127. *ὦμον, brachium.* Herodotus 4. 62. *τῶν ἀποσφαγέντων ἀνδρῶν τοὺς δεξιοὺς ὤμους πάντας ἀποτάμνοντες σὺν τῇσι χερσὶ, ἐς τὸν ἠέρα ἱεῖσι.* ELM.

1128. Photius: *Εὐμάρειαν: ῥᾳστώνην, εὐχέρειαν. οἱ δὲ Ἴωνες τὸ περί τινα τῶν ἀναγκαίων τοῦ σώματος ἐκκρισέων ἀσχοληθῆναι· οἷον, οὐρῆσαι, ἀποπατῆσαι.* ELM.

1129. Athenæus p. 186 D. *ὁ δὲ Ζήνων, ἐπεί τις τῶν παρόντων ὀψοφάγων ἀπέσυρεν, ἅμα τῷ παρατεθῆναι, τὸ ἐπάνω τοῦ ἰχθύος, στρέψας καὶ αὐτὸς τὸν ἰχθὺν, ἀπέσυρεν, ἐπιλέγων· Ἰνὼ δὲ τἀπὶ θάτερ' ἐξειργάζετο.* Idem p. 344 A. *Βίων δὲ, προαρπάσαντός τινος τὰ ἐπάνω τοῦ ἰχθύος, στρέψας καὶ αὐτὸς καὶ δαψιλώσας, φαγὼν ἐπεῖπεν· Ἰνὼ δὲ τἀπὶ θάτερ' ἐξειργάζετο.* ELM.

1132. *ὁ μὲν στενάζων*] Similis constructionis exemplum præbet Sophocles Ant. 259. *λόγοι δ' ἐν ἀλλήλοισιν ἐρρόθουν κακοὶ, | φύλαξ ἐλέγχων φύλακα.* Omnium optimum noster Heracl. 39. ita e MSS. corrigendus: *δυοῖν γερόντοιν δὲ στρατηγεῖται φυγή· | ἐγὼ μὲν ἀμφὶ τοῖσδε καλχαίνων τέκνοις· | ἡ δ' αὖ τὸ θῆλυ παιδὸς Ἀλκμήνη γένος | ἔσωθε ναοῦ τοῦδ' ὑπηγκαλισμένη | σώζει.* Eadem enim mutatione constructionis post participium *καλχαίνων* sequitur *σώζει*, quo post *στενάζων* præteritum *ἠλάλαζον*. Pal. *ὁ μὲν στυγνάζων, ὅσον ἐτύγχανε πνέων* (a prima manu *πλέων*). ELM.

1133. *ἔφερε* Duportus. Libri *ἀνέφερε*.

1136. *διεσφέριζε* Pal.

σάρκα Pal. Vulgo *σάρκας*.

1137. Aldus *τυφλοῖς, cæcis.* Barnesius *στυφλοῖς, asperis,* quod ipso reclamante in *στύφλοις* mutavi. Æschylus Prom. 746. *Τί δῆτ' ἐμοὶ ζῆν κέρδος, ἀλλ' οὐκ ἐν τάχει | ἔρριψ' ἐμαυτὴν τῆσδ' ἀπὸ στύφλου πέτρας;* Pers. 303. *στύφλους παρ' ἀκτὰς θείνεται Σιληνίων.* Sophocles Ant. 250. *στύφλος δὲ γῆ | καὶ χέρσος, ἀρρὼξ οὐδ' ἐπημαξευμένη | τρόχοισιν.* Euripides Iph. T. 1428. *ὡς ἐκ θαλάσσης, ἐκ τε γῆς ἱππεύμασι | λαβόντες αὐτοὺς, ἢ κατὰ στύφλου πέτρας | ῥίψωμεν, ἢ σκόλοψι πήξωμεν δέμας.* Sic

etiam στύφελος, non στυφελὸς, ut voluit Barnesius, Æschylus Pers. 79. 967. ELM.

1138. Pal. a prima manu φόβω. Vide ad v. 1188. ELM.

1141. Aldus πτήξασ'. Edd. recentiores πήξασ' ex emendatione Brodæi et Stephani. ELM.

1144. Grammaticus apud Bekkerum Anecdot. p. 87. Γαυριᾶν: καὶ τοῦτο μέμφονται. Δημοσθένης περὶ τοῦ στεφάνου, Εὐριπίδης Βάκχαις. Demosthenes de Cor. p. 513. C. εἰ ταύτῃ γαυριᾷς, ἐφ' ᾗ στένειν σε, ὦ κατάρατε, προσῆκεν. Apud Euripidem hodie non exstat γαυριᾶν. Γαυροῦσθαι iterum legitur v. 1241. et in aliis fabulis sæpius. Sed locum habere poterat γαυριᾶν in ea Agaves ῥήσει, cujus unum versum habemus 1328. [1330.] ELM.

1145. τῶνδ' Pal. Flor. 1. τόνδ' Ald.

1148. τῇδ' addidit Reiskius.

1151. ταὐτὸ Reiskius. γ' αὐτὸ Ald. δ' αὐτὸ Pseudogregor. 1143.

1152. Nuncii ῥῆσιν, quæ desinit in hoc versu, utpote longam et splendidam, eidem actori, nempe πρωταγωνιστῇ, tributam conjicio, cui delatæ sint Agaves partes, quæ mox in scenam proditura est. Qui ut tempus mutandi habitus haberet, breve chori carmen inter nuncii egressum et Agaves adventum interposuit poeta. Simile quid in Phœnissis observarunt veteres grammatici. Apponam scholiastæ verba ad v. 93. Μήτις πολιτῶν.) ταῦτα καταμηχανᾶσθαι φασὶ τὸν Εὐριπίδην, ἵνα τὸν πρωταγωνιστὴν ἀπὸ τοῦ τῆς Ἰοκάστης προσώπου μετασκευάσῃ. διὸ οὐ συνεπιφαίνεται αὐτῷ Ἀντιγόνη, ἀλλ' ὕστερον. ELM.

1153. Βάκχιον Hermannus. βακχεῖον Ald. βακχείων Pal.

1155. Πενθέως Pal. τοῦ Πενθέως Ald.

1157. πιστὸν Ἅιδαν] *Certam ac manifestam necis suæ causam*, ut interpretatur Brodæus. Proprie thyrso confidebat Pentheus, se eo instructum tuto in Baccharum cœtum prodire posse. Quod thyrso conveniebat, id cum acerba irrisione ad ᾄδαν retulisse videtur, imprimis quum πιστὸς ᾄδης esset ipse thyrsus. MATTH.

1161. τὸν καλλίνικον] Subauditur enim ὕμνον. Quod monent Musgravius ad Med. 45. Brunckius ad Sophoclis Trach. 207. Schæferus ad Bosium p. 508. ELM.

ἐξεπράξατε Scaliger. Libri ἐξεπράξατο.

1163. εἰς—εἰς] Scribendum ἐς—ἐς.

γόον Canterus et, ut videtur, codices. γόνον Ald.

1164. καλὸς—αἴ- | ματι— | περ.— Ald.

1166. δόμους Stephanus et codices, ut videtur. δρόμους Ald.

1169. Persona quæ nunc primum inducitur, in Pal. appellatur γυνή. ELM.

τί μ' ὀροθύνεις Hermannus. Legebatur τί με δὴ (δὴ om. Pal.) ὀρθεῖς. ὀρθοῖς MSS. Stephani, quæ ipsius Stephani conjectura est.

1170. Scribendum uno versu φέρομεν—θήραν. et in antistropho 1184. νέος—βάλλει.

Plutarchus Crasso p. 564 E. τῆς δὲ κεφαλῆς τοῦ Κράσσου κομισθείσης ἐπὶ θύρας, ἐπηρμέναι μὲν ἦσαν αἱ τράπεζαι· τραγῳδιῶν δὲ ὑποκριτὴς, Ἰάσων ὄνομα, Τραλλιανὸς, ᾖδεν Εὐριπίδου Βακχῶν τὰ περὶ τὴν Ἀγαύην. εὐδοκιμοῦντος δ' αὐτοῦ, Σιλλάκης ἐπιστὰς τῷ ἀνδρῶνι καὶ προσκυνήσας, προὔβαλλεν εἰς μέσον τοῦ Κράσσου τὴν κεφαλήν. κρότου δὲ τῶν Πάρθων μετὰ κραυγῆς καὶ χαρᾶς ἀραμένων, τὸν μὲν Σιλλάκην κατέκλιναν οἱ ὑπηρέται, βασιλέως κελεύσαντος· ὁ δ' Ἰάσων, τὰ μὲν τοῦ Πενθέως σκευοποιήματα παρέδωκε τινὶ τῶν χορευτῶν, τῆς δὲ τοῦ Κράσσου κεφαλῆς λαβόμενος καὶ ἀναβακχεύσας, ἐπέραινεν ἐκεῖνα τὰ μέλη μετ' ἐνθουσιασμοῦ καὶ ᾠδῆς· Φέρομεν ἐξ ὄρεος ἕλικα νεότομον ἐπὶ μέλαθρα, μακαρίαν θήραν. καὶ ταῦτα μὲν πάντας ἔτερπεν. ᾀδομένων δὲ τῶν ἐφεξῆς ἀμοιβαίων πρὸς τὸν χορὸν, Τίς ἐφόνευσεν; Ἐμὸν τὸ γέρας, ἀναπηδήσας ὁ Πομαξαίθρης (ἐτύγχανε γὰρ δειπνῶν) ἀντελαμβάνετο τῆς κεφαλῆς, ὡς ἑαυτῷ ταῦτα λέγειν μᾶλλον ἢ ἐκείνῳ προσῆκον. ἡσθεὶς δ' ὁ βασιλεὺς, τὸν μὲν οἷς πάτριόν ἐστιν ἐδωρήσατο, τῷ δ' Ἰάσονι τάλαντον ἔδωκεν. εἰς τοιοῦτό φασιν ἐξόδιον τὴν Κράσσου στρατηγίαν, ὥσπερ τραγῳδίαν, τελευτῆσαι. Idem Mor. p. 501 B. τῆς δὲ μαινομένης Ἀγαύης ἀκούεις ὑπὸ τοῦ πάθους τὰ φίλτατα ἠγνοηκυίας, Ἄγωμεν ἐξ ὄρεος ἕλικα νεότομον ἐπὶ μέλαθρα, μακάριον θήραμα. Polyænus 7. 41. similia Plutarcho tradit, eadem quoque Euripidis verba affert. Casauboni sive beneficio sive culpa apud Polyænum in impressis eadem legitur scriptura quæ apud Euripidem. Sed MS. apud Maasvicium; φέρων μὲν ἐξ ὄρεος νεότομον ἐπὶ μέλανθρα μακάριον θήραν. ELM.

ὀρέων] ὄρεος Plutarchus et Polyænus, quod præstat. Intelligitur Cithæron.

1171. Verba ἕλικα νεότομον interpretatur Portus *juvencum recens interfectum*, Musgravius *catulum recens interfectum*. Si ad Homericum εἰλίποδας ἕλικας βοῦς alludit Euripides, quo

jure quove auctore ἕλικα dixerit omisso βοῦν, nondum mihi compertum est. Nihil adjumenti præbet Æschylus Prom. 1082. aut ipse Euripides Hel. 180. Herc. 399. 1347. Neque βοῦν νεότομον recte dictum mihi videtur. Huic enim epitheto melius conveniret πτόρθος, ἔρνος aut ejusmodi aliquid. ELM. Mihi ἕλιξ proprie de racemis hederæ intelligendus videtur. Thyrso enim, qui hedera circumdari solebat, infixum gestans Agaue caput filii, nova se hedera thyrsum ornasse dicit, caput hoc hederæ instar ornamentum thyrsi sui esse jactans. HERM.

1172. μακαρίαν θήραν Plutarchus. μακάριον θήραν Polyænus. Legebatur μακάριον θήραμα.

1173. τε male excusum pro γε. Particulam om. Pal.

ὦ om. Pal. In Ald. est ὦ.

1174. Lacunam post βρόχων indicavit Canterus.

νέον λίν] Aldus νέον νιν. MSS. Stephani et edd. recentiores ante Brunckium νέον λῖν. Hic λὶν reposuit auctore Eustathio p. 841, 22. τὸ δὲ λίς, κατὰ μὲν Ἀρίσταρχον, ὥς φασιν οἱ περὶ Ἀπίωνα καὶ Ἡρόδωρον, ὀξύνεται, συνεξομοιούμενον τῷ χαρακτῆρι τοῦ κίς κιός. ELM.

1179. πρώτα Hermannus. πρῶτα Pal. πρῶτά γε Ald. Conf. ad v. 982. πρῶτά γε posuit corrector Aldinus ut dimetrum iambicum efficeret. Nam versus in Ald. sic sunt divisi, τίς— | ἐμὸν — | κληϊζόμεθ' — | τίς — | γένεθλα — | δ' ἔθιγε — | μέτεχε—.

ἐμὸν Musgravius. ἐμὸν ἐμὸν libri.

1180. Vulgo Χο. μάκαιρ' Ἀγαυή. Ἀγ. κληζόμεθ'—. Correxit Seidlerus. Deleatur punctum quod post Ἀγαύη in editione mea reliquit typotheta.

1181. ΧΟ. τίς ἄλλα; Ἀγ. τὰ Κάδμου Heathius. In Ald. verba τίς ἄλλα τὰ Κάδμου cum præcedentibus κληζόμεθ' ἐν θιάσοις tribuuntur.

γένεθλα Heathius. γένεθλα γένεθλα libri.

1182. εὐτυχεῖς] Pal. a prima manu εὐτυχὴς habuisse videtur. Idem τάδ' ἄγρα. ELM.

1184. ἄρτι γένυν Pal. ἀρτιγένυν Ald.

1185. ἄπο] Libri ὑπό. "κόρυθα, ornamentum capitis, vix potest dubitari quin pro ipso capite posuerit. Quare pro ὑπὸ scripsi ἄπο, ut per tmesin a verbo disjunctum. Hoc dicit: *vitulus hic, juvenis adhuc genas, comatum molli crine amisit capitis ornamentum.*" HERM.

1187. πρέπει—φόβη choro tribuit Tyrwhittus, Agauæ continuat Ald.

φόβη MSS. Stephani. φόβῳ Ald.

1189. Βάκχιος] βάκχειος Pal.

σοφῶς Brunckius. Vulgo σοφός. Ita mox v. 1197. περισσὰν περισσῶς.

1190. θήρᾳ] θήρα Ald.

1191. τοῦδε Hermannus. τόνδε libri.

1192. Recte se habere videtur ἀγρεύς. Apollonius Rhodius 2. 508. a Musgravio allegatus: ἔνθα δ' Ἀρισταῖον Φοίβῳ τέκεν, ὃν καλέουσι | ἀγρέα καὶ νόμιον πολυλήϊοι Αἰμονιῆες. Sed nemini non in mentem venit Ζαγρεὺς, de quo nonnihil dixit Barnesius. ELM.

1193. τί δ' om. Pal. Signum interrogandi addidit Hermannus.

1194. δὲ] δὲ καὶ Pal. τάχα—περισσῶς Agauæ tribuebantur. Correxit Hermannus. καὶ παῖς—περισσῶς choro tribuit Ald.

1195. καὶ—ματέρα | ἐπαινέσεται— | τάνδε— | περισσὰς— | γέγηθα— | τάδ'—κατ. Ald.

ἐπαινεύσεται Pal.

1197. περισσὰν MSS. Stephani et Brodæus. περισσὰς Ald.

Hoc ex vet. cod. discimus, ἀγάλλῃ dici a choro, at γέγηθα &c. ab Agave, deinde δεῖξόν νυν rursum a choro. STEPHANUS. In Aldina hæc omnia choro tribuuntur, præter ἀγάλλῃ, cui præfixa est Agaves persona. Edd. recentiores personas recte dispositas habent. Notam interrogationis post ἀγάλλῃ primus addidit Portus. ELM.

1198. καὶ φανερὰ Pal. φανερὰ καὶ Ald.

1199. τῇδε γᾷ L. Dindorfius. Legebatur τάδ' ἔργα.

1205. Noster Hipp. 220. καὶ παρὰ χαίταν ξανθὰν ῥίψαι | Θεσσαλὸν ὄρπακ'. Ubi videantur interpretes. ELM. Vid. schol. Flor. ad Hec. 1132. MATTH.

1209. Sensus est, ἡμεῖς δὲ ταύτῃ χειρὶ τόνδε τε εἵλομεν θῆρα καὶ ἄρθρα αὐτοῦ χωρὶς διεφορήσαμεν. ELM.

1212. αἱρέσθω Barnesius. αἱρέσθω Ald.

1213. πηκτῶν] πλεκτῶν libri. Correxit Barnesius, collato Phœn. 491. μήτε προσφέρειν | πύργοισι πηκτῶν κλιμάκων προσαμβάσεις.

οἴκους Pal. οἴκων Ald.

1220. πέδῳ Pal. πέσω Ald.

1221. δυσευρέτῳ] *In silva ita abdita ut vix inveniri et explorari possit.* MATTH.

1222. του] που Flor. 1. Med. 67. ἥκουσά του λέγοντος, οὐ δοκῶν κλύειν.

1223. Aldus hic ἔσω, sed recte εἴσω v. 825. Ἐγὼ στελῶ σε, δωμάτων εἴσω μολών. Vide ad Med. 89=88. Ἴτ' (εὖ γὰρ ἔσται) δωμάτων εἴσω, τέκνα. ELM.

1224. βακχῶν πέρι] Βακχῶν πάρα *a Bacchis redux* Musgravius. Quum utrumque dici possit, et ἥκουσα θυγατέρων τολμήματα, et ἥκουσα περὶ θυγατέρων, utrumque, interjectis aliquot verbis, conjunxit, sed ita ut quum priore loco filias tantum commemorasset, deinde Bacchas nominaret, inter quas illæ quoque versabantur. MATTH.

1227. Ἀκτέων'] Scribebatur Ἀκταίων'.

Ἀριστέᾳ L. Dindorfius. Ἀριστέα Ald. Non opus Heathii correctione Ἀρισταίῳ. Vide de his formis disputantem Hemsterh. ad Luciani Dial. mort. 11. p. 377.

1230. τὴν δ' Barnesius. τήνδ' Ald.

1232. αὐτῆς] Scaliger αὐτήν. Sed parum referre mihi quoque videtur: nam qui infelicem adspectum filiæ videt, is haud dubie filiam videt, triste spectaculum. MATTH. Valde probabilis Scaligeri correctio est, quacum Brunckius comparavit Or. 723. ἀλλ' εἰσορῶ γὰρ τόνδε φίλτατον βροτῶν | Πυλάδην δρόμῳ στείχοντα Φωκέων ἄπο, | ἡδεῖαν ὄψιν.

1236. Diogenes Laërtius Hipparchia 6. 97. ὁ δὲ [Θεόδωρος] πρὸς μὲν τὸ λεχθὲν οὐδὲν ἀπήντησεν, ἀνέσυρε δ' αὐτῆς θοιμάτιον. ἀλλ' οὔτε κατεπλάγη Ἱππαρχία, οὔτε διεταράχθη ὡς γυνή. ἀλλὰ καὶ εἰπόντος αὐτοῦ αὐτῇ, Τίς τὰς παρ' ἱστοῖς ἐκλιποῦσα κερκίδας, Ἐγώ, φησίν, εἰμί, Θεόδωρε. ἀλλὰ μὴ κακῶς σοι δοκῶ βεβουλεῦσθαι περὶ ἐμαυτῆς, εἰ τὸν χρόνον, ὃν ἔμελλον ἱστοῖς προσαναλώσειν, τοῦτον εἰς παιδείαν κατεχρησάμην; Suidas v. Θεόδωρος: οὗτος εἶπε πρὸς Ἱππαρχίαν τὴν γυναῖκα Κράτητος· Αὕτη ἐστὶν ἡ τὰς παρ' ἱστοὺς ἐκλιποῦσα κερκίδας, καὶ τρίβωνα φοροῦσα. Hæc contulit Theod. Canterus Var. Lect. 1. 6. ELM.

1237. μείζον'] μεῖζον Pal.

1241. ἐμοῖς] ἐμῆς Pal.

1245. ταλαίνας typothetæ error pro ταλαίναις.

ἐξειργασμένων Pal. punctis sub literas ων positis. ἐξειργασμένον Ald.

1251. Hunc versum attulit Stobæus 116, 3. ubi lemma in MS. A. est Εὐριπι δ 'Ανδρομάχ ης. Noster Andr. 728. 'Ανειμένον τι χρῆμα πρεσβυτῶν γένος, | καὶ δυσφύλακτον ὀξυθυμίας ὕπο. ELM.

1252. σκυθρωπόν] σκυθρωπός Pal.

1253. Excidit comma post τρόποις.

1254. ἅμα] Corrigendum videtur θαμά.

Aldus ὀριγνῶτ', quod in ὀριγνῷτ' recte mutavit Portus. Conferunt interpretes Hesiodum Scuto v. 189. καί τε συναΐγδην, ὡσεὶ ζωοί περ ἐόντες, | ἔγχεσιν ἠδ' ἐλάτῃς αὐτοσχεδὸν ὠριγνῶντο. Supplendum ἀλλήλων. Ab ὀρέγομαι fit ὀριγνῶμαι, quod ἐπιθυμῶ explicant grammatici. Harpocratio: 'Οριγνηθῆναι: ἀντὶ τοῦ ἐπιθυμῆσαι. 'Αντιφῶν ἐν ἀληθείας πρώτῳ. Plura Hesychius aliique. Apud Euripidem verba θηρῶν ὀριγνῷτο significant θῆρας διώκοι. ELM.

1257. Pal. σοί τ' ἐστιν τίς αὐτὸν δεῦρ' ἂν ὄψιν εἰς ἐμὴν, Media omissa sunt.

1266. Aldus τῶνδ'. MSS. Stephani et edd. recentiores τόνδ', αἰθέρα scilicet. ELM.

Compositum ἐξυπειπεῖν sæpius non legitur, si lexicis fides habenda est. ELM.

1267. ἔθ' αὐτὸς Pal. ἔθ' ὠὐτὸς Ald.

1268. διιπετέστερος, id est, διαυγέστερος, ut exponit auctor Etymol. M. qui hunc versum citat p. 275. l. 14. Noster Rhesi 43. διιπετῆ δὲ νεῶν πυρσοῖσι σταθμά. BRUNCK. Etymologi verba sunt: καὶ διιπετέος ποταμοῖο, τοῦ διαφανοῦς καὶ μεγάλου, ἢ κατωφεροῦς, ἢ ὑπὸ τοῦ Διὸς πληρουμένου· ἐπεὶ διαυγέστατον τὸ ὕδωρ ἔχει. καὶ τὸν ἀέρα διιπετῆ καλοῦσιν. Εὐριπίδης· Λαμπρότερος ἢ πρὶν καὶ διιπετέστερος. ἀντὶ τοῦ διαυγέστερος. Plura interpretes ad Il. Π. 174. Vide an scribendum διειπετέστερος, ut Διειτρέφης, de cujus nominis scriptura dixi ad Med. p. 139. ELM.

1269. τόδ' ἔτι] τόδέ τι Pal.

1272. σαφῶς Reiskius. Legebatur σοφῶς.

1273. Pal. ὡς ἐλέλησμαι γ'.

1274. Scaliger ὑμέναιον μέτα.

1275. Sensus est: Ἔδωκάς με 'Εχίονι, ὃν σπαρτὸν εἶναι λέγουσι. Recte Portus: *Elocasti me Echioni nato* (*ut aiunt*) *ex satis dentibus*. ELM.

1277. Pal. πενθεὺς ἐμοί τε.

1280. Pal. σκέψαι νῦν ὀρθῶς. Nescio an præstet νιν. ELM. Verba βραχὺς ὁ μόχθος εἰσιδεῖν Agavæ tribuit Pal. ELM.

1281. Media forma φέρομαι vereor ut hic sententiæ conveniat. Quæ suspicio si vera est, reponendum φέρομεν. Vide ad προσάψομαι Med. 1382=1349. ELM. φέρομαι explico *tanquam præmium fortitudinis reporto.* Respicit ad id, quod adhuc ei visum fuerat. MATTH.

1284. προσεικέναι] Vulgo legitur, contra sermonis Attici usum, προσεοικέναι. Mœris: Εἰκῶς, Ἀττικῶς. ἐοικῶς, Ἑλληνικῶς. BRUNCK. Aristophanes Eccl. 1154. μηδὲ ταῖς κακαῖς ἑταίραις τὸν τρόπον προσεικέναι. Hoc exemplum attulit Piersonus p. 148. qui addit: *Semel legibus metricis coactus ἐοικῶς posuit Vesp.* 1404. Sed ibi nunc recte legitur ἔοικας. Sanum videtur, quod vulgo legitur ibid. 1136. ἀτὰρ δοκεῖ γ' ἐμοὶ | ἐοικέναι μάλιστα Μορύχου σάγματι. ELM.

574. *βαλεῖς*] Scribendum *βαλεῖ* cum Musgravio. Intelligitur autem *ὁ Βάκχιος* e versu proximo.

579. *τε* Flor. 1. 2. *δὲ* Ald.

586. *ἐκ τοῦ Δαρδάνου*] E domo Dardani. Sic *ἐκ Τροφωνίου* Ion. 405. MUSG.

588. *κἀντρυφᾷς πεπωκότι* Casaubonus. Legebatur *κἀν τρυφαῖς πεπωκότα*.

589. *οἶνον* codices. *ὕπνον* Ald.

591. ἀνήρ] Libri ἀνήρ.

592. φάρυγος Matthiæ. Libri φάρυγγος.

ὠθήσει Par. G. Flor. 1. 2. ὠθήσῃ Ald.

594. παρευτρέπισται] Scribendum παρηυτρέπισται.

597. παθεῖν Par. G. Flor. 1. 2. μαθεῖν Ald.

598. ἀπάλαμνον Canterus. Libri ἀπαλλαγμόν.

τἀνθάδ' Scaliger et, ut videtur, codices. τἀνθένδ' Ald.

600. ἀπαλλάχθηθ' ἅπαξ non *libera nos*, ut vertit Æm. Portus, sed *libera te uno ictu :* nam, ut omnibus diis, sic Vulcano molestus esse fingitur Polyphemus. MATTH.

604. αὐτόν] αὐτήν Flor. 1. 2.

609. καρκίνος] *Forceps fabrilis.* Sensus extra metaphoram est: *malum ineluctabile Cyclopem invadet.* Forcipi fabrili comparatur arcta compressio. Oppian. Hal. 2, 342. Ovid. Metam. 9, 78. *angebar, ceu guttura forcipe pressus.* MUSG.

610. In Ald. duo versus. quorum alter a πυρὶ incipit.

614. 615. Revocanda veterum editionum interpunctio ἤδη δαλὸς ἠνθρακωμένος κρύπτεται εἰς σποδιὰν, δρυὸς ἄσπετον ἔρνος. quam non debebat mutare Matthiæ.

614. 622. De metro v. ad v. 374.

615. εἰς] Scribendum ἐς.

δρυὸς] Oleæ ramus erit, non quercus, v. 454. δρυὸς igitur cum Brodæo interpretandum *arboris.* Hesychius: δρῦς, πᾶν ξύλον καὶ δένδρον. MUSG.

620. Βρόμιον versui proximo addit Ald.

624. θῆρες] Hesych. θῆρας: τοὺς σατύρους.

628. ἐξαμιλληθῇ πυρί] Comparari potest Pindari φόνῳ πάλαισεν. Nem. 8. antistr. 2. Sed nec absurdum foret ἐξομιλήσῃ πυρὶ, ut πυρὶ ὁμιλήσῃ apud Polluc. 1, 49. MUSG.

631. ἔσω] Præstat εἴσω.

διάπυρος Flor. 1. 2. διὰ πυρὸς Ald.

δ' ἐστὶν] ἔξεστι Flor. 1.

632. Χο. additum ex MSS. Stephani.

633. καυστὸν (poterat καυτὸν) Scaliger. Libri καὶ τόν.

ἐκκαίειν] ἐκκάειν Flor. 1.

635. 636. semichorio tribuit Canterus: choro Ald.

635. μακρότερον cum Musgravio vel μακροτέρῳ Matthiæ. Libri μακρότεροι.

636. ὠθεῖν] Id est ἢ ὥστε ὠθεῖν.

ἐς Flor. 1. 2. πρὸς Ald.

638—641. Inter hemichoria distribuit Musgravius. Ὀδ. ταυτὸν —. Χο. τοὺς γὰρ — Ὀδ. ἑστῶτες — Χο. καὶ τά γ' — Ald.

640. τά γ'] τάδ' Hervagiana utraque.

641. μέστ' ἐστὶν Scaliger. Libri μέτεστιν.

κόνεος Musgravius. Libri κόνεως.

642. ἄνδρες] Libri ἄνδρες.

648. παιδα γῆς] Aliter Homerus Odyss. α'. v. 68. Sed recte judicat Barnesius, Polyphemum παῖδα γῆς appellari, tanquam *hostem deorum*. Tales enim plerumque οἱ τῆς γῆς παῖδες. MUSG.

649. ᾔδη Heathius. Libri ᾔδειν.

654. ἐν τῷ Καρὶ] Cares, teste Ælíano de Animal. 12, 30. omnium primi stipendio militabant, unde Car apud antiquos idem fere valet, quod mercenarius. Julianus de Regno: ἐν Καρὸς εἵπετο τάξει καὶ σχήματι. Hinc natum proverbium ἐν τῷ Καρὶ κινδυνεύειν. cum quis in aliena cute periculum faceret. Aristides, vol. 1. p. 163. ἐν τῷ Καρὶ, καὶ οὐκ ἐν τοῖς ἑαυτῶν σώμασι, τὴν πεῖραν ποιούμενοι. Adde Hesychium v. ἐν Καρὶ, ubi præcipuum ejus usum esse docet, de iis, qui animas viliores periculis pro se objiciunt; quod quidem prudentis viri esse affirmat ex parœmia alia Polybius: δεῖ γὰρ ἐν τῷ Καρὶ τὴν πεῖραν, ὥς φησιν ἡ Παροιμία. p. 603. C. Facete igitur chorus: *in Care periclitabimur*, i. e. nos, quorum vita magni æstimanda est, extra periculum stabimus, et te, vile et ignobile caput, morti pro nobis objiciemus. MUSG.

656. γενναιότατ'] γενναιότατα Ald. Incerta metrorum descriptio est. σπεύδετε fortasse proximo versui addendum et ἐκκαίετε in καίετε mutandum cum Bothio.

659. τύφετ' ὦ, καίετ' ὦ Musgravius. Libri τυφέτω, καιέτω.

661. σ'] δ' Flor. 1. 2.

664. τόνδ' ὦ Par. G. Flor. 1. 2. τόνδε Ald.

672. ἀπώλεσ' Matthiæ. Libri ἀπώλεσεν. σ' post οὐδείς addidit Battierius ap. Rambach. ad Casaub. De poesi satyr. p. 172.

674. ὦς Ald. ὡς Barnesius, vertens *utinam et tu sis talis*. MATTH. Interpretatio inepta. Mihi totus versus tam inutilis videtur ut non dubitem quin ex interpretamentis sit

compositus. Nam ὡς δὴ σύ ad σκώπτεις fuit adscriptum, illa autem πῶς σ' οὔτις ἂν θείη τυφλόν præcedentium verborum οὐκ ἄρ' εἶ τυφλός sententiam explicant.

καὶ πῶς σ' οὔτις ἂν Canterus. καὶ πῶς σ' οὔτις δ' ἂν Flor. 1. 2. καὶ πῶς σύ; τίς σ' ἂν Ald.

677. κατέκλασεν Musgravius. κατέκαυσε libri. Probabilior Canteri emendatio est κατέκλυσε.

680. ἐπήλυγα λαβόντες jungenda, pro ἐπηλυγασάμενοι, ut Plat. Lys. p. 207. B. τούτους ἐπηλυγασάμενος, *horum circulo tanquam umbraculo aliquo se occultans*. Etym. M. p. 356, 55. καὶ ἐπηλυγασάμενος, ἀντὶ τοῦ προβαλόμενος, ἐπίπροσθεν ποιησάμενος, ὥστε σκοτισθῆναι. Vid. Ruhnk. ad Tim. p. 117. Pierson. ad Mœr. p. 163. Nominativum ἐπήλυξ non magis in usu fuisse credo, quam καλλιγύναιξ. MATTH.

681. χερός Flor. 1. 2. χειρός Ald.

682. σου additum ex Flor. 1. 2.

684. παίσας] Scribendum videtur πταίσας, quod conjecit Reiskius.

687. Ante οἴμοι typothetæ culpa excidit ΚΥ.

688. οὗτος] οὔτις Florens Christianus. Non opus.

690. σῶμ' Par. E. Flor. 1. 2. δῶμ' Ald.

692. μ' om. Flor. 1. 2.

694. κακῶς] Similiter dictum Heracl. 171. DOBR.

696. παλαιὸς χρησμὸς] Telemi, Eurymi filii: vid. Homer. Od. I, 507. Ovid. Metam. 13. fab. 8. BARN.

701. δέδραχ' Par. E.G. Flor. 1. 2. δέδορχ' Ald.

702. ἐγὼ δ'] κἀγὼ δ' Flor. 1.

706. συνναύταισι] σὺν ναύταισι Flor. 1. 2. σὺν ναύτῃσι Ald. συνναύτῃσι Canterus.

συντρίψω] τρίψω Flor. 1.

707. ἀμφιτρῆτος] Sophocles Philoct. v. 16. δι' ἀμφιτρῆτος αὐλίου. ubi scholiastes: ἀμφιτρῆτος, τοῦ ἀμφοτέρωθεν τετρημένου. Ellipsin vocis πέτρας, præterquam in hoc Euripidis loco, non observavi. MUSG.

709. Βακχίῳ δουλεύσομεν] Posthac ad Bacchi ministeria vacabimus, tua tyrannide liberati. Silenus autem et Satyri, cum Mænadibus, semper Bacchi comites habebantur; quia vinum plerumque saltationes et lasciviam provocat, et ridiculas gesticulationes et protervos jocos excitare solet. De Polyphemo autem et illius cœcatione aliisque rebus ad hanc fabulam per-

tinentibus, præter nonum librum Homericæ Odysseæ, qui totus in hac re versatur, videsis Virgil. Æn. 3. v. 616. ad v. 681. Item Theocr. Idyll. 11. Cyclops dictum, Ovid. Metamorph. l. 13. fab. 8. Nonni Dionys. l. 14. Heraclitus — *περὶ ἀπίστων, κεφαλῇ ια'*, hæc ait: *Τοῦτον ἄν τις ὑπολάβοι διαιτώμενον ἐπ' ἐρημίᾳ, νόμων ἄπειρον εἶναι, πεποιθέναι δὲ τῇ βίᾳ, μίαν αἴσθησιν ἔχοντα τὴν ἀπὸ τῆς ὁράσεως, λογισμῷ δὲ μηδὲν προβλέποντα. Ὃν ὁ σοφὸς Ὀδυσσεὺς κατεπόνησεν.* Servius contra illum prudentem fuisse ait: "Multi," inquit, "Polyphemum dicunt unum habuisse oculum; alii duos, alii tres, sed totum fabulosum est. Nam hic vir prudentissimus fuit, et ob hoc oculum in capite habuisse dicitur, i. e. juxta cerebrum; quia prudentia plus videbat. Verum Ulysses eum astu superavit, et ob hoc eum cœcasse fingitur." Ego puto illum stolidi potius cujusdam emblema, viribus valentis, et consilii et pietatis expertis. Cujusmodi gigantes fuisse fere omnes memorantur, ideo Terræ filii dicti, quod nihil divinum saperent, sed crasso erant ingenio, et stolide suis viribus confisi pessime tandem periere; unde de iis recte Horatius cecinit Od. 3, 4. *Vis consili expers mole ruit sua: Vim temperatam dii quoque provehunt In majus: iidem odere vires Omne nefas animo moventes.* BARN.

HERACLIDÆ.

CONJICIO actam Heraclidas tragœdiam Ol. 90. 3. quum rupto fœdere Argivi pacem cum Laconibus facerent, Atheniensibus autem bellum inferrent, efficientibus optimatibus (Thucyd. 5. 76 sq.), qui ipsi in Heraclidis Euripidis injuriam faciunt: anno tamen proximo, restituto Argis populari imperio, cum Atheniensibus in gratiam redeunt (Thucyd. 5, 82. coll. Dodwell. Annal. Thucyd. p. 687.) unde calculus noster fit etiam firmior. BOECKH. de Tragicis Græcis p. 190. Ex iis quas nunc habemus Euripidis tragœdiis quatuor sunt quæ ceteras ætate superare mihi videntur; Medea scilicet, Hippolytus, Alcestis et Heraclidæ. Hæ enim numeros habent severiores et puriores, a quorum *ἀκριβείᾳ* absunt ceteræ omnes, aliæ quidem propius, ut Hecuba, aliæ vero longius, ut Orestes. ELM. ad Medeam p. 70. Ex metris carminum choricorum hanc fabulam ejusdem fere ætatis atque Andromacham esse conjicere licet, id est olympiadis octogesimæ septimæ exeuntis vel octogesimæ octavæ. Versum 1006. imitari videtur Aristophanes in Vespis 1160. quæ fabula acta est olymp. 89, 2. Ad Equitum v. 214. aliquid ex Heraclidis comicum *παρῳδῆσαι* annotavit scholiasta, in nomine tragœdiæ, ut videtur, errans. Ceterum hæc fabula in iis est quas quartum in tetralogia locum tenuisse probabiliter statuere liceat: de qua re diximus in prooemio ad Rhesum.

---

1. *τοῦτ' ἐμοὶ*] *τοῦτό μοι* Stobæus 10, 1.

2. *ἀνήρ* non cum *δίκαιος* copulandum, sed jungenda sunt *πέφυκ' ἀνήρ, vir fortis est aliis*, i. e. eos juvat vel cum suo periculo. Similiter infra 993. El. 698. MATTH.

3. *ἐς τὸ κέρδος ἀνειμένον*] *Propensum in lucrum* plerique

interpretes. Malim, *lucro deditum*. Milites Ægyptios *τοὺς ἐς τὸν πόλεμον ἀνειμένους* appellat Herodotus 2. 167. Paullo ante c. 165. verba *ἀνέονται* (malim *ἀνέαται*) *ἐς τὸ μάχιμον* eodem sensu usurpantur. Apud eundem 7. 103. qui libertate fruuntur *ἀνειμένοι ἐς τὸ ἐλεύθερον* (in aliis libris *ἐλευθέριον*) dicuntur. Adde verba *ἀνιέναι ἑωυτὸν ἐς παιγνίην, dare se ludo*, 2. 173. Quæ loca affero propter præpositionem *εἰς* verbo *ἀνιέναι* subjectam. Cujus constructionis alterum exemplum apud Atticos poetas haud reperi. ELM. *ἀνειμένον ἐς κέρδος* Blomf. in censura edit. Elmsleii (*Quarterly Review* fasc. 18.) comparat cum lectionibus *corpora in Venerem solvunt* Virg. Georg. 4. 198. *solvitur in somnum* id. Æn. 4. 530. quæ tamen aliquantum diversa sunt. Animus *ἀνειμένος ἔς τι* dicitur ita ratione et legibus solutus, ut uni alicui rei totum se dedat, reliqua omnia negligens, modo unum aliquod assequatur, quem Latini *effusum* dicunt. Locum Platon. Rep. 8. p. 447. quem idem Blomf. citat, reperire non potui. MATTH.

4. *φίλοις τ' ἄχρηστος* Stobæus. Omnino retinenda vulgata scriptura. Solent enim plerumque tragici in hujusmodi sententiis publica et privata officia distinguere. Ita noster Antiopa fr. 11. *ὁ δ' ἥσυχος, φίλοισί τ' ἀσφαλὴς φίλος, Πόλει τ' ἄριστος*. Ibid. fr. 29. *Ἄργος μὲν οἴκοις* (f. *ἀστοῖς*) *καὶ πόλει γενήσεται, Φίλοισι δ' οὐδείς*. Nostro loco verba *καὶ ξυναλλάσσειν βαρὺς* de privatæ vitæ officiis accipienda sunt. *Συναλλάσσειν* enim *commercium cum aliquo habere* significat. Recte Portus, *et in vitæ commercio gravis*. Adde Antiop. fr. 10. *κόσμος δὲ σιγῆς στέφανος ἀνδρὸς οὐ κακοῦ. τὸ δ' ἐκλαλοῦν τοῦθ', ἡδονῆς μὲν ἅπτεται, κακὸν δ' ὁμίλημ', ἀσθενὲς δὲ καὶ πόλει*. Dubito de scriptura primi versus. Tertius nostro versui simillimus est. ELM.

συναλλάξαι Stobæus. Quæ varietas vulgata scriptura nihilo deterior est. *Ἀναγκάζειν* pro *ἀναγκάσαι* in fine senarii habet Aldus in Hippol. 926. ELM.

6. *αἰδοῖ*] *Præ pudore* omnes interpretes. Meliorem interpretationem suppeditabit ipse poeta Suppl. 909. *ἐκ τῶνδε μὴ θαύμαζε τῶν εἰρημένων, Θησεῦ, πρὸ πύργων τούσδε τολμῆσαι θανεῖν. τὸ γὰρ τραφῆναι μὴ κακῶς, αἰδῶ φέρει. αἰσχύνεται δὲ τἀγάθ' ἀσκήσας ἀνὴρ κακὸς κεκλῆσθαι πᾶς τις*. ELM.

7. *ἡσύχως*] *ἥσυχον* vel *ἡσύχῳ* Elmsleius aliorum Euripidis

locorum comparatione adductus, in quibus ἥσυχον μένειν et similia leguntur.

8. εἷς] εἷς ὢν Flor. 2.

Ἡρακλέει hic et v. 988. Elmsleius monitu Porsoni ad Med. 675. Libri Ἡρακλεῖ.

10. τὰ κεῖνον Barnesius. τἀκείνου Ald.

11. αὐτὸς δεόμενος σωτηρίας] Ridet hæc Aristophanes Eccl. 412. ὁρᾶτε μέν με δεόμενον σωτηρίας Τετραστατήρου καὐτόν. ἀλλ' ὅμως ἐρῶ, ὡς τὴν πόλιν καὶ τοὺς πολίτας σώσετε. Idem Eq. 214. τάραττε, καὶ χόρδευ' ὁμοῦ τὰ πράγματα. Schol. παρῳδίας τρόπον. παρῴδησε γὰρ τὸν ἰαμβὸν ἐξ Ἡρακλειδῶν Εὐριπίδου. Nihil in nostra fabula reperio, quod in comici senario παρῳδημένον videatur. ELM.

14. ἐξέδραμεν] ἐξέδραμον libri. Correxit Reiskius. "Tria sunt verba ἀποδιδράσκω, διαδιδράσκω, ἐκδιδράσκω, quorum futura sunt ἀποδράσομαι, διαδράσομαι, ἐκδράσομαι, aoristi ἀπέδραν, διέδραν, ἐξέδραν. Præter nostrum locum, et Soph. Aj. 167. ubi legitur ἀπέδραν pro ἀπέδρασαν, nusquam, quod sciam, hæc verba apud tragicos occurrunt. Ἐξεδίδρασκε, *effugiebat, effugere conabatur*, habet Aristoph. Vesp. 126. ἐκδιδράσκουσιν Thucydides 1. 126. ἐκδιδρήσκει Ionice Herodotus 6. 24. 90. 9. 88. ἐκδρᾶσα Aristoph. Eccl. 55. ἐκδράντες Herod. 4. 148. ἐκδιδράσκουσιν Thucydides 1, 126. 6, 7." ELM.

16. ἐξορίζοντες] Noster Med. 433. διδύμους ὁρίσασα πόντου πέτρας. Æsch. Suppl. 553. διχᾷ δ' ἀντίπορον γαῖαν ἐν αἴσᾳ διατέμνουσα πόρον κυματίαν ὁρίζει. ELM.

18. ἡμᾶς Brodæus et codices, ut videtur. ὑμᾶς Ald.

21. Legebatur πόλιν προτιμῶν (προτιμᾶν Flor. 1.) Ἄργος οὐ σμικρὰν φίλων | ἔχθραν γε θέσθαι (Aldina γενέσθαι). Quibus quattuor quæ insunt vitia, eorum unum Canterus, unum Musgravius sustulerunt reposito προτείνων et γε in τε mutato, duo aliis reliquerunt corrigenda. Nam quod Musgravio placuit φιλεῖν ἔχθραν τε θέσθαι, de puella aptius quam de civitate dicas. Scribendum erat οὐ σμικρὰν φίλην | ἐχθράν τε θέσθαι. Non exiguum quid interesse ait amicos an hostes habeas Argivos: quam sententiam similiter expressit Thucydides 1, 36. χωρίον προσλαβεῖν ὃ μετὰ μεγίστων καιρῶν οἰκειοῦταί τε καὶ πολεμοῦται.

προτείνων] *Minaciter ostentans.* MUSG.

23. τἀπ' ἐμοῦ] Id est τὰ ἀπὸ ἐμοῦ, *opem quam ego fortasse*

feram. MATTH. Tro. 74. ἕτοιμ' ἃ βούλει τἀπ' ἐμοῦ. 1154. τἀπ' ἐμοῦ τε κἀπὸ σοῦ. PFLUGK.

32. σύγκληρον—χθόνα] Eodem sensu dicitur ξύνοικον λαὸν infra v. 82. Vide ad v. 81. Scenam fabulæ non temere Marathone collocavit poeta, sed in eo veterem civium suorum opinionem secutus est. Vide Sophoclis interpretem, cujus verba ad v. 81. citabo. Duo autem fuerunt Atticæ pagi, in quibus maxime vigeret Herculis cultus, Marathon scilicet, et ὁ Διομείων δῆμος, in quo situm erat nobile gymnasium, Cynosarges. Herculis fanum Marathonium memorat præter alios Herodotus 6. 108. utrumque idem 6. 116. Heraclea Marathonia inter celeberrimas Græciæ πανηγύρεις recenset Pindarus Olymp. 9. 134. 13. 157. Pyth. 8. 113. ELM.

33. καθεζόμεσθα primus edidit Barnesius. *Sedemus* omnes interpretes. Rectius, *consedimus.* Ἑζόμην enim apud Atticos aoristus est. ELM.

Usitatius esset ἱκετεύομεν προσωφελῆσαι: sed puto, vim vocis ἱκετεύομεν latere in ἱκέται καθεζόμεσθα. Sic infra v. 346. ἑζόμεσθα ἱκέται—εὖ πρᾶξαι πόλιν. Sensus est: *supplices aram insidemus, ut nos adjuvet terra Marathonia.* MUSG.

36. κλήρῳ λαχόντας] Videntur de integro Atticæ regno sortes duxisse, non, partitione facta, de partibus. Quærenti enim Copreo, quis terræ rex esset, v. 115. chorus in responsione, Acamante omisso, Demophontem unum nominat. MUSG.

37. ἐγγὺς] *Propinquos genere.* Genealogiam vide infra v. 208. et apud Plutarchum in Theseo. Phrasin habet Aratus: ἐπεὶ Διὸς ἐγγύθεν ἦσαν. MUSG.

ὄντας] ὄντος Dobræus.

38. τήνδ' ἀφικόμεσθ' ὁδόν] Ita Ms. Steph. τόνδ' ἀφικόμεσθ' ὅρον Ald. Sensus videtur esse, *hanc profectionem, hanc migrandi vicem.* Nam si τήνδε ὁδὸν interpretaris διὰ τῆσδε τῆς ὁδοῦ, inepta erit sententia. MUSG. Ita Soph. Œd. C. 96. ἔγνωκα μέν νυν ὥς με τήνδε τὴν ὁδὸν Οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ πιστὸν ἐξ ὑμῶν πτερὸν Ἐξήγαγ' εἰς τόδ' ἄλσος. ELM.

39. δυοῖν γερόντοιν] Infra etiam v. 653. Iolaus et Alcmena duo senes appellantur. Quod recte monet argumenti scriptor, Iolaum Herculis fratris filium fuisse, ideoque Alcmenæ nepotem, vel nescivit poeta, vel non recordatus est, vel prudens dissimulavit. Non enim pulchre inducitur decrepitus senex,

cujus avia non modo adhuc vivat, verum etiam in eadem tragœdia in scenam mox prodeat. Verum multa hujusmodi apud Euripidem. ELM.

40. καλχαίνω Brodæus, qui citat Soph. Ant. 20. τί δ' ἔστι; δηλοῖς γάρ τι καλχαίνουσ' ἔπος. χαλκαίνω Ald. Hesychius: Καλκαίνεται (ita cod.). φροντίζει, ταράττεται. Idem: Καλχαίνει. ταράσσει, πορφύρει, στένει, φροντίζει, ἄχθεται, κυκᾷ, ἐκ βυθοῦ ταράσσεται. Photius: Καλχαίνει. ἐκ βάθους ταράσσεται. ELM. καλχαίνων Flor. 1. 2. optime: idem enim est ac si dixisset δύο δὲ γέροντες τῆς φυγῆς στρατηγοῦσιν, ἐγὼ μὲν—καλχαίνων. MATTH. Hoc recepi.

42. ὑπηγκαλισμένη Flor. 1. 2. ἀπηγκαλισμένη Ald.

44. κἀπιβωμιοστατεῖν] *Et collocare supplices ad aram.* PORTUS. Imo, *stare.* Monstrum vocis appellat Musgravius, qui recte monet πελάζειν intransitive accipiendum esse. Noster Phœn. 513. πρὸς δὲ τοῖσδ' αἰσχύνομαι, ἐλθόντα σὺν ὅπλοις τόνδε, καὶ πορθοῦντα γῆν, τυχεῖν ἃ χρῄζει. Ceterum nullo sensu sæpius usurpantur αἰδεῖσθαι et αἰσχύνεσθαι, quam de feminis virorum oculos fugientibus, ut nostro loco. ELM. κἀπιβωμίους ἄγειν Erfurdtius.

45. οἷσι πρεσβεύει γένος] Adulti et ætate provectiores, quos Ὁμηρικῶς dicas γενεῇ προτέρους (Il. O, 182.) PFLUGK.

46. ζητοῦσ' Barnesius. ζητοῦσιν Ald.

ὅπη] Scribendum ὅπου ex Par. E.G. Flor. 1. 2.

49. κήρυκα—Εὐρυσθέως] Cujus nomen in ipsa fabula nusquam legitur. Copreum eum appellat præter alios Homerus Il. Ο'. 638. ὁ δ' οἷον ἔπεφνε Μυκηναῖον Περιφήτην, Κοπρῆος φίλον υἱὸν, ὃς Εὐρυσθῆος ἀέθλων Ἀγγελίης οἴχνεσκε Βίῃ Ἡρακληείῃ. Ubi vid. sch. minora. ELM.

52. σ' addidit Barnesius.

53. ὡς] Scribendum ὃς cum Elmsleio, qui recte monet verba εἴθ' ὅλοιο—ἀνὴρ posita esse διὰ μέσου.

54. ἐκ—ταὐτοῦ στόματος] Scholiastes ad Hom. Iliad. ο'. v. 639. tradit, Eurystheum Herculi mandata dedisse, non præsentem præsenti, neque enim intra urbem admittere præ formidine ausus est, sed per Coprea hunc internuncium. Paria docet Apollodorus l. 2. c. 4. MUSG.

56. κακῶς Flor. 1. 2. καλῶς Ald.

58. ἀχρεῖον Flor. 1. 2. ἀχρεῖαν Ald.

60. ἐς] Recte εἰς Ald.

οὔ σε] οὐδὲ Flor. 1. 2.

λεύσιμος μένει δίκη] Antiqua maleficorum pœna, obrui lapidibus, non modo adulterorum, ut Homerus de Paride, Λάϊνον ἔσσο χιτῶνα, sed et matricidarum, ut sæpe in Oreste: Λεύσιμος δίκη, est θάνατος λιθοβολιστικὸς, ἡ δίκη διὰ τῆς λιθοβολίας: sic Orest. v. 607. σοὶ σῇ τ' ἀδελφῇ λεύσιμον δοῦναι δίκην. Alias hanc mortem dixit λεύσιμον πέτρωμα, ut Orest. v. 436. θανεῖν ὑπ' ἀστῶν λευσίμῳ πετρώματι. Et πετρούμενον θανεῖν pro *lapidari*, ut Orest. v. 936. Μόλις δ' ἔπεισε μὴ πετρουμένους θανεῖν. Quod Nonnus diceret — πετρήεντι κατακρύπτεσθαι χιτῶνι. BARN.

61. βωμὸς ἀρκέσει θεοῦ] Zenobius, ut testatur Brodæus, Herculis liberos πρὸς τὸν τοῦ Ἐλέου βωμὸν profugisse commemorat; idem facit et Apollodorus supra citatus in argumento Græco huic fabulæ præfixo. Quin Servius ad Æn. 8, 342. illos sibi primos asylum, hoc est templum Misericordiæ, collocasse. BARN. Apud Euripidem aram intelligi Διὸς ἀγοραίου ex v. 70. aliisque hujus fabulæ locis patet.

63. μοι] μὴ Dobræus collato Aristoph. Ach. 1107. ὤνθρωπε βούλει μὴ βλέπειν ἐς τὰς κίχλας; et ib. 1113.

65. ἦσθ' Par. E.G. Flor. 1. 2. οἶσθ' Ald.

67. ἄπαιρ'] Hæc dicens Iolaum violenter ab ara avellit et humi prosternit Copreus. ELM.

68. νομίζων] κομίζων Elmsleius, recte fortasse.

69. Ἀθήνας Flor. 1. 2. Ἀθηναίας Ald.

70. Hesychius: Ἀγοραίου Διός. βωμὸς Ἀθήνησι. Verum, nisi alius fuit Marathone Jupiter Ἀγόραιος, necesse est ut sui oblitus sit poeta, qui scenam ibi constituit v. 81. MUSG. Si ἀγορὰ Marathone fuit, veri simile est Jovis Ἀγοραίου aram ibi fuisse. Ad Ἐλέου aram Athenis supplices consedisse Herculis liberos auctor est Apollodorus, quem vide ad v. 860. Herodotus 5. 46. Οἱ γάρ μιν Σελινούσιοι ἐπαναστάντες ἀπέκτειναν καταφυγόντα ἐπὶ Διὸς ἀγοραίου βωμόν. ELM.

71. στέφη μαίνεται] Vide ad v. 124. ELM.

75. Libri ἴδετε τὸν γέροντα | μᾶλλον ἐπὶ πέδῳ. Hesych. ἀμαλὸν, ἀπαλὸν, ἀσθενῆ. Εὐριπίδης Ἡρακλείδαις, unde hunc locum correxit Hemsterh. MATTH. Scribendum uno versu ἴδετε— τάλας. pariterque in antistropho v. 95.

76. Χύμενον] Participium veteris aoristi, qui aliquoties apud Homerum legitur. Male ἐχύμην, ἐλύμην, ἐβλήμην, ἐλέγμην, et

similia, ex præterito plusquam perfecto per ἀφαίρεσιν nata esse statuunt grammatici. Tantum inter χύμενος et κεχυμένος interest, quantum inter θέμενος et τεθειμένος. Usurpat hoc participium etiam Æsch. Choeph. 399. Eum. 263. et fortasse noster Herc. 1052. ubi vulgo κεχυμένος. ELM.

77. πίτνεις] Scribebatur πιτνεῖς. "Πιτνῶ verbum circumflexum esse statuerunt grammatici, cujus aoristus esset ἔπιτνον. Hinc passim apud Euripidem reperias πιτνῶ, πιτνεῖς, πιτνεῖ, πιτνοῦσι, πιτνεῖν, πιτνῶν, πιτνὼν, πιτνοῦσα, πιτνοῦντες, πιτνόντες, et similia: nunquam πίτνω, πίτνεις, πίτνει, πίτνουσι, πίτνειν, πίτνων, πίτνουσα, πίτνοντες. Diversæ sunt ejusdem verbi formæ πίπτω et πίτνω, ut μένω et μίμνω. Veram scripturam ab Heathio propositam, celato Heathii nomine adoptavit Brunckius apud Soph. Œd. C. 1754. Ὦ τέκνον Αἰγέως, προσπίτνομέν σοι. Quod paullo ante in eadem fabula v. 1732. legitur, ἔπιτνε, præteritum imperfectum est. Apud nostrum Supplic. 691. πιτνόντων participium esse præsentis temporis ostendunt alia duo participia in eadem sententia, ἐκκυβιστώντων et λειπόντων." ELM. Conf. Elmsl. ad Soph. Œd. C. 1732. Hodie satis constat verissimam esse Elmsleii de hoc verbo sententiam rectumque accentum non raro servatum in codicibus esse. Imperativus πρόσπιτνε pro πρόσπιπτε restitutus ex libris MSS. Troad. 757. Lacunam post hunc versum indicavit Seidlerus.

80. ὅδ'] σὺ δ' Tyrwhittus. Ὅδε pro δεῦρο, *hither* accipit Elmsl. quod si esset, minus recte ab initio posuisset poeta, quasi vis esset in pronomine. Mihi idem h. l. valere videtur, quod alibi οὗτος, in allocutionibus increpantium, *heus tu*. MATTH. Frustra defenditur ὅδ', ab librario ex v. 78. illatum. Recte Tyrwhittus σὺ δ'.

τετράπτολιν] Atticæ pars erat Tetrapolis, ex quatuor oppidis [δήμοις] constans, quorum unum erat Marathon. Strabo 8. p. 383. Ξοῦθος δὲ τὴν Ἐρεχθέως θυγατέρα γήμας ᾤκισε τὴν τετράπολιν τῆς Ἀττικῆς· Οἰνόην, Μαραθῶνα, Προβάλινθον καὶ Τρικόρυθον. Aristophanes Lysistr. v. 285. ad pugnam Marathoniam respiciens:

μὴ νῦν ἔτ' ἐν Τετραπτόλει τοὐμὸν τρόπαιον εἴη.

Commemorat quoque Diod. Sic. 4. c. 57. 12. c. 45. ut et scholiastes Sophoclis ad Œd. Col. v. 701. MUSG.

82. Versus ex penthemimere trochaico et dochmio compositus. λαὸν versui præcedenti addit Ald.

· ἢ πέραθεν] Superiora verba de regionibus accipienda sunt, ex quibus terrestri itinere in Atticam veniendum erat. Sensus igitur est, *Terra marine huc advenistis?* ELM.

83. κατέχετ' Hermannus de metr. p. 245. Libri κατέσχετ'. Supple κατέχετε τετράπτολιν λαόν, vel potius, cujus significatio in illis inest, τόνδε τὸν τόπον. Κατέχειν τόπον est *in loco aliquo esse* s. *versari*. MATTH.

κατέσχετ'] *Huc appulistis*. BRODÆUS. Vide Cycl. 222. Hel. 1222. Metro convenientius esset κατέχετ', quod reponit Hermannus. Sed vereor ut quisquam κατέχετε hac significatione unquam dixerit. Κατίσχετε tragicum dicturum fuisse arbitror, si verbum præsentis temporis postulasset sententia. Νῆα κατισχέμεναι Homerus Od. λ', 455. Κατίσχει τὰς νῆας, Herodotus 8. 40. Futurum, ni fallor, fuit κατασχήσω, non καθέξω. Κατίσχουσιν Thucydides 7. 33. κατασχήσουσιν, 4. 42. Adde Æschylum apud Strabonem 10. p. 447. ELM.

Εὐβοῖδ' Seidlerus ad Electr. 440. Scribebatur Εὐβοΐδ'. Euboeam reliquisse eos conjicit, utpote Marathoni vicinam. MUSG. Herodotus 6. 102. Ἦν γὰρ ὁ Μαραθὼν ἐπιτηδεώτατον χωρίον τῆς Ἀττικῆς ἐνιππεῦσαι, καὶ ἀγχοτάτω τῆς Ἐρετρίης. Ceterum Εὐβῷδ' pro Εὐβοΐδ' scripsi. Εὐβωῖς per Ω dixisse veteres Atticos plus uno argumento demonstrari potest. Primum, feminina in ΙΣ desinentia, nunquam brevem vocalem ante terminationem adsciscunt. Verbi caussa, non Νηρεῖς, sed Νηρῆς dicimus. Deinde Εὐβωῖς aliquoties metro necessarium est. Soph. Trach. 237. Ἀκτή τις ἔστ' Εὐβωῖς, ἔνθ' ὁρίζεται. Ibid. 401. Εὐβωῖς. ὧν δ' ἔβλαστεν, οὐκ ἔχω λέγειν. Vulgo quidem utrobique legitur Εὐβοιΐς. Sed diphthongum cujus subjunctiva vocalis sit I, alteri I nunquam præmittere Atticos, omnibus satis notum est. [Conf. Elmslei. ad Acharn. 883. Lobeck. ad Phrynich. p. 40. *G. D.*] Nostro loco adhibetur crasis, adhibenda quoque in Ion. 60. El. 442. Rhadam. fr. 1. Sic etiam Soph. Trach. 74. et Ion Chius apud Strabonem 1. p. 60. Plura hujus vocis exempla apud Atticos poetas non reperi. Εὐβοϊκὸς per *O* habet noster Hel. 773. Τὰ Ναυπλίου τ' Εὐβοϊκὰ πυρπολήματα. Hoc ab Εὐβοεὺς fit. Nam ab Εὐβοιεὺς fieret Εὐβωϊκὸς, ut a στοιὰ στωϊκός. Photius: Εὐβοιεῖς, οὐκ Εὐβοεῖς. Opinor veteres utrumque dixisse. Adde Æschylum apud Strabonem 10. p. 447. ELM.

85. Rhes. 701. Ἡ νησιώτην σποράδα κέκτηται βίον. ELM.

86. Scribendum uno versu *ὄνομα—λεώς*. et in antistropho 107. 108.

87. *ὠνόμαζεν λεώς* Elmsleius. *ὠνόμαζε λαός* libri.

90. *τοῦ* Brodæus. *πνοῦ* libri.

91. Versus trochaico-dochmiacus, nisi, quod probabilius videtur, aliquid excidit, veluti *χειρὶ, γεραιὲ, σᾷ* etc.

95. *τί χρέος* non tantum est *quid rei est?* ut Elmsleius interpretatur, sed *quid est quo indigeatis quodque assequi velitis.* MATTH.

96. *πόλεος* Elmsleius. *πόλεως* libri.

ἔνεπε Hermannus. *ἔννεπε* libri.

μελόμενοι Canterus. Libri *μελομένῳ*.

103. *χειρὶ* correctum in edit. Hervagiana secunda. *χερὶ* Ald. et codices.

ἀπολιπεῖν Seidlerus ad Troad. 176. Libri *ἀπολείπειν*.

ἀπολιπεῖν σ'] Delendum *σε*, ab librario illatum non animadvertente *αὐτούς* esse intelligendum. In *σφ'* mutandum videbatur Musgravio.

108. *προστροπάν*] *πρὸς τὸ πᾶν* libri. Emendatum a Cantero. *πόλει* non cum *μεθεῖναι* est construendum, sed cum *ἄθεον*: quemadmodum *αἰσχρόν* cum dativo conjungitur.

109. *καλὸν δέ γ'*] *καλὸν δ'* Stobæus 58, 4.

Huic simile adagium a Zenobio profertur 3. 62. *Ἐκτὸς πηλοῦ πόδας ἔχεις. ἐπὶ τῶν ἔξω κινδύνου καθεστώτων.* Æschylus Choeph. 695. *ἔξω κομίζων ὀλεθρίου πηλοῦ πόδα.* Idem Prom. 263. *ἐλαφρὸν, ὅστις πημάτων ἔξω πόδα ἔχει, παραινεῖν νουθετεῖν τε τοὺς κακῶς πράσσοντας.* BROD. Eurip. Hippol. 1293. *πήματος ἔξω πόδα τοῦδ' ἀνέχεις.* ELM.

110. *εὐβουλίας—τῆς ἀμείνονος*] Exspectasses, *γνώμης τῆς ἀμείνονος*, vel *τῆς ἀμείνονος* sine substantivo. Herodotus 7. 16. *ἐπειδὴ τέτραψαι ἐπὶ τὴν ἀμείνω.* Quo sensu *πρὸς τὸ κέρδιστον τραπεὶς γνώμης* dixit Soph. Aj. 743. ELM.

113. *θεῶν ἀφέλκειν*] Interpretare, *βωμῶν ἀφέλκειν*. Sic infra v. 441. dicitur, *τίς γὰρ ἄστεπτος θεῶν*, pro *τίνος θεοῦ βωμὸς ἄστεπτος*. ELM.

σέβοντ' Flor. 1. 2. *σέβου τ'* Ald. *σέβειν τ'* MS. Stephani.

116. In Par. G. deest Coprei persona. Pro *πρὸς τόνδ'* Flor. 2. *πρὸς τοῦτον*, supra scr. *τόνδ'*. *πρὸς τούτων ἀγὼν δ' ἄρα* Flor. 1.—Tum Ald. *ἄρα*. MATTH.

118. Noster Hec. 216. *καὶ μὴν Ὀδυσσεὺς ἔρχεται σπουδῇ ποδός.* Hac significatione sæpissime usurpantur particulæ *καὶ μήν.* Ita Hec. 659. *καὶ μὴν περῶσα τυγχάνει δόμων ἄπο.* Or. 342. *καὶ μὴν βασιλεὺς ὅδε δὴ στείχει Μενέλαος ἄναξ.* Ibid. 456. *καὶ μὴν γέροντι δεῦρ' ἀμιλλᾶται ποδὶ Ὁ Σπαρτιάτης Τυνδάρεως.* Ita passim ante adventum novæ personæ. Observatione dignum est, post particulas *καὶ μὴν* hac significatione adhibitas nunquam una alteraye voce interposita induci *γε*, quod in diversa significatione plerumque post eas collocatur, ut mox v. 131. ELM.

119. *Ἀκάμας τ' ἀδελφὸς*] De Acamante et Demophonte, fratribus, Thesei filiis, per vices regnantibus, vid. supra v. 35. BARN.

122. Mediam formam *ἀθροίζεται* alibi non reperi. Compositum *ἐξαθροίζεται* habet noster Phœn. 1176. De spiritu dixi ad Aristoph. Acharn. 26. ELM.

124. *βωμὸν καταστέψαντες*] Prosæ orationis scriptor dixisset, *ἱκετηρίας θέντες, ramis supplicibus in aram depositis.* Andocides de Mysteriis, p. 54. ed. Reisk. *Κατηγόρησαν δέ μου καὶ περὶ τῆς ἱκετηρίας, ὡς καταθείην ἐγὼ ἐν τῷ Ἐλευσινίῳ. νόμος δὲ ἦν πάτριος, ὃς ἂν θῇ ἱκετηρίαν μυστηρίοις, τεθνάναι.* Et paullo post: *Ἀναστὰς Καλλίας ὁ Ἱππονίκου τὴν σκευὴν ἔχων, λέγει, ὅτι ἱκετηρία κεῖται ἐπὶ τοῦ βωμοῦ.* Audiendus Brunckius ad Soph. Œd. T. 3. *ἱκετηρίοις κλάδοισιν ἐξεστεμμένοι. Non coronis erant redimiti, sed manibus ferebant ramos oleæ lana obvolutos.* Brunckii interpretationem non ex omni parte veram esse ostendit ejusdem fabulæ v. 143. ubi consurgere de sedibus jubentur supplices, *ἄραντες ἱκτῆρας κλάδους, tollentes supplices ramos,* quos super aram, cui assedebant, deposuerant. Ita accipio Æschyli locum Suppl. 249. *Κλάδοι γε μὲν δὴ, κατὰ νόμους ἀφικτόρων, Κεῖνται παρ' ὑμῖν πρὸς θεοῖς ἀγωνίοις.* Confer etiam v. 940. *Κλάδους τε τούτους αἶψ' ἐν ἀγκάλαις λαβὼν, Βωμοὺς ἐπ' ἄλλους δαιμόνων ἐγχωρίων Θές.* ELM.

129. *ὥστε μ' ἐκβαλεῖν δάκρυ* Reiskius. Vide Hec. 298. Iph. A. 451, 477. Hel. 1563. Ion. 924. Æoli fr. 21. ELM. Libri *ὥστε μοι βαλεῖν δάκρυ.*

131. *ἔργα* Flor. 1. 2. quod se in tribus codicibus reperisse dicit Elmsleius ad Med. v. 88. Legebatur *ἄλλα.*

135. *καὶ παρ' οὗ*] *καίπερ οὐ* Flor. 1. 2. et Ald. Correctum ex Par. E. cujus in margine annotatum *κἄνπερ οὐ λέγεις, θέλω.*

140. Ald. τούτους δραπέτας ἔχων. Sic etiam Flor. 1. 2. nisi quod post τούτους habent γε. Scaliger. τούσδε δραπέτας, quam conjecturam confirmari dixeris lectione codd. Florr. MATTH.

144. ἀφιγμένων] Intelligendum τῶν Ἡρακλειδῶν.

145. τοῖσιν αὐτοῖς τοισδ' Canterus. Libri τοῖσι δ' αὐτοῖς τοῖσιν.

146. Constructio est, οὐδεὶς ἐτόλμησε προσθέσθαι [αὐτοὺς,] ἴδια κακά. MUSG. Male. Thucyd. 1, 78. Καὶ μὴ ἀλλοτρίαις γνώμαις καὶ ἐγκλήμασι πεισθέντες, οἰκεῖον πόνον προσθῆσθε. Ἴδια et οἰκεῖα confudit poeta, quæ proprie tantum inter sese differunt quantum κοινὰ et ἀλλότρια. ELM.

147. ἐς σὲ Musgravius pro ἐν σοὶ dictum accipiebat, Elmslei. jungit μωρίαν τινὰ ἐσκεμμένοι [ἐν σοὶ] δεῦρ' ἦλθον εἰς σέ. Hoc quidem positus vocularum non pati videtur. Neque vero σκέπτεσθαί τι ἔν τινι dici posse videtur pro ἐνορᾶν τί τινι, et, si dici posset, hæc sententia minus congrueret cum versu 150. Itaque μωρίαν τινα εἰς σὲ ἐσκεμμένοι esse videtur *quia stultum ac temerarium aliquod facinus excogitarunt, ad quod adjuvandum te excitarent.* Similiter Herm. interpretatur: *Profecto quamdam stultitiam, quam tu in te admitteres, commenti huc venerunt, periculum facturi, utrum, quod volunt, fieret, annon.* MATTH.

148. ἢ Elmsleius. Legebatur ἐς. "Non dicitur ῥίπτειν εἰς κίνδυνον, sed ῥίπτειν (vel ἀναρρίπτειν) κίνδυνον. Photius: Κίνδυνον ἀναρρίψαι λέγουσι, μεταφέροντες ἀπὸ τῶν κύβων. Nos, *To run a risk.* Noster Inone fr. 7. Νῦν δ' εἰς μίαν βλέπουσι, κίνδυνον μέγαν Ῥίπτοντες. Incertus Rhes. 154. a Brodæo citatus: ἐγὼ πρὸ γαίας τόνδε κίνδυνον θέλω ῥίψας, κατόπτης ναῦς ἐπ' Ἀργείων μολεῖν. Herodotus 7. 50. νῦν δὲ κινδύνους ἀναρριπτέοντες, ἐς τοῦτό σφεα προηγάγοντο. Thucydides 4. 85. κίνδυνόν τε τοσόνδε ἀνερρίψαμεν. Ibid. 95. τοσόνδε κίνδυνον ἀναρριπτοῦμεν. Ita passim. Nostro igitur loco pro ἐς κίνδυνον dedi ἢ κίνδυνον. Versus 148—150. ita interpretare, *Sed vel aliqua tua stultitia observata huc ad te venerunt, vel periculum in rebus desperatis facientes, an auxilium sibi laturus esses, necne.* Verba ἐξ ἀμηχάνων leguntur etiam in El. 624." ELM.

149. ῥίπτοντες Elmsleius. ῥιπτοῦντες libri.

152. κατοικτιεῖν Elmsleius. κατοικτίσειν Par. E.G. κατοικτίσεις Ald.

153. τ' Reiskius. γ' libri.

161. Χαλυβδικοῦ Barnesius. Χαλυβικοῦ libri. Elmsleius "Σιδήρου subaudiri monet Musgravius, qui comparat locutionem apud veteres comicos nostrates usitatissimam, *a Toledo*. Addere potuit, apud nostrum El. 819. Doricum cultrum Δωρίδα omisso μάχαιραν appellari. Nostro loco χαλυβδικοῦ primus edidit Barnesius. Hesychius: Χαλυβδική. [χώρα] τῆς Σκυθίας, ὅπου σιδήρου μέταλλα. Stephanus Byz. v. Χάλυβες: λέγεται δὲ καὶ μετὰ τοῦ ὁ Χαλυβδικὸς τὸ κτητικόν. Λυκόφρων [v. 1109.]. Χαλυβδικῷ κυώδοντι. καὶ ἡ χώρα Χαλυβδικὴ λέγεται. Ipsa gens promiscue Χάλυβες et Χάλυβοι a tragicis dicitur. Vide Æsch. Prom. 133. 714. Theb. 734. Eurip. Alc. 983. Cretensibus fr. 2."

163. θεὶς Musgravius. θῆς libri.

Τιρυνθίοις] Ad agri Tirynthii mentionem illustrandam satis erit monere, Herculem et Eurystheum promiscue Tirynthios et Argivos a tragicis appellari. Vide nostrum Alc. 484. 494. 841. Telepho fr. 1. Hercules Ephippi comici apud Athen. p. 442 E. Οὐκ οἶσθά μ' ὄντα, πρὸς θεῶν, Τιρύνθιον Ἀργεῖον, οἳ μεθύοντες ἀεὶ τὰς μάχας Πάσας μάχονται; Respondet alter, τοιγὰρ οὖν φεύγουσ' ἀεί. Quem locum indicavit Musgravius. ELM. Qui Τιρυνθίας γῆς scripsit cum Tyrwhitto, de qua conjectura Matthiæ "Ut mittam, locutionem πόλεμον ἔχειν γῆς pro περὶ γῆς non satis idonea auctoritate munitam videri, mihi bellum Demophonti pro Herculis liberis suscipiendum minus recte dici posse videtur πόλεμος περὶ Τιρυνθίας γῆς. nam ut hunc eventum bellum illud habere potuerit, non hoc nunc spectatur, sed auxilium, quo Heraclidas ab Eurysthei injuriis tueri debebat Demophon."

Ἀργείοις τ' Matthiæ. Aberat τ'.

165. ἢ Barnesius. ἢ Ald.

166. γέροντος τύμβου] Hæc verba conjuncta leguntur etiam in Med. 1209. τίς τὸν γέροντα τύμβον ὀρφανὸν σέθεν τίθησι; ELM.

168. ἐς] Recte εἰς Ald.

εἰς ἄντλον ἐμβήσει πόδα. ἄντλος apud vetustissimos scriptores Græcos eam navis partem significare videtur, quæ postea κοιλὴ ναῦς sive κοιλία appellata est. Ita præter Homerum Od. M. 411. O. 478. Alcæus apud Heraclidem Ponticum p. 413. ἄντλος ἱστοπέδαν ἔχει.—Apud Atticos ἄντλος potius de aqua marina et sordibus quæ in imam navem confluunt, quam de

ipso loco dicitur. Apud nostrum Tro. 685. exhibentur nautæ in tempestate, ὁ μὲν παρ' οἴαχ', ὁ δ' ἐπὶ λαιφεσὶν βεβὼς, ὁ δ' ἄντλον εἴργων ναός. *Sentinam hauriens* Portus, cujus versionem confirmat Cicero Catone Maj. c. 6. *Similesque sunt, ut si qui gubernatorem in navigando agere nihil dicant, cum alii malos scandant, alii per foros cursent, alii sentinam exhauriant.* Minus recte, meo quidem judicio, *undam insultantem a navi arcens* Hemsterhusius ad Lucianum I. p. 108. Apud Æsch. Theb. 802. ἄντλον δέχεσθαι dicitur, ubi Latini *sentinam trahere* dicerent, nos *to leak* diceremus. ἄντλον pro πέλαγος καταχρηστικῶς dixit noster Hec. 1025. Nostro loco intellige turbidam et fœtidam aquam. Comparat Musgravius Æsch. Choeph. 695. ἔξω κομίζων ὀλεθρίου πηλοῦ πόδα. ELM.

169. Sensus: quodsi id quod solum aliquam speciem habet commemorare volueris, nihil profecto aliud afferes, nisi suscepto miserorum patrocinio id te assecuturum, ut bene sperare liceat. PFLUGK.

172. ἂν ἡβήσαντες Victorius adscripto ἴσως. ἀνηβήσαντες Ald.

τι addidit Elmsleius.

173. χοῦν] χ'ὤνν Ald. Ex ὁ ἐν fit οὖν, ex καὶ οὖν χοῦν, quod nostro loco reposui. Monendus est autem lector, passim in Aldina occurrere ἐν μέσῳ sine ἰῶτα subscripto. Vide Phœn. 592. Med. 819. Hel. 636. 950. Ion. 1138. 1393. ELM.

175. δοὺς Flor. 1. 2. δὸς Ald.

179. 180. choro tribuit Elmsleius, Demophonti libri.

179. κρίνειεν Portus. κρίνοιεν libri et Stobæus 46, 2.

γνοίη] δοίη Stobæus.

180. σαφῶς Par. G. Flor. 1. 2. et Stobæus. σαφῆ Ald.

182. Laudat illam, qua nihil et sæpius et ambitiosius jactabant Athenienses, ἰσηγορίαν. PFLUGK.

184. μέσῳ] Libri μέρει (ex v. 182.). Correxit Musgravius. Sic Ion. 1284. τί δ' ἔστι Φοίβῳ σοί τε κοινὸν ἐν μέρει;

185. οὐδέν ἐσθ'] Potuisset οὐ μέτεσθ'. DOBR.

187. ὡς Μυκηναίους] Poetæ Argos et Mycenas pro eadem civitate accipiunt. Strabo 8. p. 377. μετὰ δὲ τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν Ἀργεῖοι μετὰ Κλεωναίων καὶ Τεγεατῶν ἐπελθόντες ἄρδην τὰς Μυκήνας ἀνεῖλον, καὶ τὴν χώραν διενείμαντο [Olympiadis 78. anno primo, teste Diodoro Siculo 11, 65.]. διὰ δὲ τὴν ἐγγύτητα, τὰς δύο πόλεις ὡς μίαν οἱ τραγικοὶ συνωνύμως προσαγορεύ-

ουσι. Εὐριπίδης δὲ καὶ ἐν τῷ αὐτῷ δράματι, τότε μὲν Μυκήνας καλῶν, τότε δ' Ἄργος τὴν αὐτὴν πόλιν, καθάπερ ἐν Ἰφιγενείᾳ καὶ Ὀρέστῃ. BRODÆUS. Non est quod miremur Euripidem Argos et Mycenas confudisse, quo puerulo Mycenæ funditus sublatæ sunt, cum idem fecerit Æschylus, cujus tres fabulæ ad Agamemnonis historiam pertinentes novem tantum annis post eversas Mycenas actæ sunt. Is enim non solum Argos pro Mycenis passim nominat, verum etiam ne semel quidem in fabulis hodie superstitibus Mycenarum mentionem facit. Quæ fuerit Mycenarum conditio tempore belli Persici, ex Herodoto satis novimus, qui ex duabus civitatibus simul conjunctis, iisque olim florentissimis, Mycenis et Tirynthe, non plures quam quadringentos milites Platæis pugnasse narrat, l. 9. 28. Ex eodem discimus, ter mille Sicyonios totidemque Megarenses prælio Platæensi interfuisse. Ceterum longe sæpius Argos pro Mycenis nominant tragici, quam Mycenas pro Argis. Ubicunque in nostra fabula Argos memorat poeta, intelligendæ sunt Mycenæ. Mycenis enim regnavit Eurystheus. Contra in Supplicum v. 1130. male nominantur Mycenæ. Argivus enim fuit Adrastus, Argivæ mulieres chorum istius tragœdiæ complent. Utriusque fabulæ argumentum breviter et eleganter narrat Herodotus 9. 27. accurate servato duarum civitatum discrimine: *Ἡρακλείδας, τῶν φασι οὗτοι [οἱ Τεγεᾶται] ἀποκτεῖναι τὸν ἡγεμόνα [Ὕλλον] ἐν Ἰσθμῷ, τούτους πρότερον ἐξελαυνομένους ὑπὸ πάντων τῶν Ἑλλήνων, ἐς τοὺς ἀπικοίατο φεύγοντες δουλοσύνην πρὸς* ΜΥΚΗΝΑΙΩΝ, *μοῦνοι ὑποδεξάμενοι, τὴν Εὐρυσθῆος ὕβριν κατείλομεν, σὺν κείνοισι μάχῃ νικήσαντες τοὺς τότε ἔχοντας Πελοπόννησον. τοῦτο δὲ,* ΑΡΓΕΙΟΥΣ *τοὺς μετὰ Πολυνείκεος ἐπὶ Θήβας ἐλάσαντας, τελευτήσαντας τὸν αἰῶνα, καὶ ἀτάφους κειμένους, στρατευσάμενοι ἐπὶ τοὺς Καδμείους, ἀνελέσθαι τε τοὺς νεκρούς φαμεν, καὶ θάψαι τῆς ἡμετέρας ἐν Ἐλευσῖνι.* ELM.

188. *ὅδ'* Tyrwhittus. *ὧδ'* libri.

ἀπήλασαν Par. G. Flor. 1. 2. *ἀπήλασε* Ald.

190. *φύγῃ* Matthiæ. Libri *φύγοι*.

191. *οὐκ ἄρ'*] *οὐ γὰρ* MSS. Stephani.

193. *οὐ γάρ τι*] *οὐκ ἄρ' τι* (sic) Flor. 1. 2.

Τραχίς] Trachinis mentionem satis illustrant Pausaniæ et Apollodori loca, quæ ad vv. 475. 860. allaturus sum. Achaiam autem hic intellige Thessalicam, aliter *Φθιῶτιν* appellatam, in

qua Trachinem collocat Sophocles apud Strabonem 9. p. 433. *οὕτω καὶ Σοφοκλῆς τὴν Τραχινίαν* (f. *Τραχῖνα*) *Φθιῶτιν εἴρηκεν.* Fortasse in fabula *Φθιώτισιν*, unde desumtum est fragmentum Brunckianum incertum 101. Sed plerique Trachinem extra Achaiæ fines in agro Maliaco sitam fuisse narrant. Vide omnino Herodotum 7. 198. seqq. ELM.

Ἀχαϊκόν] Scribendum *Ἀχαϊκόν*.

197. *κρανοῦσι* Elmsleius. Legebatur *κρινοῦσι*.

200. *πάρος* Reiskius. Libri *βάρος*.

202. *πόλιν μὲν ἀρκεῖ*] *Quod ad civitatem attinet, satis dictum est.* ELM.

203. 204. *λίαν—ἄγαν* Elmsleius. Legebatur *λίαν γ'—ἄγαν γ'*.

211. *Πέλοπος θυγατρός*] Quam Lysidicen appellat Plutarchus Theseo, p. 4 A. a Brodæo ad v. 37. allegatus, Anaxo Apollodorus 2. 4, 5. monente Musgravio. Vide Heynium ad Apollodorum, p. 129. ed. 1803. ELM.

αὐτανεψίω Brodæus. *αὐτανεψίῳ* Ald. Scribendum *αὐτανεψίων* cum Reisigio ad Soph. Œd. C. p. 332. "Plutarch. Thes. c. 7. quo loco Herculis et Thesei necessitudinem declarat: *ἐτύγχανον δὲ καὶ γένους κοινωνοῦντες ἐξ ἀνεψιῶν ὄντες. Αἴθρα μὲν γὰρ ἦν Πιτθέως θυγάτηρ, Ἀλκμήνη δὲ Λυσιδίκης, Λυσιδίκη δὲ καὶ Πιτθεὺς ἀδελφοὶ, γεγονότες ἐξ Ἱπποδαμείας καὶ Πέλοπος.* De Lysidice Alcmenes matre cum Plutarcho conspirat schol. Hom. Il. I, 123. Apollodoro 2, 4, 5. dicitur Anaxo, Alcæi filia: unde emendandus schol. Il. Ξ, 323." MUSG. et PFLUGK.

213. *ἥκεις* pro *προσήκεις*, monente Porsono ad Phœn. 372. ELM.

215. Ordo verborum est *φημὶ γάρ ποτε σύμπλους Θησεῖ γενέσθαι, τῶνδ' ὑπασπίζων πατρί.* De hac fabula insignem nostri locum ex Herc. 408. hic apponam, *τὸν ἱππευτάν τ' Ἀμαζόνων στρατὸν Μαιῶτιν ἀμφὶ πολυπόταμον ἔβα, δι' Εὔξεινον οἶδμα, λίμναν, (τίν' οὐκ ἀφ' Ἑλλανίας ἄγορον ἁλίσας φίλων;) κόρας Ἀρείας πέπλων* (vox corrupta) *χρυσεόστολον φάρος, ζωστῆρος ὀλεθρίους ἄγρας. τὰ κλεινὰ δ' Ἑλλὰς ἔλαβε βαρβάρου κόρας λάφυρα, καὶ σώζει' ἐν Μυκήναις.* Vide etiam Apollodorum 2. 5. 9. ejusque interpretem Heynium. Quare autem hanc expeditionem inter Herculis erga Theseum merita memoret Iolaus, docebit Hyginus, Fab. 30. cujus verba ita dubitanter corrigo: *Hippolyten Amazonum reginam, Martis et Otreræ*

filiam, interfecit: cui mortuæ aureum balteum detraxit, filiam Antiopam captivam Theseo donavit. ELM.

218. ἐρεμνῶν] *Tenebricosus, niger.* alibi apud Euripidem non legitur. Bis apud Sophoclem, Ant. 700. Aj. 376. ELM. ἐρεμνῶν Barnesius. Libri ἐρυμνῶν.

221. 222. Ex v. 97. 98. repetiti ab interpolatore videbantur Piersono Veris. p. 177. Frustra. Similis eorundem verborum repetitio est in Or. 536. 537. et 625. 626.

223. σοὶ γὰρ τόδ' αἰσχρὸν, χωρὶς ἐν πόλει κακόν ex conjectura Hermanni ab L. Dindorfio illata legitur: quod non intelligo quomodo dici potuerit. Libri σοὶ γὰρ τόδ' αἰσχρὸν χωρὶς ἔν τε πόλει κακόν. quæ sanissima est scriptura, de qua mutanda non cogitassent critici, nisi eos fugisset hunc versum cum duobus proximis ab interpolatore esse adjectum. Primorum autem verborum sensus est, *et tibi privatim* (ἰδίᾳ) *hoc turpe est et civitati ignominiosum est.* ἔν τε πόλει metri caussa, sed parum apte dictum pro τῇ πόλει. Conficti autem videntur hi versus propter v. 242.

225. βλέψον πρὸς αὐτοὺς βλέψον] Hæc verba ex Alc. 390. sunt repetita.

226. χεροῖν] Genitivus pendens a πρὸς v. 227. Aliter Elmsleius "καταστέφω χεροῖν,] Optime hæc verba illustrat noster Androm. 886. στεμμάτων δ' οὐχ ἥσσονας σοῖς προστίθημι γόνασιν ὠλένας ἐμάς. Iph. A. 1216. ἱκετηρίαν δὲ γόνασιν ἐξάπτω σέθεν τὸ σῶμα τοὐμόν. Nostro loco male post καταστέφω interpungit Musgravius, χεροῖν pro πρὸς χεροῖν accepto."

228. λαβών] Elmslei. λαβεῖν ob locum Herc. f. 602. οὐκ ἀτιμάσω θεοὺς προσειπεῖν. Non necesse est eandem ubique dicendi formulam sequi: illud μὴ ἀτιμάζειν eo efficitur vel declaratur, quod puerorum patrocinium suscipit. MATTH.

231. πλὴν] Noster Temenid. fr. 7. οὐκ ἔστι κρεῖσσον ἄλλο πλὴν κρατεῖν δορί. ELM.

232. Elmslei. ad Med. 1202. tres codices habere dicit ἀκούσας τούσδε συμφορᾶς ἄν. quorum is quem Musgrav. G. appellat, a correctore habeat τάσδε συμφοράς. Victor. certe τούσδε, (sic) συμφορᾶς. Hæc lectio si in pluribus est, præferenda videtur, tum quod hæc constructio exquisitior est, quam pro librarii ingenio, tum quod ob similitudinem soni vocis συμφορᾶς facile scribi potuit τάσδε. MATTH. Legebatur τάσδε συμφοράς.

236. τρισσαὶ συμφορᾶς ὁδοί dictum accipio pro τρισσαὶ συμφοραί .ELM.

237. τούσδε Elmsleius. Legebatur τοὺς σούς.

238. βώμιος Flor. 1. 2. et MSS. Stephani. βωμίους Ald.

240. 241. His versibus continetur secunda συμφορᾶς ὁδὸς, sanguinis scilicet conjunctio, et beneficia ab Hercule in Theseum collata. Male autem, mea sententia, hæc conjungit Demopho, quæ diserte separavit Iolaus supra v. 214. Rectius fecisset poeta, si quatuor συμφορᾶς ὁδοὺς Demophonti tribuisset. ELM. Injuria Elmsleius reprehendit poetam, qui nihil plane caussæ habebat cur Demophontem tam exili diligentia ad argumenta ab Iolao allata respondere faceret.

240. Verbum προυφείλω usurpant noster Iph. Taur. 523. Aristoph. Vesp. 3. (ubi legendum προυφείλεις) Lys. 648. Eandem significationem habere videtur cum simplici verbo ὀφείλω. ELM.

242—246. His quatuor versibus explicatur tertia συμφορᾶς ὁδὸς, scilicet τὸ αἰσχρόν. Duplicem autem turpitudinem hic memorat Demopho: unam, ut deorum altaria impune ab homine peregrino violentur: alteram, ut Herculis liberis opem implorantibus perfugii locus denegetur, ubi adversus hostium injurias in tuto sint. Illud quidem libera civitate indignum censet Demopho, hoc autem vix ipsa morte tolerabilius. ELM. Hoc argumentum tetigerat Iolaus v. 191—198.

243. συλᾶσθαι] συλλᾶσθαι Ald.

244. ἐλευθέραν Flor. 1. 2. Vulgo ἐλεύθερον. Conf. v. 198.

245. ὄκνῳ] ὀκνῶ Ald. Recte Musgrav. ὄκνῳ. Hoc enim, τὸ ἱκέτας προδοῦναι ita cohæret cum præcedentibus βωμὸν συλᾶσθαι ἐᾶν, ut non possit pro altero capite turpitudinis haberi. MATTH.

246. τόδ' Elmsleius. Vulgo τάδ'. τόνδ' Flor. 1.

καὶ τόδ' ἀγχόνης πέλας] Verte fere cum Musgravio, *Et hoc*, scilicet τὸ Ἀργείοις ἱκέτας προδοῦναι, *parum admodum a suspendio distat.* Aristoph. Ach. 125. a Brodæo citatus: τοῦτο δῆτ' οὐκ ἀγχόνη; Noster Alc. 228. αἴ αἴ, ἄξια καὶ σφαγᾶς τάδε, καὶ πλεῖον ἢ βρόχῳ δέρην οὐρανίῳ πελάσαι. ELM.

249. ἀποσπάσει Elmsleius. Libri ἀποσπάσῃ.

251. πρὸς τοῖσδ' ἔτ' εἴ τι Flor. 1. 2.

τοισίδ' Musgravius. Vulgo τοῖσί γ'.

253. τε Heathius. Libri τι.

255. σοὶ Brodæus. σὺ Ald. Musgravius conj. οὐκοῦν ἐμοὶ τόδ' αἰσχρὸν, ἀλλ' οὐ σοὶ, βλάβος. Melius Elmslei. hæc interrogative accipit: οὔκουν (ipse scripsit οὐκ οὖν) ἐμοὶ τόδ' αἰσχρὸν, ἀλλὰ σοὶ βλάβος; ita ut negatio ad utrumque membrum pertineat. Sed recte Herm. signum interrogandi deleri jubet: *Non mihi turpe est meos abducere, sed tibi malum, si vi uti cogor, et Argivos tibi hostes reddis.* MATTH. Elmsleii annotatio hæc est "Sensus est ἐμοὶ αἰσχρὸν τόδ' ἐστὶν, ἀλλ' οὐ σοὶ βλάβος. Adhibita interrogatione, quam primus adhibui, particula negativa locum mutare debet. Nam οὐκ οὖν ἐμοὶ τόδ' αἰσχρὸν interrogative dictum idem valet atque ἐμοὶ τόδ' αἰσχρὸν sine interrogatione. Sic etiam idem significant ἀλλὰ σοὶ βλάβος cum interrogatione, et ἀλλ' οὐ σοὶ βλάβος sine interrogatione. Minus necessaria est igitur scriptura a Musgravio proposita, οὐκοῦν ἐμοὶ τόδ' αἰσχρὸν, ἀλλ' οὐ σοὶ, βλάβος. Discrimen quod inter οὐκοῦν et οὔκουν statuunt grammatici, verissimum est, si Plutarchi aut Luciani scripta pro veræ Græcitatis norma accipiantur. Apud veteres Atticos utraque particula semper propriam suam significationem servat. Ego ubique οὐκ οὖν scribo, adhibita, prout opus est, vel omissa interrogatione."

256. ἔμοιγ'] Supplendum, βλάβος ἐστί. Deinde μεθῶ *sinam* aut *patiar* vertunt omnes interpretes. μεθιέναι *dimittere, tradere, dedere* significat. Sensus est, ἐάν σοι μεθῶ τούσδε, ἵνα ἐφέλκῃ αὐτούς. *Ut tecum Argos abducas eos.* ELM.

258. πλείω Par. E.G. Flor. 1. 2. πλεῖον Ald.

262. τῶν Reiskius. τῶνδ' libri.

263. βλάπτων] γ' addit Elmsleius. Recte.

ἦν Matthiæ. Libri ἄν.

264. Notam interrogationis delevi. βλάπτεσθ' enim imperativus est, secus atque ab omnibus interpretibus acceptum est. Vertit Portus, *Lædimini* ergo, *quod ego non polluam deos?* Imo, *Lædiminor, modo ego non polluam deos.* ELM.

270. κοὐκ ἐς ἀμβολάς] Similia audit præco apud Æsch. Supplic. 932. κλάοις ἂν, εἰ ψαύσειας, οὐ μάλ' εἰς μακράν. Si vera sunt quæ de ἐς dixi in Præfatione ad Soph. Œd. T. p. 9. nostro loco scribendum εἰς ἀμβολάς. Sed hodie suspicor tragicos in quinta senarii sede iambum spondeo prætulisse, saltem ubi diversam ejusdem vocis scripturam adhibendo breve n syl-

labam pro longa exhibere possent. De qua re alias plura dicam. ELM. Scribendum εἰς. Eadem librorum inconstantia est in εἴσω et ἔσω in quinto pede trimetri ponendo.

271. τολμήσῃς Flor. 1. 2. Vulgo τολμήσεις.

θενεῖν] Vulgo θένειν. Θενεῖν scripsi monitu doctissimi Blomfieldii ad Æsch. Theb. 378. qui primus omnium vidit ἔθενον aoristum esse verbi θείνω. Sententiam ejus confirmat incertus Rhes. 683. φίλιον ἄνδρα μὴ θένῃς. Ubi solœcum esset θένῃς a præsenti θένω natum. Quod ipse olim monui, ἔσχεθον aoristum esse, eodem argumento demonstrare possum. Noster Alcmæone fr. 12. 13. Γυναῖκες, ὁρμήθητε, μηδ' ἀθυμία σχέθῃ τις ὑμᾶς. ταῦτα γὰρ σκεθρῶς ὁρᾶν ἡμᾶς ἀνάγκη τοὺς νομίζοντας τέχνην. Ita legendum esse nullus dubito. Si verbum esset σχέθω, σχέθῃ in σχεθέτω mutandum esset. ELM.

272. κήρυξ] Recte κῆρυξ Ald.

278. Ἀλκάθου—τέρμασιν] Intellige, *Megarensium finibus*, sic dictis ab Alcathoo Pelopis filio, qui Megaris paullo ante regnavit. MUSG. Citat Brodæus Megarensem poetam Theognidem v. 771. ed. Blackwall. 751. Brunck. Φοῖβε ἄναξ, αὐτὸς μὲν ἐπύργωσας πόλιν ἄκρην, Ἀλκαθόῳ Πέλοπος παιδὶ χαριζόμενος. Ad quem locum inscriptionem veterem Megaris repertam allegat Brunckius, ubi Megarenses Ἀλκαθόου ναετῆρες appellantur. Multa de Alcathoo habet Pausanias libro primo in Megarorum descriptione. Personam ejus in Euripidis Protesilao fuisse discimus ex Photio et Suida v. Πενθερά. ELM.

279. μένει Par. G. Flor. 1. μένεῖν Flor. 2. μένειν Ald.

280. λαμπρός] *Vehemens, rapidus, potens.* Aristoph. Eq. 430. ἕξειμι γάρ σοι λαμπρὸς ἤδη, καὶ μέγας καθιείς. Ibid. 760. πρὸς ταῦθ' ὅπως ἕξει πολὺς καὶ λαμπρὸς εἰς τὸν ἄνδρα. MUSG.

281. καὶ φυτοῖς] *Arboribus*, quas præcisurus erat, regionem depopulans. BRODÆUS. δενδροτομεῖν vocant Thucydides l. 1. Diodorus Siculus 13. 108. MUSG. Res spectatoribus tempore belli Peloponnesii satis superque nota. ELM.

282. κεκτώμεθα Ald. κεκτῴμεθα scribendum monuit Hermann. in Museo antiqu. stud. p. 231. Cf. Buttmann. Gramm. Gr. ampl. p. 442. κεκτῄμεθα Brunck. ad Soph. Phil. 119. ut edidit Elmslei. MATTH.

284. φθείρου] Μετὰ φθορᾶς ἀπαλλάττου. Id est, *In malam rem, abi in malam crucem.* Aristoph. Plut. 598. 610. [Ach.

460.] BRODÆUS. Rectius, *Get you gone.* Vide omnino nostrum Androm. 709. 716. ELM.

τὸ σὸν—Ἄργος] *Argos illos quos tantopere prædicas.* Noster Hippol. 113. Τὴν σὴν δὲ Κύπριν πόλλ' ἐγὼ χαίρειν λέγω. ELM.

291. μᾶλλον ἔτ' ἢ πρίν] *Se præstabit acrem* supplet Portus. Potes etiam, ὥρα προνοεῖν. Quod si placet, verba μάλα δ' ὀξὺς Ἄρης ὁ Μυκηναίων parentheseos notis includantur. ELM.

292. μισοκήρυκα fuisse Euripidem monuerunt tum alii, tum Marklandus ad Suppl. 399. Sed ovum ovo non est similius, quam hic noster Copreus, qui modo discessit, præconi Ægyptio apud Æschylum Supplicibus, nec facile dixeris uter eorum insolentius atque arrogantius se gerat. ELM.

293. πυργοῦν] *Augere, amplificare.* Brodæus. Præter propriam significationem, *turribus ac mœnibus instruere, ædificare,* πυργοῦν apud tragicos sæpe μεγαλύνειν significat. Ita dicunt Latini, *in altum extollere.* Nostro loco *exaggerare* significare videtur. Verbum *exstruere* sensu non dissimili usurpat A. Gellius 13. 24. monente Forcellino: *Crimen unum vocibus multis atque sævis exstruere.* Nisi vertere mavis, *fingere, fabricari.* Aristoph. Ran. 1004. ἀλλ' ὦ πρῶτος τῶν Ἑλλήνων πυργώσας ῥήματα σεμνά. ELM.

296. διακναῖσαι] Interpretare, διολέσαι. ELM.

297. Ut hic τοῦδε, -ῇ, sic Med. 550. τί τοῦδ' ἂν εὕρημ' εὗρον εὐτυχέστερον, ἢ παῖδα γῆμαι βασιλέως. -- Cf. Od. Z, 182. Gorg. §. 120. 158. MATTH.

299. γαμεῖν τ' ἀπ' ἐσθλῶν] Ita passim loquuntur tragici. Noster Androm. 975. ὡς φίλων μὲν ἂν γήμαιμ' ἀπ' ἀνδρῶν. Ibid. 1280. κᾆτ' οὖν γαμεῖν δῆτ' ἔκ τε γενναίων χρεὼν, Δοῦναί τ' ἐς ἐσθλοὺς, ὅστις εὖ βουλεύεται. Incertus Rhes. 168. οὐκ ἐξ ἐμαυτοῦ μειζόνων γαμεῖν θέλω. ELM.

301. λιπεῖν] λιπὼν Matthiæ.

303. δυσγενείας] δυσμενείας MS. A. Stobæi 88, 7.

304. εὕρομεν] Scribendum ηὕρομεν. Sic etiam ηὕρηκ' v. 535. ηὗρες v. 957. Ηὐτύχει habet Aldus Hec. 18. ηὐτύχουν v. 301. ἐπηύξατο v. 542. ηὔφρανας Or. 217. ηὔφρανε v. 287. ηὔχου v. 355. ηὐτύχησεν v. 541. ηὐλαβεῖτο v. 1059. ηὔχετο Phœn. 1382. ἐξηύχουν (mendose pro ἐξηύχου) Med. 930. κατηύξατο Alc. 160. προσηύξατο v. 169. ηὐτρεπισμέναι Iph. A. 1111. ηὔξω Iph. T. 629. προσηυξάμην Tro. 887. ηὔχετ' Hel. 1600. ηὐνάσθη

Ion. 17. ἠνυάσθην v. 1484. His exceptis, diphthongum nunquam mutat Aldus. ELM.

309. ἤλθομεν codices. ἔλθωμεν Ald.

310. ὑμῖν Barnesius et codices, ut videtur. ἡμῖν Ald.

311. Fieri potest ut post verba καὶ τιμὰς πατρὸς exciderit hujusmodi versiculus, πάλιν λάβητε, τῆσδε κοιράνους χθονός. Quamquam verbum λάβητε suppleri potest ex altero verbo οἰκήσητε. De qua constructione consulendus omnino Brunckius ad Soph. Œd. T. 271. El. 435. et Dorvillius ad Charit. p. 394. a Brunckio allegatus. Exemplis adde nostræ fabulæ vv. 785. 833. 839. 1040. ELM.

315. Ald. ἄξιοι γ' ὑμῖν σέβειν. Par. E.G. Flor. 1. 2. ἄξιον ὑμῖν σ. omisso γ'. Hinc scripsi ἄξιόν γ' ὑμῖν σέβειν. ut Phrix. fr. 8. ἀνέρος οὐκ ἄξιον δειλὸν κεκλῆσθαι. Hec. 405. οὐ γὰρ ἄξιον sc. σὲ σπασθῆναι. Cur δέ sententiæ convenientius videatur Elmsleio quam γέ, non intelligo. MATTH.

316. Πελασγικὸν] Argivum.

317. ἀπηλλάξαντο] ἐνηλλάξαντο Musgravius. Scribendum videtur ὑπηλλάξαντο cum Pflugkio.

320. Non potest defendi librorum scriptura θάνῃς. Non de mortuo enim, sed de vivo Demophonte hæc narraturum Theseo Iolaum esse, ostendit illud σώζεις, quod nonnisi in vivum et superstitem quadrat. Recte Brodæus θάνω. L. DINDORF.

321. Θησέως—πέλας] Theseum ipsum fuisse, non Demophontem, qui Heraclidis asylum præbuerit, auctor est Diodor. Sic. 4. c. 57. Sed Pherecydem sequitur Euripides, ut patet ex Antonio Liberali, c. 33. MUSG.

322. ἀρῶ Elmsleius. Legebatur αἴρω.

324. Optime Musgravius, cum olim plene distingueretur post verba τοῖς Ἡρακλείοις, ita locum interpunxit, ut Iolai ad Theseum sermo etiam verba εὐγενὴς δ' ἀν' Ἑλλάδα σώζεις πατρῴαν δόξαν comprehenderet. Quo nuntio nihil umbræ Thesei gratius ad aures pervenire potuit. ELM.

334. μνημονεύσεται Flor. 1. 2. Vulgo μνημονεύσεθ' ἡ.

336. θ' Elmsleius. Legebatur δ'.

339. Ἄργει codices. εἴργει Ald.

340. ἀθροίσας Flor. 1. 2. ἀθρήσας Ald.

344. ἐξόμεσθα error typothetæ pro ἐζόμεσθα. Scribendum ἐζώμεσθα cum Elmsleio. "Contrarium vitium supra v. 33.

emendavit Barnesius. Noster El. 107. ἀλλ' εἰσορῶ γὰρ τήνδε προσπόλων τινὰ, πηγαῖον ἄχθος ἐγκεκαρμένῳ κάρᾳ φέρουσαν, ἑζώμεσθα, κἀκπυθώμεθα κ. τ. ἑ. Ubi ἑζώμεσθα *consistamus* sive *subsistamus* significat. Nostro loco verba ἑζώμεσθα—μένοντες per μείνωμεν—ἥμενοι explicanda videntur." ELM.

345. Vertit Portus, *Supplices expectantes hic, donec civitas rem feliciter gesserit.* Quæ interpretatio defendi potest ex Androm. 254. ὡς τοῦτ' ἄραρε, κοὐ μενῶ πόσιν μολεῖν. Sed magis placet Musgravii versio, *Supplices, ut civitas bene rem gerat, hic manentes.* De qua vide ad v. 34. ELM.

350. Ἀθάνα Elmsleius. Libri Ἀθηνᾶ.

353. Scribendum uno versu εἰ—μέλονται pariterque in antitropho.

355. ὦ addidit Erfurdtius.

ἐλθών Erfurdtius. Legebatur ἐπελθών.

356. μεγαληγορίαισιν] Scribebatur μεγαληγορίαισι.

360. σὺ τ' error typothetæ ex editione Matthiæ relictus. Recte libri σὺ δ'.

361. Σθενέλου] Eurystheus Stheneli filius. Homerus Il. T. 123. Εὐρυσθεὺς, Σθενέλοιο πάϊς Περσηϊάδαο. ELM.

365. ἀντισχομένους] Legebatur ἀντεχομένους.

372. σὺ] Corrigendum σοὶ cum Cantero. Hoc enim postulat verbum λέγω, quod pronomine addito multo magis opus habet quam κυρήσεις, quo σὺ retulerunt interpretes.

373. εἰ πόλιν ἥξεις] *Hostiliter* scilicet. De hac locutione consulendus Marklandus ad Suppl. 523. Soph. Trach. 259. στρατὸν λαβὼν ἐπακτὸν, ἔρχεται πόλιν τὴν Εὐρυτείαν. ELM.

374. οὐχ οὕτως] Exquisita locutio, quæ omnes interpretes fugit. Sensus videtur esse, *non impune, non illæsus.* Noster Alc. 682. ἄγαν ὑβρίζεις, καὶ νεανίας λόγους ῥίπτων ἐς ἡμᾶς, οὐ βαλὼν οὕτως ἄπει. Herodotus 1. 16. ἀπὸ μέν νυν τούτων οὐκ ὡς ἤθελε ἀπήλλαξε, ἀλλὰ προσπταίσας μεγάλως. ELM.

οὐκ typotheta dedit pro οὐχ.

376. Removeantur unci, quibus ἐστιν inclusum ex editione L. Dindorfii remansit.

377. ὦ Canterus. οὐ libri.

ἐραστά Musgravius. Libri ἐραστάς.

379. εὖ χαρίτων] Legebatur εὐχαρίστων. Noster Hippol. 462. πόσους δοκεῖς δὴ κάρτ' ἔχοντας εὖ φρενῶν, νοσοῦνθ' ὁρῶντας

λέκτρα, μὴ δοκεῖν ὁρᾶν. Ad quem locum citat Valckenarius similes nonnullas locutiones. Τὴν εὖ χαρίτων ἥκουσαν dixisset Herodotus. ELM.

384. γε] σε Elmsleius. Frustra.

λόγος Flor. 1. 2. λόγους Ald.

385. Legebatur τὰ πρὸς θεῶν. Tyrwhitt. εὐτυχὴς τὰ πρόσθεν ὤν, recte, opinor, non quod εὐτυχὴς τὰ πρὸς θεῶν dici non posse existimem, sed quia sententia repugnat; *Eurystheus felix est ope deorum*, is optime diceret, qui quantum periculi ab eo immineret, declarare vellet; sin per ironiam aliquam dictum accipias, frigida est et elumbis ironia. MATTH.

386. εἶσιν Elmsleius. Legebatur ἐστίν.

387. ἐς τὰς Ἀθήνας Elmsleius cum Porto jungit cum οὐ σμικρὸν φρονῶν propter Hipp. 6. σφάλλω δ' ὅσοι φρονοῦσιν εἰς ἡμᾶς μέγα. Mihi cum εἶσιν jungendum videtur, sed ita ut simul ad verba οὐ σμικρὸν φρονῶν referatur. Ita vim habet illud καὶ μάλα. *Athenas veniet, et quidem non mediocri spiritu.* MATTH.

388. Imitatur noster Æschylum Pers. 829. Ζεύς τοι κολαστὴς τῶν ὑπερκόπων ἄγαν φρονημάτων ἔπεστιν, εὔθυνος βαρύς. ELM.

390. γὰρ Flor. 1. 2. Vulgo δέ.

393. τάδ' MSS. Stephani. "ἴσ. τάδε" Victorius. τόδ' Ald.

394. λεπαίαν Stiblinus. λεπάραν libri, cui in Flor. 2. adscriptum ὄνομα τόπου.

ὀφρύην] Huc respexit Photius, monente Musgravio: Ὀφρύην. τὸ μετέωρον. Εὐριπίδης. Monet idem hanc vocem sæpius usurpari ab Herodoto 4. 181. seqq. ELM.

395. δόκησιν δὴ τόδ' (τάδ' MSS. Stephani) ἂν λέγοιμί σοι] Hæc verba διὰ μέσου esse primus monuit Brodæus, qui recte vertit, *uti et suspicor*. Confert Tyrwhittus Bacch. 629. κᾷθ' ὁ Βρόμιος (ὡς ἔμοιγε φαίνεται, δόξαν λέγω) Φῶς ἐποίησεν κατ' αὐλήν. ELM.

396. ποίᾳ Portus. ποία Ald.

Ex voce ἀσφαλεῖ apparet, quomodo Demophon Eurysthei consilium interpretatus sit: credidisse enim, non pugnæ occasionem quæri, sed tutam exercitui stationem. Hinc pro ταυῦν δορὸς repono τ' ἄνευ δορός:

ποίᾳ προσάξει στρατόπεδον τ' ἄνευ δορὸς,
ἐν ἀσφαλεῖ τε τῇδ' ἱδρύσεται χθονός.

MUSG. Vera videtur emendatio Musgravii τ' ἄνευ.

397. τῆσδ' Par. E. et Victor. τῇδ' Ald.

ἱδρύσεται Flor. 1. 2. et MSS. Stephani. ἱδρύσετε Ald.

398. ἄραρ' Brunckius ad Med. 323. Libri ἄρηρ'.

400. οἷς χρὴ ταῦτα τέμνεσθαι θεῶν] Æsch. Pers. 202. σὺν θυηπόλῳ χερὶ Βωμῷ προσέστην, ἀποτρόποισι δαίμοσι Θῦσαι θέλουσα πέλανον, ὧν τέλη τάδε. Herodotus 1, 118. σῶστρα τοῦ παιδὸς γὰρ μέλλω θύειν τοῖσι θεῶν τιμὴ αὕτη προσκέεται. ELM.

401. 402. Horum versuum sedes immutanda est, ut vidit etiam Tyrwhittus. MUSG. Mihi quidem nihilo deterior videtur vulgatus ordo. σφάγια v. 399. memorata tum demum sacrificanda erant, cum ad manus cum Eurysthei exercitu veniendum erat. Sed interea victimas ad omnes urbis aras immolabant haruspices, quas τροπαῖά τ' ἐχθρῶν καὶ πόλει σωτήρια recte appellari quis dubitet? ELM.

401. θυηπολεῖται δ' ἄστυ] Id est, μάντεις κατ' ἄστυ θυηπολοῦσι. Hoc adde exemplis ad Soph. Œd. T. 1094. allatis. ELM.

402. σωτήρια Brodæus. σωτηρία Ald.

403. ἁλίσας] συναλίσας Barnesius. Sed ἁλίσας primam producit apud nostrum Herc. 412. monente Musgravio. Deinde apud veteres non minus usitatum est ἁλίζω quam συναλίζω. Participium ἁλίσας ter minimum in libro primo usurpat Herodotus, capp. 77. 80. 119. Significat ἀθροίσας, quod in simili locutione adhibet noster supra v. 341. Utrumque ἁλίζω et συναλίζω usurpat Xenophon, obsoletorum et poeticorum vocabulorum sectator omnium Atticorum studiosissimus. Illud habet Anab. 2. 4, 3. 6. 3, 3. hoc Pæd. 1. 2, 15. 4, 14. Anab. 7. 3, 48. Hellen. 1. 1, 30. Hesychius v. Ἁλίσας duo diversa verba ἁλίζω et ἁλίνδω confundit, nisi glossa ejus ita scribenda est: Ἁλίσας. κονίσας, κυλίσας, καταβαλών. Ἁλίσας. συναθροίσας, συναγαγών. ἁλίσας tenui spiritu primam corripit, secundam producit. Aristoph. Nub. 32. ἄπαγε τὸν ἵππον ἐξαλίσας οἴκαδε. ELM.

404. Oraculorum occultorum meminit Herodotus 5. 91. MUSG.

407. Γνῶμα habet etiam Soph. Trach. 593. γνώματος, Æsch. Agam. 1361. ELM.

408. κόρῃ Δήμητρος Barnesius. Legebatur κόρην Δήμητρί γ'.

411. κτενῶ Elmsleius. Libri κτανῶ.

415. πικρὰς ἂν Par. E. Flor. 1. 2. πικρὰν ἂν Par. G. πικρὸν ὂν Ald.

416. ἦν Schæferus Melet. p. 110. Libri ἢ.

418. εἰ δὲ δὴ Flor. 1. 2. Vulgo ἦν δὲ μὴ. "εἰ δὲ δὴ δράσω (futur.) τόδε, *si bellum pro supplicibus suscipiam;* quo fieri necesse est, ut virgo nobilis immoletur; quem sensum esse loci e vss. 421. 22. apparet." MATTH.

423. 424. Atossa apud Æsch. Pers. 211. εὖ γὰρ ἴστε, παῖς ἐμὸς, πράξας μὲν εὖ, θαυμαστὸς ἂν γένοιτ' ἀνὴρ, κακῶς δὲ πράξας, οὐχ ὑπεύθυνος πόλει, σωθεὶς δ' ὁμοίως τῆσδε κοιρανεῖ χθονός. ELM.

425. ἀλλ' ἢ] *Sane* aut *profecto* plerique interpretes. *An ergo* cum interrogatione recte Musgravius. Vide Æsch. Agam. 284. Choeph. 218. 772. Suppl. 520. 920. Soph. El. 879. Eurip. Phœn. 1698. Hippol. 858. 932. (ubi consulendi Valckenarius et Monkius) Alc. 58. 819. Iph. A. 847. Iph. T. 1170. Bacch. 920. Hel. 497. Ion. 755. Herc. 1128. incertum Rhes. 36. ELM.

427. Atticos ἔοιγμεν et εἴξασι pro ἐοίκαμεν et ἐοίκασι dixisse nemini ignotum est. Præter nostrum locum, ἔοιγμεν occurrit infra v. 681. Cycl. 99. et apud Soph. Aj. 1239. Quid pro ἐοίκατε dixerint ego quidem nescio. De εἴξασι consulendi Ruhnkenius ad Timæum p. 98. et Piersonus ad Mœrin p. 148. ELM.

429. Nota est locutio εἰς χεῖρας ἰέναι τινὶ, *ad manus cum aliquo venire.* Nostro loco de terra loquitur poeta tanquam de persona. Dicitur εἰς λόγους συνάπτειν in Phœn. 709. Ὡς εἰς λόγους ξυνῆψα Πολυνείκει μολών. ELM.

430. πνοαῖσιν Hervagiana secunda. πνοιαῖσιν Flor. 1. 2. Ald. "πνοιαὶ edd. omnes in Androm. 479. Tro. 883. Altera scriptura melior mihi videtur. Quamvis enim ποιὰ, ῥοιὰ, στοιὰ, χροιὰ, et alia fortasse nonnulla, apud veteres saltem Atticos rectius per diphthongum quam per simplicem vocalem scribantur, diversam fuisse horum rationem ostendit rectus casus singularis, qui in his semper in A desinit, in illo semper in H, nisi in Doricis chori canticis. Neque unquam, quod sciam, apud tragicos aut comicos metro repugnat πνοὴ priore correpta. Contra ποιὰ priorem producit apud Eurip. Cycl. 333. Aristoph. Eq. 606. ῥοιὰ, *malum Punicum*, apud Aristoph. Pac. 1001. στοιὰ, Eccl. 676. 684. 686. χροιὰ apud Eurip. Bacch. 457. et alibi. Male igitur, ni fallor, Porsonus in Or. 145. pro Aldina scriptura ἃ ἃ σύριγγος ὅπως πνοὰ, ἃ ἃ σύριγγος ὡς πνοιὰ dedit. Versus antitheticus est, 'ολεῖς, εἰ βλέφαρα κινή-

σεις. Metrum est syzygia dochmiaca bacchio subjecta. Satis bene sibi respondent syzygiæ dochmiacæ ριγγὸς ὅπως πνοὰ et βλέφαρα κινήσεις. Πνοιαῖς metro repugnante olim legebatur apud Æsch. Suppl. 142." ELM.

435. θέλει Elmsleius. Libri θέλοι.

438. οὔτοι] οὔτι Flor. 1.

443. κἀμοῦ] κἀμοὶ MSS. (?) Stephani. Recte κἀμοῦ defendit Elmslei. loco Med. 346. τοὐμοῦ γὰρ οὔ μοι φροντὶς, εἰ φευξούμεθα.

451. ἅπασα MSS. Stephani. Vulgo ἅπασι.

454. σωθήτω] δωθήτω Flor. 1. 2.

458. ἀνὴρ Elmsleius. Libri ἀνήρ.

459. Quæ hic μὴ 'μαθεῖ habent edd. omnes, infra v. 882. μὴ ἀποτίσασθαι plene scriptum exhibent. Pronuntiandum puto, μἀμαθεῖ, μἀποτίσασθαι. Signum elisionis in his locum habere non debet. Nullam enim vocalem in initio vocis elidunt Attici nisi E, eamque tantum in certis quibusdam vocibus. Μὴ ἀδικεῖν plene scriptum habet Aldus in Hec. 1249. μὴ ἀντὶ Androm. 809. μὴ ἀδίκει Cycl. 271. μὴ ἀποδέξηται Hel. 838. μὴ ἀποδώσω ibid. 1017. Talia in codd. plerumque plene scripta exhiberi auctor est Valckenarius ad Hippol. 996. ELM. Scribendum μἀμαθεῖ.

460. κἀτυχής Grotius. καὶ τύχης Ald. καὶ δίκης Par. G. Flor. 1. 2.

Αἰδὼς hic *clementiam* significat, ut ἀναίδεια *crudelitatem* in Herc. 165. Θρασὺς, *crudelis*, infra v. 978. Ceterum permutantur δίκη et τύχη etiam apud Soph. Ant. 387. Τί δ' ἔστι; ποίᾳ ξύμμετρος προύβην τύχῃ; Apud nostrum Iph. A. 1437. non male conjicit Canterus ἀτυχήσεις pro ἀδικήσῃ. Antipho p. 618. Πῶς οὖν ταύτην ἐλεεῖν ἄξιόν ἐστιν, ἢ αἰδοῦς τυγχάνειν παρ' ὑμῶν, ἢ ἄλλου του; Et paullo post p. 619. Καὶ μὴ τυχοῦσα μήτ' αἰδοῦς μήτ' ἐλέου μήτ' αἰσχύνης μηδεμιᾶς παρ' ὑμῶν, τῆς δικαιοτάτης ἂν τύχοι τιμωρίας. ELM.

τύχοι Tyrwhittus. τύχῃ libri.

462. κέρδος] ψεῦδος Flor. 1. 2.

465. Miror Eurystheum absolute ἄνακτα a Demophonte appellari. Ita quidem de Lyco loquitur Amphitryo Herc. 588. Πολλοὺς πένητας, ὀλβίους δὲ τῷ λόγῳ Δοκοῦντας εἶναι, ξυμμάχους ἄναξ ἔχει. Sed Lycum vere dominum appellare poterat Amphitryo, minime Eurystheum Demophon. ELM.

470. λύμας] Scribendum λύμης cum Elmsleio.

474. Quod supra ad v. 49. de Copreo monui, idem hic de Macaria monendum est, cujus nomen in ipsa fabula nusquam obvium e scriptoribus mythologicis in indicem personarum intulerunt grammatici. Ejus historiam præter alios narrat Pausanias 1. c. 32. p. 79. a Barnesio ad v. 35. allegatus: Ἔστι δὲ ἐν τῷ Μαραθῶνι πηγὴ καλουμένη Μακαρία, καὶ τοιάδε ἐς αὐτὴν λέγουσιν. Ἡρακλῆς ὡς ἐκ Τίρυνθος (vide v. 164.) ἔφευγεν Εὐρυσθέα, παρὰ Κήϋκα φίλον ὄντα μετοικίζεται βασιλεύοντα Τραχῖνος. ἐπεὶ δὲ ἀπελθόντος ἐξ ἀνθρώπων Ἡρακλέους, ἐζήτει τοὺς παῖδας Εὐρυσθεὺς, ἐς Ἀθήνας πέμπει σφᾶς ὁ Τραχίνιος, ἀσθένειάν τε λέγων τὴν αὐτοῦ (vid. v. 194.), καὶ Θησέα οὐκ ἀδύνατον εἶναι τιμωρεῖν. ἀφικόμενοι δὲ οἱ παῖδες ἱκέται, πρῶτον τότε Πελοποννήσιοι ποιοῦσι πόλεμον πρὸς Ἀθηναίους, Θησέως σφᾶς οὐκ ἐκδόντος αἰτοῦντι Εὐρυσθεῖ. λέγουσι δὲ Ἀθηναίοις γενέσθαι χρησμὸν, τῶν παίδων ἀποθανεῖν χρῆναι τῶν Ἡρακλέους τινὰ ἐθελοντὴν, ἐπεὶ ἄλλως γε οὐκ εἶναι νίκην σφίσιν. ἐνταῦθα ἡ Μακαρία Δηϊανείρας καὶ Ἡρακλέους θυγάτηρ ἀποσφάξασα ἑαυτὴν, ἔδωκεν Ἀθηναίοις τε κρατῆσαι τῷ πολέμῳ, καὶ τῇ πηγῇ τὸ ὄνομα ἀφ' ἑαυτῆς. Vide etiam schol. ad Aristoph. Eq. 1148. ELM.

475. προσθῆτε Elmsleius. Vulgo πρόσθητε. "Quod ad significationem attinet, conferendus noster Hippol. 950. οὐκ ἂν πιθοίμην τοῖσι σοῖς κόμποις ἐγὼ Θεοῖσι προσθεὶς ἀμαθίαν φρονεῖν κακῶς. Androm. 217. εἶτ' ἀπληστίαν λέχους Πάσαις γυναιξὶ προστιθεῖσ' ἂν ηὑρέθης. προσβάλλειν eodem sensu usurpat Soph. El. 973. Λόγῳ γε μὴν εὔκλειαν οὐχ ὁρᾷς ὅσην Σαυτῇ τε κἀμοὶ προσβαλεῖς, πεισθεῖσ' ἐμοί;" ELM.

πρῶτον γὰρ] πρῶτον μὲν τόδ' mavult Porsonus ad Med. 139. 140. propter particulam γὰρ parvo intervallo bis adhibitam. Exemplis a Porsono allatis adde hujus fabulæ vv. 385. 386. 523. 524. Si μὲν nostro loco necessarium esset propter δὲ, v. 479. mallem superiore versu θράσος μὲν μηδέν. Nec minus recte diceretur θράσος μηδὲν ἐξόδοις ἐμαῖς προσθῆτε, quam θράσος μοὶ μηδὲν προσθῆτε ἕνεκα ἐξόδων ἐμῶν. Hoc enim valet dativus ἐξόδοις ἐμαῖς. ELM. ἐξόδοις ἐμαῖς non explico cum Elmsleio ἕνεκα ἐξόδων ἐμῶν, sed additum est ad accuratius declarandum μοι, *ne me, id est, egressum meum, impudentiæ accusate*, quod simillimum est duplici dativo v. 63. MATTH.

477. θ' Elmsleius. Libri δ'.

480. Minus recte interpungeretur, ἀλλ'; εἰμὶ γάρ κ. τ. ἑ. Di-

cere enim potuisset poeta, si per metrum licuisset, ἀλλὰ γάρ εἰμι. Ante γὰρ autem nemo unquam interpunxit. Noster Phœn. 1318. ἀλλὰ γὰρ Κρέοντα λεύσσω τόνδε δεῦρο συννεφῆ Πρὸς δόμους στείχοντα, παύσω τοὺς παρεστῶτας γόους. Herodotus 5. 3. ἀλλὰ γὰρ τοῦτο ἄπορόν σφι καὶ ἀμήχανον μή κοτε ἐγγένηται, εἰσὶ δὴ κατὰ τοῦτο ἀσθενέες. In his locutionibus, particulæ ἀλλὰ γὰρ significant ἀλλ' ἐπεί. Apud Herodotum vulgo plenius distinguitur post ἐγγένηται, quod vitium sæpe apud eum reperio. Idem 1. 14. ἀλλ' οὐδὲν γὰρ μέγα ἔργον ἀπ' αὐτοῦ ἄλλο ἐγένετο, βασιλεύσαντος δυῶν δέοντα τεσσεράκοντα ἔτεα, τοῦτον μὲν παρήσομεν, τοσαῦτα ἐπιμνησθέντες. Quæ verba vulgo in duas periodos divisa sunt, plena distinctione post ἔτεα adhibita. Idem 9. 27. ἀλλ' οὐ γὰρ ἐν τῷ τοιῷδε τάξιος εἵνεκα στασιάζειν πρέπει, ἄρτιοί εἰμεν πείθεσθαι ὑμῖν, ὦ Λακεδαιμόνιοι, ἵνα δοκέει ἐπιτηδεώτατον ἡμέας εἶναι ἑστάναι, καὶ κατ' οὕστινας. Hic etiam post πρέπει plene distinguitur in vulgatis libris. Idem 9. 109. ἀλλὰ πόλις τε ἐδίδου καὶ χρυσὸν ἄπλετον, καὶ στρατὸν τοῦ ἔμελλε οὐδεὶς ἄρξειν ἀλλ' ἢ ἐκείνη. Περσικὸν δὲ κάρτα ὁ στρατὸς δῶρον. ἀλλ' οὐ γὰρ ἔπειθε, διδοῖ τὸ φᾶρος. ἡ δὲ περιχαρὴς ἐοῦσα τῷ δώρῳ, ἐφόρεέ τε καὶ ἀγάλλετο. Interdum omnino reticetur γὰρ, ut supra v. 378. Ita Noster Phœn. 99. ἀλλ' οὔτις ἀστῶν τοῖσδε χρίμπτεται δόμοις, κέδρου παλαιὰν κλίμακ' ἐκπέρα ποδί. ELM.

πρόσφορος] *Apta, idonea.* Subaudiendum autem πρεσβεύειν. Sic Pindarus Olymp. 9. 121. πρόσφορος ἀναγεῖσθαι. Hesychius: Πρόσφορον. ἐπιτήδειον, ἁρμόζον, οἰκεῖον. MUSG. Malim, πρόσφορος πυθέσθαι. Propior scilicet ostio templi, quam avia aut sorores. ELM.

481. κἀμαυτῆς πέρι. Sensus est, οὐ μόνον περὶ τούτων, ἀλλὰ καὶ περὶ ἐμαυτῆς. Ita paullo post v. 568. κἀμοὶ significat οὐ μόνον σοὶ, ἀλλὰ καὶ ἐμοί. ELM.

482. μὴ pro εἰ, *num, an, utrum.* Noster Tro. 176. οἴμοι, τρομερὰ σκηνὰς ἔλιπον τάσδ' Ἀγαμέμνονος, ἐπακουσομένη, βασίλεια, σέθεν, μή με κτείνειν δόξ' Ἀργείων κεῖται μελέαν. Soph. Ant. 1253. ἀλλ' εἰσόμεσθα μή τι καὶ κατάσχετον κρυφῇ καλύπτει καρδίᾳ θυμουμένη. Interrogative pro μῶν idem Œd. C. 1502. μή τις Διὸς κεραυνὸς, ἤ τις ὀμβρία χάλαζ' ἐπιρράξασα; Ibid. 359. ἥκεις γὰρ οὐ κένη γε, τοῦτ' ἐγὼ σαφῶς ἔξοιδα. μὴ οὐχὶ δεῖμ' ἐμοὶ φέρουσά τι; ELM. τοῦτο καὶ κατ' ἐρώτησιν ὀρθῶς ἔχει margo Flor. 2.

484. *οὐ νεωστὶ δὴ*] Interpretare, *πάλαι δή*. ELM.

486. *εὖ προχωρῆσαι*] Id est, ni fallor, *εὐτυχῆσαι*. Sic *εὖ βεβηκόσιν* pro *εὐτυχοῦσι*, Soph. El. 979. Verbum *προχωρεῖν* diverso sensu usurpat noster Phœn. 1271. *οὐκ ἐν χορείαις, οὐδὲ παρθενεύμασι, νῦν σοι προχωρεῖ δαιμόνων κατάστασις*. ELM.

487. *εἰς τἀμήχανον* Flor. 1. 2. et Rom. C. apud Elmsl. ad Med. 397. Vulgo *εἰς ἀμήχανον*.

490. *κελεύειν* additum quasi non præcessisset *σημαίνειν*: de quo negligentiæ genere dixi ad Orest. 35.

πατρὸς] Libri *μητρός*. Emendavit Brodæus ex v. 409. 513.

491. *χρὴ* bis Hermannus. Libri utrobique *χρῆν*.

493. *σφάζειν*] Scribendum *σφάξειν* cum Elmsleio.

494. *κἀμοὶ* Barnesius. Libri *κἀμοὶ δέ*.

495. *ἐξαμηχανήσομεν*] Verbum nusquam alibi, quod sciam, obvium. Significare videtur, *Se ex angustiis et difficultate prudentia liberare*. Τι enim *παρέλκειν* existimo. ELM. Compositum non minus mirabile quam *ἐπιβωμιοστατεῖν* v. 44.

497. *βούλεσθαι* mavult Reiskius. Non male; sed recte se habere videtur vulgata. ELM.

498. Frustra in hoc loco explicando laborant viri docti. An legendum *κἀχόμεσθα?* A in ET passim mutari, alibi, si bene memini, monui. *εὐθύνας* pro *Ἀθήνας* habet Aldus in Tro. 974. Sed quid significat *ἐχόμεσθα?* Opinor, *hæremus*, vel aliquid ejusmodi. Thucydides 1. 25. *ἐν ἀπόρῳ εἶχοντο θέσθαι τὸ παρόν*. Nostro loco verba *ἐν τῷδε τῷ λόγῳ* non male *ἐν τῇδε τῇ ἀπορίᾳ* interpretari potes. ELM. Recepi emendationem Elmsleii. Legebatur *κεὐχόμεσθα*.

ἐν τῷδε λόγῳ (*in eo quod tu dixisti*, i. e. in eo quod tu subeundum ostendisti) *ἐχόμεθα σωθῆναι* familiari Græcis attractione dictum est pro *ἐν τῷδε λόγῳ ἔχεται ἡμᾶς σωθῆναι*; *ex hac re nunc pendet*, s. *in hac re nunc positum est, ut servemur*, sicut *ἔχεσθαι ἐν πόνῳ, ἐν ἀπορίᾳ* dicitur. MATTH.

499. *γ'* Par. G. Flor. 1. 2. *δ'* Ald.

500. *Ἀργεῖον*] *Ἀργείων* Elmsleius.

502. *ἑτοίμη* Flor. 1. 2. *ἑτοίμα* Ald.

504. *οὕνεκ' αἵρεσθαι*] Legebatur *οὕνεχ' αἱρεῖσθαι*. Locutionis *κίνδυνον αἵρεσθαι* exempla vide apud Stephanum Thes. Ling. Gr. v. *Κίνδυνος*. Similes sunt *νεῖκος ἠράμην* infra v. 986. *δυσμένειαν ἠράμην* v. 991. *κοινοὺς αἱρόμενος πόνους* Ion. 199. aliæ-

que quamplurimæ. Quoties permutentur *αἵρεσθαι* et *αἱρεῖσθαι*, vix quisquam harum literarum ita expers est ut nesciat. Quo magis miror apud Æsch. Pers. 481. in omnibus edd. reperiri *αἱροῦνται φυγὴν*, cum veram scripturam *αἴρονται* e Rhes. 54. 126. reponere potuerint editores. Noster Alex. fr. 9. *δούλων ὅσοι φιλοῦσι δεσποτῶν γένος, Πρὸς τῶν ὁμοίων πόλεμον αἱροῦνται μέγαν.* Hic etiam legendum *αἴρονται* ex Æsch. Suppl. 346. 448. Fœde depravatus est ejusdem fabulæ v. 957. qui in codd. ita scriptus exhibetur: ΙΣΘΙΜΕΝΤΑΔΗΔΗΠΟΛΕΜΟΝΕΡΕΙΣΘΕΝΕΟΝ. Ubi neque *αἱρήσῃ* cum Aldo, neque *αἱρεῖσθαι* cum Robortello, sed *αἴρεσθαι* legendum videtur. Vide Thucydidem 1. 80. 82. 118. 125. Bene Græcum esse *πόλεμον ἀναιρεῖσθαι* docuit Marklandus ad Suppl. 492. Sed non ideo evincitur veteres *πόλεμον αἱρεῖσθαι* dixisse. ELM.

509. *φύντας* vel *φῦντας* Flor. 1. 2. et MSS. Stephani. *φύντες* Ald.

513. *δεινὰ* Tyrwhittus. Libri *δέ τινα*.

515. *ἀλητεύσω* MSS. Stephani. *ἀλητεύω* Ald.

534. *εὕρηκ'*] Scribendum *ηὕρηκ'* cum Elmsleio. "Cum hac Macariæ oratione comparanda Polyxenæ oratio in Hec. 342. Iphigeniæ in Iph. A. 1368. Praxitheæ in Erechtheo. Omnes locis communibus refertæ sunt, quarum multo patientiores fuerunt Athenienses quam nostri homines." ELM.

535. *φεῦ φεῦ*] Admirantium exclamatio. Vide infra v. 553. Soph. Œd. T. 964. Ita Aristoph. Av. 1723. ELM.

539. *ἔστ'* Flor. 1. 2. *ἔτ'* Ald.

541. *Ἡρακλῆος*] Formam Ionicam —*κλῆος* non alibi in tragicis me legere memini. Elmsl. *Ἡράκλειος*. Sed ut recte dicatur *ἡ Τυνδάρειος παῖς* Orest. 1505. *Ἡράκλειος* tamen, non adjecto *παῖς* vel *θυγάτηρ* dubito an unquam reperiatur. MATTH. Vid. ad Hec. 1089. Suppl. 136.

543. *ἐνδικωτέρως*] *ἐνδικώτερον* Elmsleius: quod retractavit in annotatione "Adverbia comparativi gradus plerumque in ON desinunt, superlativi in A, ut *ἐνδίκως, ἐνδικώτερον, ἐνδικώτατα.* Noster El. 224. *οὐκ ἔσθ' ὅτου θίγοιμ' ἂν ἐνδικώτερον.* Or. 1513. *ἐνδικώτατ', εἴγε λαιμοὺς εἶχε τριπτύχους θανεῖν.* Rarissime apud Atticos poetas hæc vel illa in ΩΣ terminantur. Apud Æschylum, si bene memini, nusquam nisi in Prom. 630. ex mea emendatione, quam non magni facio, *μή μου προκήδου μασ-*

σόνως ἢ 'μοὶ γλυκύ. μειόνως habet Soph. Œd. C. 104. Ξυντομωτάτως idem ibid. 1579. ubi ξυντομώτατος exhibet scholiastes. προυνουστέρως (sic) ex Aj. 119. citat Photius, ubi recte vulgo legitur προνούστερος. Μειζόνως noster Hec. 1121. et incertus Rhes. 849. Sed ut Herodotum taceam, apud quem haud raro legitur μεζόνως, μειζόνως habet Thucydides 1. 130. Δυστηνοτάτως pro δυστηνότατος in Suppl. 967. legendum conjiciunt Reiskius et Marklandus. Σωφρονεστέρως in Iph. A. 379. ex Stobæo reposuit Marklandus. Εὐλαβεστέρως in Iph. T. 1375. edd. omnes. Εὐρυτέρως Aristoph. Lys. 319. In his æque metro convenirent σωφρονέστερον, εὐλαβέστερον, εὐρύτερον. Ἐνδεεστέρως Thucydides 2. 35. Sed vereor ut recte nostro loco ἐνδικώτερον pro ἐνδικωτέρως reposuerim. Plura enim quam putaram hujus formæ adverbia apud Atticos scriptores reperi. Sequentia indicat Atticista Anonymus: Ἀληθεστέρως. Πλάτων τρίτῳ Πολιτείας. || Ἀμεινόνως. Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις. || Ἐχθροτέρως ἀντὶ τοῦ ἐχθρότερον. Θουκυδίδης. || Ἐπιτηδειοτέρως. || Καταδεεστέρως. Ἰσοκράτης περὶ Ἀντιδόσεως. || Λεπτοτέρως. Ἀναξανδρίδης Ὁπλομάχῳ. || Μειζόνως ἀντὶ τοῦ μεῖζον. Θουκυδίδης τετάρτῳ [capp. 19. 98.] Πλάτων Πολιτείας τρίτῳ. Μειζόνως etiam Thucydides 6. 27. Xenophon Cyneg. 13, 3. Isocrates περὶ Ἀντιδόσεως, p. 392. ed. 1749. In qua oratione καταδεεστέρως non reperi, ἐνδεέστερον reperi p. 381. His adde ἐνδεεστέρως apud Thucydidem 4. 39. ἀσφαλεστέρως, ibid. 71. χαλεπωτέρως, 8. 40. μαλακωτέρως, ibid. 50. ὑποδεεστέρως, ibid. 87. ἀπορωτέρως apud Thucydidis magistrum Antiphontem, p. 660. σαφεστέρως, p. 662. ἐλασσόνως et κρεισσόνως, p. 699."

550. προθύμῳ Barnesius. Libri προθύμως.

554. ὑπερφέρειν videtur h. l. esse non *antecellere*, sed *supra ferre, exaggerare*. MATTH.

557. σ' Reiskius. Libri γ'.

558. σοφῶς κελεύεις] *Prudenter, caute, jubes*. Causa cavendi erat, ne, si aperte jussisset, ipse in societatem piaculi veniret. MUSG.

559. θάνω] Subjunctivi primam personam pluralem eo sensu quo Anglice dicitur, *Let us die*, passim occurrere nemo nescit. Rarius, nec tamen valde raro, adhibetur prima persona singularis ea significatione qua dicunt nostrates, *Let me die*. Pluraliter Soph. Phil. 539. Ἐπίσχετον, μάθωμεν. Singulariter noster Hippol. 567. Ἐπίσχετ', αὐδὴν τῶν ἔσωθεν ἐκμάθω. Ibid. 1354.

σχὲς, ἀπειρηκὸς σῶμ' ἀναπαύσω. In Med. 1275. verba παρέλθω δόμους sine interrogatione recte exhibent edd. pleræque. In Androm. 844. metri caussa legendum, ἀπόδος, ἀνταίαν ἐρείσω πλαγάν. Nos, *Let me give myself a mortal wound.* Herc. 1059. σῖγα, πνοὰς μάθω. φέρε πρὸς οὖς βάλω. Plerumque præmittitur φέρε aut ἄγε, ut apud Soph. Phil. 1452. φέρε νυν στείχων χώραν καλέσω. Ubi subjunctivum καλέσω pro futuro, quod Atticis est καλῶ, accipiunt omnes interpretes. [Conf. Dobræum ad Aristoph. Plut. 965. p. 119. b. *G. D.*] Dicitur etiam μὴ θάνω, *ne sinas me mori.* Exempla dant Soph. Œd. C. 174. Trach. 804. Eurip. Tro. 172. Herc. 1399. Ceterum solennis est locutio ἐλευθέρως θανεῖν, *mori ut liberum decet.* Noster Or. 1169. ὃν οὐ καταισχυνῶ, δοῦλον παρασχὼν θάνατον, ἀλλ' ἐλευθέρως ψυχὴν ἀφήσω. Archelao fr. 4. Ἓν δέ σοι μόνον προφωνῶ, μὴ 'πὶ δουλείας ποτὲ ζῶν ἑκὼν ἔλθῃς, παρόν σοι κατθανεῖν ἐλευθέρως. Quæ loca affero, ut eorum auctoritate utar in emendanda vulgata scriptura in Hec. 660. ἐλευθέραν δέ μ', ὡς ἐλευθέρα (l. ἐλευθέρως) θάνω, Πρὸς θεῶν, μεθέντες, κτείνατ'. Permutantur ἐλεύθεροι et ἐλευθέρως in Hippol. 421. ELM. ἐλευθέρως θανεῖν dici videtur is qui ἄνευ πάλου mortem obit. Cf. v. 551. MATTH.

562. Noster Med. 394. κτενῶ σφε. τόλμης δ' εἶμι πρὸς τὸ καρτερόν. ELM.

564. οὐκ ἂν δυναίμην] Nos, *I cannot bear.* Noster Bacch. 834. οὐκ ἂν δυναίμην θῆλυν ἐνδῦναι στολήν. ELM.

565. σὺ δ' ἀλλά] Vim particulæ ἀλλὰ in hac locutione non debent negligere tirones. Significat, εἰ μὴ τοῦτο δρᾶν θέλεις. Anglice verte, *then.* Vide nostrum Hec. 391. Phœn. 1661. Med. 942. incertum Rhes. 167. Aristoph. Ach. 191. 1033. Nub. 1364. 1369. Pac. 660. Lys. 904. Antiphanes Athen. p. 446 C.A. σὺ δ' ἀλλὰ πῖθι. B. τοῦτο μέν σοι πείσομαι. ELM.

τοῦδε χρῇζε] *Ab hoc*, Demophoonte scilicet, *pete.* HEATH.

567. Χο.] Hæc personæ nota ex editione Matthiæ remansit. Libri hos versus Iolao tribuunt, Demophonti recte Heathius. Demophontem adhuc adesse patet ex v. 488. 493. Monuit Dobræus.

570. τλημονεστάτην] *Miserrimam* plerique interpretes. *Fortissimam* recte Musgravius. Sic etiam Polyxena Hec. 562 ἔλεξε πάντων τλημονέστατον λόγον. Hunc scilicet: ἰδού. τόδ' εἰ

μὲν στέρνον, ὦ νεανία, παίειν προθυμεῖ, παῖσον. εἰ δ' ὑπ' αὐχένα χρῄζεις, πάρεστι λαιμὸς εὐτρεπὴς ὅδε. ELM.

573. Libri *πρόσφθεγμά μοι.* Pro *μοι*, quod e v. sequente natum videtur, dedi *δή*. Noster Hec. 413. *τέλος δέχει δὴ τῶν ἐμῶν προσφθεγμάτων.* Soph. Aj. 856. *σὲ δ', ὦ φαεννῆς ἡμέρας τὸ νῦν σέλας, καὶ τὸν διφρευτὴν ἥλιον προσεννέπω, πανύστατον δή, κοὔποτ' αὖθις ὕστερον.* ELM.

576. *ἀρκέσουσι* Flor. 1. 2. et MSS. Stephani. *ἀρέσκουσι* Ald.

583. *πάροιθεν*] *πάροιθε* Elmsleius. "Quam formam in eadem versus sede habet Aldus infra v. 1031. Phœn. 1009. Hippol. 1443. Rhes. 705. Bacch. 912. Ion. 1558. *Πάροιθεν* metro repugnante vulgo legitur infra v. 863. Iph. A. 862. Herc. 582." ELM.

585. *τιμᾶτε* Barnesius. *τιμῶ τε* Ald.

589. *κάλλιστά τοι*] *ἄλλως τε καὶ* Reiskius.

592. *κατὰ χθονός*] *κάτω χθονός* Stobæus 120, 6. recte fortasse. Sic *κάτω χθονός* vel *χθονὸς κάτω* codices in Alc. 45. ubi *κατὰ χθονὸς* Ald. *κάτω χθονός* libri omnes Tro. 1243.

εἴ τι δὴ κάτω χθονός] Hoc dicere videtur: *si quis sensus est in mortuis. Utinam vero ne adsit sensus!* MATTH.

594. *οἱ θανούμενοι* non *nece functi*, ut vertit Grotius, sed *quibus moriendum est.* MATTH.

595. *οἶδ' ὅποι*] *οἶδα πῇ* Stobæus. Omnino retinendum *ὅποι*. *Ὅποι τράποιντο* vulgo legitur apud Æsch. Pers. 459. *ποῖ τράπωμαι* apud Eurip. Hec. 1099. *ποῖ ποτε τρέψῃ*, Med. 359. *ποῖ τράπωμαι*, ibid. 502. *ποῖ δῆτα τλήμων τρέψομαι*, Hippol. 1066. *ποῖ τρέψομαι*, Alc. 946. *ποῖ γὰρ τράπωμαι*, Bacch. 1363. *ποῖ τρέψεταί τις*, Cycl. 308. *ποῖ τρεψόμεσθα*, Heracl. 441. *ποῖ δὲ (δὴ) τράπωμαι*, apud incertum Rhes. 871. *ὅποι τέτραπται*, apud Aristoph. Ach. 207. *ποῖ τις τρέψεται*, Thesm. 603. *ποῖ δῆτ' ἂν τραποίμην*, Ran. 296. *ποῖ τις ἂν τράποιτο*, Plut. 374. Vulgo quidem legitur *ὅπῃ τράπωμαι* apud nostrum Or. 634. et *ὅπῃ τραπόμενος*, v. 721. Sed recte *ὅποι* utrobique præbent codd. nonnulli. Legendum etiam *ὅποι τράπωμαι* apud Æsch. Agam. 1541. *ποῖ τις τράποιτ' ἂν* Choeph. 408. Vulgo *ὅπα* et *πᾶ*. Sic *quo me vertam*, non *qua me vertam* dicunt Latini. Quod de *ποῖ τρέψομαι* dixi, etiam de *ποῖ φεύξομαι* dictum velim. ELM.

597. *εὐψυχίᾳ* Scaliger. Libri *εὐψυχίας*.

600. *ἄζομαι* aspero spiritu recte edidit Barnesius. *οὐ χάζομαι*

pro οὐχ ἄζομαι habent edd. omnes in Or. 1116. pleræque in Alc. 327. Hesychius: οὐχάζομαι, οὐ σέβομαι, οὐκ ἐντρέπομαι. Hic etiam οὐχ ἄζομαι recte reposuerunt viri docti. οὐχ ἄζεται vulgo legitur apud Æsch. Eum. 392. ELM. ἄζομαι Ald.

601. κόρην] κόρῃ Elmsleius. "Κόρην pro κόρῃ omnes libri supra v. 409. Vide etiam vv. 930. 932. Nostro loco parum refert utrum κόρην an κόρῃ legas, quamquam hoc paullo melius videtur. Utriusque structuræ exemplum præbet noster Iph. T. 63. ξὺν προσπόλοισιν, ἃς ἔδωχ' ἡμῖν ἄναξ, Ἑλληνίδας γυναῖκας. ἀλλ' ἐξ αἰτίας οὔπω τινὸς πάρεισιν ἐς ἔμ' (malim πάρεισιν αἵδ') εἴσω δόμων, ἐν οἷσι ναίω, τῶνδ' ἀνακτόρων θεᾶς. Ubi Ἑλληνίσιν γυναιξὶν et τοῖσδ' ἀνακτόροις scribere potuit poeta. Defendi potest κόρην etiam ex Tro. 606. Ὦ μῆτερ ἀνδρὸς, ὅς ποτ' Ἀργείων δορὶ Πλείστους διώλεσ', Ἕκτορος, τάδ' εἰσορᾷς; Alterum habet Æsch. Theb. 559. ἔστιν δὲ καὶ τῷδ', ὃν λέγεις τὸν Ἀρκάδα, Ἀνὴρ ἄκομπος. Eurip. Hec. 771. πρὸς ἄνδρ' ὃς ἄρχει τῆσδε Πολυμήστωρ χθονός. Ubi Πολυμηστόρα habet Aldus. Hippol. 101. Τήνδ', ἣ πύλαισι σαῖς ἐφέστηκεν Κύπρις. Tro. 1133. καί σφ' ᾐτήσατο θάψαι νεκρὸν τόνδ', ὃς πεσὼν ἐκ τειχέων ψυχὴν ἀφῆκεν, Ἕκτορος τοῦ σοῦ γόνος." ELM.

602. λύεται Miltonus. δύεται libri.

605. ἥδομαι πεπραγμένοις] De re futura loquitur tanquam de præterita. Ita Soph. Œd. T. 838. πεφασμένου δὲ, τίς ποθ' ἡ προθυμία; Incertus Rhes. 481. οὐκ οὖν κτανόντες τούσδε, πάντ' εἰργάσμεθα; ELM.

608. Nonnulla hinc desumta habet Stobæus Ecl. Phys. 9. p. 11. quæ in ed. Genevensi ita leguntur: οὔ τινα φημὶ θεῶν ἄ τε τὸν ὄλβιον, οὔτε βαρύποτμον ἄνδρα γενέσθαι. μόρσιμα δ' οὔτε φυτεῖν θέμις, οὔτε σοφία τις ἀπώσεται. ἀλλὰ μάταν πρόθυμος ἀεὶ πόνον ἕξει. Vix quidquam mutare videntur Stobæi codices. ELM.

608. 609. Theognis v. 165. a Brodæo allegatus: οὐδεὶς ἀνθρώπων οὔτ' ὄλβιος, οὔτε πενιχρὸς, οὔτε κακὸς, νόσφιν δαίμονος, οὔτ' ἀγαθός. ELM. οὔτινα — | οὐ — | οὐδὲ — | εὐτυχίᾳ — | μοῖρα διώκει Ald.

611. ἄλλαν Seidlerus. Libri ἄλλον γ'.

612. Cum verbis παρὰ δ' ἄλλον ἄλλα μοῖρα διώκει conferendus noster Alc. 896. συμφορὰ δ' ἑτέρους ἑτέρα πιέζει φανεῖσα θνατῶν. Or. 974. ἰὼ, ἰὼ, πανδάκρυτ' ἐφαμέρων ἔθνη πολύπονα, λεύσσεθ' ὡς παρ' ἐλπίδας μοῖρα βαίνει. ἕτερα δ' ἕτερος ἀμείβεται πήματ' ἐν

χρόνῳ μακρῷ. βροτῶν δ' ὁ πᾶς ἀστάθμητος αἰών. Hippol. 1108. ἄλλα γὰρ ἄλλοθεν ἀμείβεται. μετὰ δ' ἵσταται ἀνδράσιν αἰὼν πολυπλάνητος ἀεί. Æsch. Prom. 275. ταῦτά τοι πλανωμένη πρὸς ἄλλοτ' ἄλλον πημονὴ προσιζάνει. ELM.

613. ἀφ' ὑψηλῶν est ὑψόθεν. Noster Inone fr. 16. καὶ μί' ἡμέρα Τὸν μὲν καθεῖλεν ὑψόθεν, τὸν δ' ἦρ' ἄνω. D. Lucas Evang. I. 52. καθεῖλε δυναστὰς ἀπὸ θρόνων, καὶ ὕψωσε ταπεινούς. ELM.

614. Metro repugnat ἀλήταν, quod ex glossemate alius vocabuli illatum videtur. "Optime metro nec male sententiæ conveniret τὸν δὲ πένητ', si liceret usitatiorem vocem πένητα pro rariori ἀλήταν reponere." ELM. Boeckh. de Trag. p. 262. scripsit τὸν δὲ πλάνητ' εὐδαίμονα τεύχει, Seidler. apud Herm. τὸν δ' εὐδαίμονα τεύχει ἀλάταν. Sed vix casu chiasmus ille, quo τῷ ὑψηλῷ et τῷ βραχεῖ inverso ordine opponuntur ἀλάτας et εὐδαίμων, effectus videtur. Herm. in notis MSS. "f. τὸν δ' ἀλίταν εὐδαίμονα τεύχει. Ἀλιτεῖν proprie videtur esse supplicari ob aliquod peccatum, ut a flagitando flagitium dictum est, translatum deinde ad peccata. Itaque ἀλίτης miser erit et supplex." Et nominis ἀλίτης auctoritas non satis certa est, et ἀλιτεῖν nullo alio sensu, nisi *peccandi*, legitur. MATTH. Seidleri transpositio tanto improbabilior est, quod dissimilem hunc versum facit antistrophico.

615. μόρσιμα—σοφί- | α— | ἀλλὰ— | ἕξει— | μὴ— | μήδ'— λύπᾳ Ald.

616. σοφίᾳ Elmsleius. σοφία Ald.

617. ἕξει Burgesius. ἕξει γ' libri.

618. Ald. ἀλλὰ σὺ μὴ προσπιτνῶν τὰ θεῶν ὕπερ, | μήδ' ὑπεράλγει. in qua nec metrum, nec sensus constat. MSS. Steph. προσπίτνει, quod Flor. 2. etiam ab alia manu supra scriptum habet. Flor. 1. 2. προσπεσών. Elmslei. edidit ἀλλὰ σὺ μὴ προπίτνων τὰ θεῶν φέρε. μὴ προπίτνων vertens *erecto corpore atque animo:* nam Iolaum humi jacentem surgere jubere chorum. MATTH. Recepi emendationem Elmsleii.

τὰ θεῶν φέρε] Vix opus est monere τὰ θεῶν esse τὰς ἐκ θεῶν τύχας δοθείσας, ut cum Sophocle loquar Phil. 1314. Ita Noster Phœn. 393. ἀτὰρ τί ταῦτα; δεῖ φέρειν τὰ τῶν θεῶν. τὰ θεῖα dixit Soph. Tereo fr. 11. ἀλγεινά, Πρόκνη, δῆλον. ἀλλ' ὅμως χρεὼν τὰ θεῖα θνητοὺς ὄντας εὐπετῶς φέρειν. ELM.

622. πρό τ' Barnesius. πρὸ Scaliger. πρὸς libri. "Ceterum

notandum πρό τ' ἀδελφῶν pro πρὸ ἀδελφῶν τε. Ita Æsch. Theb. 30. ἀλλ' εἰς τ' ἐπάλξεις καὶ πύλας πυργωμάτων Ὁρμᾶσθε πάντες. Suppl. 982. ξύν τ' εὐκλείᾳ καὶ ἀμηνίτῳ Βάξει λαῶν * ἐν χώρῳ Τάσσεσθε. Noster Hippol. 205. ῥᾷον δὲ νόσον μετά θ' ἡσυχίας καὶ γενναίου λήματος οἴσεις. Herodotus 1, 106. ὑπό τε ὕβριος καὶ ὀλιγωρίης. Ibid. 154. ἀπό τε Ταβάλου καὶ Κύρου. 5. 5. ὑπό τε ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν. Thucydides 1. 49. ὑπό τε πλήθους καὶ ὄχλου τῶν νεῶν. Ibid. 54. ὑπό τε τοῦ ῥοῦ καὶ ἀνέμου. Ibid. 56. ὑπό τε Περδίκκου πειθόμενοι καὶ Κορινθίων. Ibid. 118. πρός τε ἀλλήλους καὶ τὸν βάρβαρον. Plura exempla indicavi ad Marklandi Iph. A. 508. Quod ibi monui, apud Soph. Œd. T. 541. non fuisse sollicitandum ἄνευ τε, quod etiam de Æsch. Pers. 609. monitum velim, Herodoti auctoritate confirmare possum, apud quem ter minimum legitur ἄνευ τε δόλου καὶ ἀπάτης, 1. 69. 8. 140. 9. 7. Idem 7. 184. τοῦτο μὲν δὴ τὸ ἐξ αὐτῆς τῆς Ἀσίας στράτευμα ἐξαναχθὲν εἴρηται, ἄνευ τε τῆς θεραπηίης τῆς ἑπομένης, καὶ τῶν σιταγωγῶν πλοίων, καὶ ὅσοι ἐνέπλεον τούτοισι. Vide an hæc sufficiant ad defendendam vulgatam scripturam apud Æsch. Theb. 1080. ὥσπερ τε πόλις Καὶ τὸ δίκαιον ξυνεπαινεῖ. Noster Hippol. 1157. Θησεῦ, μερίμνης ἄξιον φέρω λόγον, Σοὶ καὶ πολίταις, οἵ τ' Ἀθηναίων πόλιν Ναίουσι, καὶ γῆς τέρμονας Τροιζηνίας. Xenophon Symposio 2, 1. ἔρχεταί τις αὐτοῖς ἐπὶ κῶμον Συρακόσιος ἄνθρωπος, ἔχων τε αὐλητρίδα ἀγαθὴν, καὶ ὀρχηστρίδα τῶν τὰ θαύματα δυναμένων ποιεῖν, καὶ παῖδα πάνυ γε ὡραῖον καὶ πάνυ καλῶς κιθαρίζοντά τε καὶ ὀρχούμενον. Thucydides 4. 8. ἄνευ τε ναυμαχίας καὶ κινδύνου. Ibid. 10. ἐγὼ δὲ καὶ τὰ πλείω ὁρῶ πρὸς ἡμῶν ὄντα, ἢν ἐθέλωμέν τε μεῖναι, καὶ μὴ τῷ πλήθει αὐτῶν καταπλαγέντες, τὰ ὑπάρχοντα ἡμῖν κρείσσω καταπροδοῦναι. Nisi legendum, ἢν ἐθέλωμέν γε μεῖναι. Vide an legendum apud Æsch. Theb. 209. ὦ φίλον Οἰδίπου τέκος, ἔδεισ' ἀκού σασα τὸν ἁρματόκτυπον ὅτοβον, ὅτε τε σύριγγες ἔκλαγξαν ἑλίτροχοι, ἱππικῶν τ' ἄϊον πηδαλίων διὰ στόμα πυριγενετᾶν χαλινῶν." ELM.

625. Hesiodus Op. 289. τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν Ἀθάνατοι. BRODÆUS. Similia vide apud Stobæum. Tit. 29. ubi legitur etiam noster versus p. 198. ELM.

626. ἄξια μὲν— | ἄξια— | εἰ δὲ— | θανάτους— Ald.

Ald. ἄξια δ' ἀδελφῶν τάδε γίνεται. Sed Par. E.G. Flor. 1. 2. ἄξια δ' εὐγενίας τάδε γίν. ἀδελφῶν e v. 622. repetitum. MATTH.

627. Ald. εἰ δὲ σέβεις σύ γε θ. σύ γε omittunt Flor. 1. 2. in hoc tamen ab alia manu suppletum. MATTH.

630. Nova quæ hic inducitur persona, Θεράπαινα appellatur in indice personarum fabulæ præfixo. Similem errorem in Hippolyto notavit Valckenarius ad v. 88. Contra in Sophoclis Trachiniis Dejaniræ ancilla Παιδαγωγὸς appellatur. ELM.

γέρων Flor. 1. 2. γέρον Ald.

631. τε Musgravius. δὲ libri.

632. οἷα δή γ' ἐμοῦ παρουσία] Vid. quæ ad Arist. Acharn. 753. dixi.

633. κατηφὲς] κατηφθὲν Flor. 1. 2.

634. συνεσχόμην] Scribendum συνειχόμην cum Elmsleio. "Aoristum ἐσχόμην nunquam passiva significatione usurpare videntur Attici. Recte κατείχετο pro κατέσχετο apud nostrum Hippol. 27. reposuit Monkius. Passim permutantur εἰχόμην et ἐσχόμην, εἰπόμην et ἐσπόμην. In Hippol. 1307. fluctuant libri inter ἐφείπετο et ἐφέσπετο. Apud Soph. Trach. 1076. solœce omnes edd. 'Αλλ' ἀστενακτὸς αἰὲν ἑσπόμην κακοῖς. Recte εἰπόμην schol. ad Aj. 318. monente Brunckio. Apud eundem Œd. C. 1674. neque ἔχομεν cum Aldo, neque εἴχομεν cum Turnebo et Brunckio, sed ἔσχομεν legendum arbitror. Aoristum passivum ἐσχέθην in genuinis tragicorum scriptis vel non reperi, vel repertum enotare neglexi. Bis occurrit in Commeliniano Danaës fragmento, quod spurium esse alibi monui. V. 6. Οὗτος δ' ἔρωτι παιδὸς ἄρσενος σχεθείς. V. 27. Φίλτροις ἀφύκτοις Ζεὺς κατασχεθεὶς πατήρ. In eodem fragmento v. 44. legitur passivum τεχθὲν tragicis prorsus ignotum." ELM.

637. μέντοι—σοι φέρων] μέν—συμφέρων Flor. 1.

639. De penestis vid. Ruhnken. ad Tim. p. 212. MATTH.

640. ἥκεις] ἧκες Flor. 1. 2.

σωτὴρ νῷν] νῷν σωτὴρ Porson. præfat. ad Hecub. p. xxxiv.

641. Noster Iph. A. 537. ὡς ἠπόρημαι πρὸς θεῶν τὰ νῦν τάδε. Herc. 245. οὐχ ὁ κατθανὼν κρατεῖ χθονὸς τῆσδ', ἀλλ' ἐγὼ τὰ νῦν τάδε. ELM. τὰ νῦν τάδε, *nunc ipsum*. Vid. Schæfer. ad Greg. Cor. p. 121. MATTH.

643. τούσδε] τοῦδε Elmsleius.

644. 645. Ordo est, πάλαι γὰρ ὠδίνουσα ψυχὴν ἐτήκου, εἰ νόστος τῶν ἀφιγμένων γενήσεται. Vel, quod magis placet, πάλαι γὰρ ὠδίνουσα [περὶ] τῶν ἀφιγμένων, ψυχὴν ἐτήκου, εἰ νόστος [αὐτῶν] γενήσεται. Inepte Portus, *Jampridem enim graviter*

dolens propter *illos, qui* hinc *abierunt, animo tabescebas*, dubitans *an reditus* huc ipsis *esset futurus*. Quasi vero in Atticam redire potuerint Hyllus et fratres ejus, qui nunquam antea in eam pedem tulissent. Νόστος *adventum* significat, ut sexcenties apud tragicos, ἀφικνεῖσθαι *advenire*. ut semper apud omnes Græcos scriptores. ELM.

646. τί χρῆμα] *Quare*, ut v. 633. 709. MATTH.

ἀϋτῆς codices. ἀϋτεῖς; Ald.

648. 655. κήρυξ] Recte κῆρυξ Ald.

649. τοσόνδε codices. τὸ σὸν Ald.

σ' ἐχρῆν] Scribendum σε χρὴ cum Dobræo.

651. Unus est hic de septem versibus apud Euripidem, qui a particulis ἦ τἆρα pro ἤτοι ἄρα per crasin adhibitis incipiant. Vide Hippol. 480. 1028. Alc. 645. 735. Iph. A. 1189. Fragm. Incert. 3. Consulendus omnino Valckenarius ad Hipp. 480. Diatrib. p. 188. His adde Æsch. Theb. 676. ἦ δῆτ' ἂν εἴη παν-δίκως ψευδώνυμος Δίκη, ξυνοῦσα φωτὶ παντόλμῳ φρένας. Soph. Ant. 484. ἦ νῦν ἐγὼ μὲν οὐκ ἀνὴρ, αὕτη δ' ἀνὴρ, εἰ ταῦτ' ἀνατὶ τῇδε κείσεται κράτη. Utrobique scribendum videtur, ἦ τἆρ'. Thucydides 5. 100. ἦ που ἄρα (l. ἦ τἆρα), εἰ τοσαύτην γε ὑμεῖς τε μὴ παυσθῆναι ἀρχῆς, καὶ οἱ δουλεύοντες ἤδη ἀπαλλαγῆναι, τὴν παρακινδύνευσιν ποιοῦνται, ἡμῖν γε τοῖς ἔτι ἐλευθέροις πολλὴ κακότης καὶ δειλία, μὴ πᾶν πρὸ τοῦ δουλεῦσαι ἐπεξελθεῖν. ELM.

652. μήτηρ ἔτ'] Supplendum, εἰ ἄξεις τούσδε. Male verba εἴ γε τῶνδε προσθίξεις χερὶ, sic enim legit, ad superiora refert Valckenarius ad Hippol. 480. ELM.

προσθίξεις] Recte προσθίξει Elmsleius collato Hippol. 1086. κλάων τις αὐτῶν ἆρ' ἐμοῦ γε θίξεται.

657. σὲ] Noster Hel. 553. σὲ τὴν ὄρεγμα δεινὸν ἡμιλλημένην τύμβου 'πὶ κρηπῖδ' ἐμπύρους τ' ὀρθοστάτας, μεῖνον, τί φεύγεις; Soph. Ant. 441. σὲ δὴ, σὲ τὴν νεύουσαν εἰς πέδον κάρα, φῆς, ἦ καταρνεῖ μὴ δεδρακέναι τάδε; ELM. σέ sc. ἐβόησα, quod inest in βοὴν ἔστησας. πέλας non cum τοῦδ' jungendum, *prope hunc virum*, ut vult Musgr. sed adverbii vice fungitur, *ut ante hoc templum prodires prope ad me accedens*. Vix enim scriptor accuratus ναοῦ τοῦδε juxta se posuerit, ita tamen ut divellerentur, et alterum e πρόσθε, alterum e πέλας penderet. MATTH.

658. ᾖσμεν Hermannus. Libri ἴσμεν.

662. ποῦ] παῖς legendum conjicit Elmslei. quamvis duplicem interrogationem in una verborum comprehensione conjungi non

ignorans. Est enim pro ἀτὰρ τί νῦν ἄπεστι καὶ ποῦ νῦν ἄπ. MATTH.

663. τέρψαι Flor. 1. 2. τέρψας Ald.

669. δ' delet Hermannus.

671. λαιὸν ἕστηκεν κέρας] Nam videntur Athenienses in dextro fuisse. BROD. Subauditur autem κατὰ, ut in Suppl. 657. καὶ τοὺς ξὺν αὐτῷ, δεξιὸν τεταγμένους Κέρας, παλαιοὺς Κεκροπίας οἰκήτορας. Thucydides 5. 67. δεξιὸν μὲν κέρας Μαντινῆς εἶχον, ὅτι ἐν τῇ ἐκείνων τὸ ἔργον ἐγίγνετο. ELM.

673. τὰ σφάγια τάξων ἑκάς Ald. τάξεων Par. E. Flor. 1. 2. τά delevit Canter. et in Flor. 2. est ab alia manu. Sed quid hoc sibi velit, quod dicit, victimas jam procul ab ordinibus abductas esse, non intelligo. MATTH. τάξεων ἑκάς? *Imo ante aciem:* nam ibi sacrificabant instante prœlio. vid. Æsch. Sept. 40 seqq. Scribendum, si quid video, κοὐ δὴ etc. οὐχ ἑκὰς, i. e. πέλας τάξεων, πρὸ τάξεων. BOTH. Recte Bothius perspexit quid dici debuerit, sed correctione usus est non satis apta. Scribendum τάξεων πέλας.

677. ᾑκάζομεν Par. G. Flor. 1. 2. εἰκάζομεν Ald.

678. Hunc versum Iolao, sequentem famulo tribuit Ald. Correctum ex Flor. 1. 2. et MSS. Stephani.

680. ταὐτὰ Portus. ταῦτα Ald.

682. Hunc versum alii aliter distinguunt et interpretantur. Post σοῦ plene distinguunt plerique, post ἥκιστα minus plene Barnesius. Sed rectissime Canterus Nov. Lect. 7. 29. ita interpretatur, omni distinctione sublata, *Minime decebat stulta te verba eloqui.* Quam interpretationem adoptat Musgravius in versione Latina. πρὸς σοῦ ἦν, *te decebat.* Noster Herc. 585. πρὸς σοῦ μὲν, ὦ παῖ, τοῖς φίλοις τ' εἶναι φίλον τά τ' ἐχθρὰ μισεῖν. ELM.

683. Frustra hæc verba sollicitant viri eruditi. Vulgata scriptura, modo deleatur nota interrogationis, sanissima est. Sensus est, καὶ ἥκιστα πρὸς ἐμοῦ ἐστι μὴ μετασχεῖν ἀλκίμου μάχης φίλοις. Id quod verissime dicere poterat Iolaus. Noster Alc. 41. ΑΠ. ξύνηθες ἀεὶ ταῦτα βαστάζειν ἐμοί. ΘΑ. καὶ τοῖσδέ γ' οἴκοις ἐκδίκως προσωφελεῖν. Supple, ξύνηθές ἐστί σοι. Iph. A. 736. ΚΛ. καλὸν τεκοῦσαν τἀμά γ' ἐκδοῦναι τέκνα. ΑΓ. καὶ τάς γ' ἐν οἴκῳ μὴ μόνας εἶναι κόρας. Καλόν ἐστι scilicet. Nostro loco ὡς μὴ in initio versus habet E. monente Marklando ad Iph. A.

173. Notam interrogationis recte omittunt Hervagiana secunda et tertia. ELM.

685. 686. *θένοιμι—θένοις* Piersonus Veris. p. 191. Libri *σθένοιμι—σθένοις*.

689. *ἀλλ' οὖν μαχοῦμαί γ'*] Libri *ἀλλ' οὖν μαχοῦμ'*. quæ lectio recte suspecta fuit Erfurdtio ad Soph. Aj. 190. p. 516. propter diphthongum *αι* elisam, Elmsleio propter omissam particulam *γε*, quæ alias post *ἀλλ' οὖν* addi soleat. Itaque uterque scribendum conjecit *ἀλλ' οὖν μαχοῦμαί γ' ἀρ. οὐκ ἐλ.* quod non dubitavi recipere. Elmsleii vero explicatio melior videtur, supplentis *ἢ οἷς ποτε* (i. e. *juvenis*) *ἐμαχόμην*. MATTH. Post particulas *ἀλλ' οὖν* uno alterove vocabulo interposito plerumque adhiberi *γε* monui ad Æsch. Prom. 1070. (*Edinburgh Review*, 17. p. 242.) Excidit e vulgatis libris particula etiam in Ion. 1325. *ἀλλ' οὖν λεγόμεθά γ'. ἡ φάτις δ' οὔ μοι πικρά.* Sensus nostri loci, qui tamen minime obscurus est, omnes interpretes fugit. Dicit Iolaus, deficientibus corporis viribus, animum tamen non deficere, neque se cum minori hostium numero pugnare paratum esse, quam olim in juventute. Eandem locutionem, *οὐκ ἐλάσσοσι μαχούμεθα*, usurpat Thucydides 1, 143. ELM. *μαχούμεθ'* Dobræus.

690. Ald. *σκήνωμα προστίθεις. σήκωμα* Par. G. Flor. 1. 2. De voce vid. Lennep. ad Phalar. p. 187. (206. Lips.) Tum Par. G. *προτίθης*, suprascr. *προτιθείς*. Flor. 1. *προστιθῆς*, 2. *προστίθεις*. MATTH. *Προστίθης* Burgesius ad Tro. 484. ex præcepto Porsoni ad Or. 141. *Ὑποτιθεὶς* habet Aldus Or. 1186. *τιθεῖς* Alc. 893. *προστιθεῖς* Hel. 556. Herc. 710. *τιθείς* Ion. 741. *προστιθεὶς*, ut nostro loco, Ion. 1525. Recte *τίθης* Alc. 58. Androm. 209. et fortasse alibi. ELM.

691. *τοι* Par. G. Flor. 1. 2. *τι* Ald.

693. *μενοῦντα* accusativus absolutus est, pro *μενοῦντος*, quod suprascriptum habet Par. G. Ita noster Phœn. 1469. *ἀνῆξε δ' ὀρθὸς λαὸς εἰς ἔριν λόγων, ἡμεῖς μὲν, ὡς νικῶντα δεσπότην ἐμὸν, οἱ δ' ὡς ἐκεῖνον. ἦν δ' ἔρις στρατηλάταις.* Ion. 964. ΠΡ. *σοὶ δ' εἰς τί δόξης ἦλθεν ἐκβαλεῖν τέκνον;* ΚΡ. *ὡς τὸν θεὸν σώσοντα τόν γ' αὐτοῦ γόνον.* Incertus Rhes. 144. *σάλπιγγος αὐδὴν προσδοκῶν καραδόκει, ὡς οὐ μενοῦντά μ'.* Quibus adde Soph. Œd. T. 101. Œd. C. 380. ubi *αἷμα* et *Ἄργος* accusativi sunt. Priore

loco ipse mihi rectius facturus fuisse videor, si cum Brunckio edidissem, ὡς τήνδ' αἷμα χειμάζον πόλιν. Alexis apud Athen. p. 104 D. τοῖς ἰχθυοπώλαις ἐστὶν ἐψηφισμένον, ὥς φασι, χαλκῆν Καλλιμέδοντος εἰκόνα στῆσαι Παναθηναίοισιν ἐν τοῖς ἰχθύσιν, ἔχουσαν ὀπτὸν κάραβον ἐν τῇ δεξιᾷ. ὡς αὐτὸν ὄντ' αὐτοῖσι τῆς τέχνης μόνον σωτῆρα, τοὺς ἄλλους δὲ πάντας ζημίαν. Thucydides 8. 66. ἀλλήλοις γὰρ ἅπαντες ὑπόπτως προσῆσαν οἱ τοῦ δήμου, ὡς μετέχοντά τινα τῶν γιγνομένων. Lysias Epitaphio p. 131. ed. Reisk. καὶ γάρ τοι θάπτονται δημοσίᾳ, καὶ ἀγῶνες τίθενται ἐπ' αὐτοῖς ῥώμης καὶ σοφίας καὶ πλούτου, ὡς ἀξίους ὄντας τοὺς ἐν τῷ πολέμῳ τετελευτηκότας ταῖς αὐταῖς τιμαῖς καὶ τοὺς ἀθανάτους τιμᾶσθαι. Quem locum cum aliis nonnullis ejusdem oratoris indicat Taylorus in indice regiminum v. *Accusativus*. ELM. Inter genitivum et accusativum absolutum hoc fere interesse videtur, quod genitivus ipsam rem, accusativus alicujus de ea sententiam exprimit. Æschines in Timarchum p. 48. ed. Reisk. ἀπὸ σωφροσύνης πρῶτον ἤρξατο [ὁ νομοθέτης], ὡς ὅπου πλείστη εὐκοσμία ἐστὶ, ταύτην ἄριστα τὴν πόλιν οἰκησομένην. Ubi verba ὡς—οἰκησομένην significant ὡς—οἰκήσεσθαι δοκῶν. Soph. El. 881. μὰ τὴν πατρῴαν ἐστίαν, ἀλλ' οὐχ ὕβρει λέγω τάδ', ἀλλ' ἐκεῖνον ὡς παρόντα νῷν. Supple εἰδυῖα, ὁρῶσα, vel tale quiddam. Sic etiam explicanda loca in annotatione mea allegata. ELM. in Addendis.

τἄλλα significat quæ præterea dicere possit famulus de Iolai imbecillitate. MATTH.

694. ὁπλίταις] ὁπλίτης Elmsleius.

695. αἰχμάλωθ' ὅπλα] Sic Hercules κατέσπασεν ἐκ τῶν ναῶν τὰς προσηλωμένας πανοπλίας, teste Diod. Sic. 4, 10. MUSG. Lycurgus in Leocratem, p. 172. ed. Reisk. ὅτε ἡ μὲν χώρα τὰ δένδρα συνεβάλετο, οἱ δὲ τετελευτηκότες τὰς θήκας, οἱ δὲ νέοι τὰ ὅπλα. Optime οἱ δὲ νεῷ Piersonus ad Mœrin, p. 265. qui nostri loci non est oblitus. Vide etiam Androm. 1111. κρεμαστὰ τεύχη πασσάλων καθαρπάσας. Erechth. fr. 6. Θρῄκιον πέλταν πρὸς Ἀθάνας περικίοσιν ἀγκρεμάσας θαλάμοις. ELM.

696. οἶσι] οὖσι Flor. 1. 2. sed in 2. οἶσι supra scriptum ab alia manu.

705. ἡμετέραν codices. ὑμετέραν Ald.

706. χρὴ] χρῆν Elmsl. Recte se habet χρή. sperat enim chorus propter adhortationem suam sententiam mutaturum esse

Iolaum: χρῆν valet de re facta, quæ infecta reddi nequit. MATTH.

γνωσιμαχεῖν] *Infirmitatem suam nosse.* Brodæus. Glossographus ad Herodot. 3, 25. γνωσιμαχεῖν. τὸ γνῶναι τὴν ἑαυτοῦ ἀσθένειαν, τήν τε τῶν ἐναντίων ἰσχύν. Ter apud Herodotum occurrit. Vide 7. 130. 8. 29. Bis tantum apud Atticos poetas. Alter locus est Aristoph. Av. 555. Κἂν μὲν μὴ φῇ, μηδ' ἐθελήσῃ, μηδ' εὐθὺς γνωσιμαχήσῃ. Idem valent verba γίγνωσκε δ' ἀλκὴν apud nostrum Hec. 227. Plura dabunt viri docti ad Thomam Magistrum, pp. 193, 194. ELM.

σὴν Porsonus. τὴν libri.

710. λιπεῖν] λείπειν Elmsleius. "Non sum nescius bene Græcum esse μέλλω λιπεῖν, quod præter alios docuit Porsonus ad Or. 929. Exempla præbent Æsch. Prom. 626. Eurip. Or. 292. Med. 393. Hippol. 723. Iph. T. 484. 1264. Ion. 80. 760. El. 17. Aristoph. Ach. 1160. Av. 367. Lys. 117. Postremus locus ita fortasse scribendus est: 'Εγὼ δὲ καί κα ποττὸ Ταΰγετόν κ' ἄνω Ἕλσοιμ', ὅπᾳ μέλλοιμί γ' εἰράναν ἰδεῖν. Ubicumque vero levi emendatione pro γράψαι restitui potest γράφειν aut γράψειν, restituendum mihi videtur. Nostro igitur loco λείπειν scribo, ἐκλείπειν in Ion. 665. ubi vulgo legitur, πρόσειπε, μέλλων Δελφίδ' ἐκλιπεῖν πόλιν. Apud Thucyd. 6. 31. vulgo legitur, ὡς ἤδη ἔμελλον μετὰ κινδύνων ἀλλήλους ἀπολιπεῖν, sed ἀπολείπειν præbet cod. Parisiensis. Locos nonnullos ex tragicis subjiciam, prout in Aldina exhibentur, addita scriptura quam reposuerunt recentiores editores. Æsch. Theb. 55. κληρουμένους δ' ἔλιπον (ἔλειπον), ὡς πάλῳ λαχών. Pers. 479. ποῦ τάσδ' ἔλιπες (ἔλειπες); οἶσθα σημῆναι τορῶς. Eurip. Or. 378. ὅτ' ἐξέλιπον (ἐξέλειπον) μέλαθρον, ἐς Τροίαν ἰών. Phœn. 1437. ἐπεὶ τέκνω πεσόντ' ἐλιπέτην (ἐλειπέτην) βίον. Hippol. 34. ἐπεὶ δὲ Θησεὺς Κεκροπίαν λίπε (λείπει) χθόνα. Androm. 521. καὶ γὰρ ἄνοια (ἀνοία) μεγάλη λιπεῖν (λείπειν). Hel. 731. σὺν τῷδε νύμφῃ δῶμ' ἔλιπες (ἔλειπες) ὄλβιον. Ion. 1306. ἔκλιπε (ἔκλειπε) βωμὸν, καὶ θεηλάτους ἕδρας. Si toties peccant librarii in locis quorum vera scriptura metro necessaria est, quid eos facturos existimemus, ubi neutra scriptura metro repugnet?" ELM.

τέκνοισι τοῖς ἐμοῖς] τέκνοις ἐμοῖς Flor. 1. 2.

711. χρὴ] χρῆν Flor. 1. 2.

μέλειν] *μέλλειν* Ald.

713. *παισὶ* Canterus. *πᾶσι* Ald.

714. *χρήσωνται· τύχῃ*] *Utantur* adversa *fortuna*. Id est, *χρήσωνται ἀτυχίᾳ* vel *ξυμφορᾷ*. Vide Antiphontem pp. 664. 690. 700. Satis notus est hic usus verbi *χρῆσθαι*. Illud apud nostrum Iph. A. 88. *ἀπλοίᾳ χρώμενοι*, attingit Ciceroniana locutio, *Cum sane adversis ventis usi essemus*, Ep. ad Div. 14, 5. ELM.

719. *οἶδεν*] *εἶδεν* Flor. 1.

721. *φθάνοις*] Noster Iph. T. 245. *χέρνιβας δὲ καὶ κατάργματα οὐκ ἂν φθάνοις ἂν εὐτρεπῆ ποιουμένη*. Tro. 456. *οὐκέτ' ἂν φθάνοις ἂν αὔραν ἱστίοις καραδοκῶν*. Aristoph. Eccl. 118. *οὐκ ἂν φθάνοις τὸ γένειον ἂν περιδουμένη*. Comicus incertus apud Photium v. *οὐκ ἂν φθανοίμην* (f. *φθάνοιμ' ἂν*) *τὴν μάχαιραν παρακονῶν*. Versus noster, ut recte monet Brunckius ad Plut. 1133. significat, *ταχέως τοῖσδε σύγκρυπτε δέμας*. Latine, *Oportet te quam primum ea induere*. Anglice, *You have no time to lose in putting on the armour*. Vel, si mavis, *You cannot make too much haste*. Verborum *οὐκ ἂν φθάνοις* verus est sensus, ni fallor, *non prævenies occasionem*. Dicitur *οὐκ ἂν φθάνοις συγκρύπτων*, ut *οὐκ ἂν κάμοιμι εὐεργετῶν* et similia. Pro eo autem quod dixit poeta, *οὐκ ἂν φθάνοις ἂν συγκρύπτων*, solœcum, ni fallor, esset *οὐκ ἂν φθάνοις συγκρύψας*. Nam participium præsentis temporis semper adhibitum reperio. Ita *ἀπαλλασσόμενοι καὶ ἀγγέλλοντες* apud Herod. 7. 162. *θνήσκοντες* apud Eurip. Or. 935. *θνήσκων* ibid. 939. *συμπεραίνοντες* ibid. 1551. *φυτεύων* Alc. 665. *πράττοντε* apud Aristoph. Plut. 485. *ἰὼν* ibid. 874. *ἀποτρέχων* ibid. 1133. Consulendus Piersonus ad Herodianum p. 452. ELM.

συγκρύπτων] Corrigendum *σὸν κρύπτων* cum Dobræo.

722. *ἀγὼν*] *ἀγὼν* libri.

723. *μέλλοντας* Flor. 1. 2. *μέλλοντος* Ald.

727. *ἔνθες* codices. *ἔνθεν* Ald.

Ὀξύην per *λόγχην ὀξυΐνην* recte explicat Brodæus. Homericum *ἔγχεϊ ὀξυόεντι* respexit poeta. Quænam autem fuerit arbor *ὀξύη*, cujus multa mentio apud Theophrastum, inter hujus rei peritos parum convenit. ELM. *ἰξύην* MSS. (?) Stephani, adscripto *ἰγνύην*.

732. *λειφθεὶς* Flor. 1. 2. *ληφθεὶς* Ald.

733. *δοκῶν* Flor. 1. 2. *δοκῶ* Ald.

734. οὔκουν Matthiæ. Vulgo οὐκοῦν.

736. οὐ Reiskius et Heathius. σὺ libri.

ταὐτὰ Heathius. Libri ταῦτα.

738. θείνοντα Elmsleius. Libri θένοντα.

739. εἰ δή Victorius. ἤδη Ald.

742. Σπάρτην ἐπόρθεις] Citat Barnesius schol. ad Or. 457. Pausaniam 3. c. 15. p. 244. Apollodorum 2. 7, 3. Addit Musgravius Diodorum Siculum 4. 33. Cum omnium fere Herculis laborum particeps fuerit Iolaus, Spartæ expugnationem memorat Euripides, *quia Lacedæmonios caros non habuit*, inquit Barnesius. ELM.

743. οἷος pro ὥστε, ut sæpe. vid. exempla citata Gramm. Gr. §. 479. not. 2. Sed et hoc singulare, quod optativus cum ἄν sequitur, non infinitivus, et quod verbum non ad eamdem personam refertur, ad quam præcedens, εἴθε γένοιο, οἷος ἄν - - θείην. Videntur duæ constructiones in unam conflatæ esse, εἴθε γένοιό μοι τοιοῦτος σύμμαχος, οἷον ἠβήσαντά σε μεμνήμεθ' ἡμεῖς, et εἴθε τροπὴν Εὐρυσθέως θείην, hoc deinde ad τοιοῦτος relatum. MATTH.

750. φαεσίμβροτοι] Annon legendum φαεσιμβρότου? Confer tamen Suppl. 208. [479. Med. 353.] MUSG. Satis constat solem haud raro absolute θεὸν appellari. Neque eo nomine improbanda est vulgata scriptura, quod θεοῦ nullum, αὐγαὶ vero geminum habet epitheton. Ita enim passim loquuntur tragici. Soph. Aj. 134. Τελαμώνιε παῖ, τῆς ἀμφιρύτου Σαλαμῖνος ἔχων βάθρον ἀγχιάλου. Nostro loco cum Homericum φαεσιμβρότου ἠελίοιο manifesto respexerit poeta, Musgravii emendationem admittere non dubitavi. Ut videant tirones quantulam auctoritatem habeant libri vulgati in terminationibus adjectivorum inter bina substantiva positorum, Aldinam aliquot versuum scripturam subjiciam. Hec. 425. ὦ τῆς ἀώρου θύγατερ ἀθλίας (ἀθλία primus edidit Porsonus) τύχης. Phœn. 178. σφάγια δ' ἅμ' αὐτῷ, γῆς φιλαίματοι (φιλαιμάτου Grotius) ῥοαί. Ibid. 214. ἵν' ὑπὸ δειράσι νιφοβόλοιο (νιφοβόλοις Kingius) Παρνασοῦ κατενάσθην. Hippol. 1197. τὴν εὐθὺς Ἄργους κἀπιδαυρίας (κἀπιδαυρίαν Valckenarius) ὁδόν. Alc. 1041. ἔκρυψ' ἐμῆς γυναικὸς ἀθλίου (ἀθλίους Lascaris) τύχας. Ubi ambiguitatis vitandæ caussa ἀθλίους dicere maluit poeta quam ἀθλίας. Rhes. 303. χρυσέα δὲ πλάστιγξ αὐχένα ζυγηφόρων (ζυγηφόρου) πώλων ἔκλῃε χιόνος ἐξαυγεστέρων. Adde nostræ fabulæ

vv. 785. 932. Æsch. Prom. 111. Soph. Phil. 1289. Præter Aj. 134. vide Ant. 587. ὁμοῖον ὥστε ποντίαις (vulgo ποντίας ἁλὸς) οἶδμα δυσπνόοις ὅτ' ἂν Θρῇσσῃσιν ἔρεβος ὕφαλον ἐπιδράμῃ πνοαῖς. Ita legendum e scholiaste. Quod si vidisset Brunckius, emendatione ejus ad v. 598. caruissemus. ELM. Recte Musgravius φαεσιμβρότου corrigere videtur.

751. ἐνέγκατε] ἐνέγκατ' Ald. Scribendum ἐνέγκαιτ' cum Hermanno vel ἐνέγκοιτ'.

752. ἰαχήσατε secundam producit, et ἰαχεῖ infra v. 782. Plura exempla dabunt Heathius ad nostrum locum, et Marklandus ad Iph. A. 1036. Dixi ad Soph. Œd. T. 1222. secundam in ἰαχὴ et ἰαχεῖν communem esse, neque quidquam caussæ esse cur scriberetur ἰακχὴ et ἰακχεῖν. Postea vero suspicio mihi oborta est, ἰαχὴ et ἰαχεῖν media correpta e Doricis ἀχὰ et ἀχεῖν, interdum etiam ex Atticis ἠχὴ et ἠχεῖν, librariorum errore nata esse. Quam suspicionem minime absurdam esse ostendent sequentia tragicorum loca. I. Æsch. Theb. 873. τὸν δυσκέλαδόν θ' ὕμνον Ἐριννύος ἰαχεῖν, ἀΐδᾳ τ' ἐχθρὸν παιᾶν' ἐπιμέλπειν. Numerosius esset ἀχεῖν, præcedente scilicet dactylo. Noster Ion. 883. ἀχεῖ Μουσᾶν ὕμνους εὐαχήτους. Scripsit autem Æschylus, ni fallor, ἠχεῖν et Αἴδῃ. Αἴδῃ Blomfieldius. II. Soph. Trach. 635. Οἶτας παραναιετάοντες. Ibid. 643. ἰάχων (sic) καναχὰν ἐπάνεισιν. Nemo non videt metro convenientius esse ἀχῶν. III. Eurip. Med. 149. ἰαχὰν, οἵαν ἁ δύστανος. Ibid. 174. ἔλθοι, μύθων τ' αὐδαθέντων. Hic etiam antistrophico versui melius respondet ἀχὰν quam ἰαχὰν. IV. Phœn. 1047. ἰαχά τ' ἦν ὅμοιος. Ibid. 1071. ὁρμήσασ' ἐπ' ἔργον. Lege, ἀχά τ'. V. Ibid. 1302. πότερον ἄρα νέκυν ὀλόμενον ἰαχήσω; Ibid. 1316. ἄποτμος, ἄποτμος ὁ φόνος, ἕνεκεν (ἕνεκ' plurimi codd.) Ἐριννύων. Dochmiacum efficies satis justum legendo ἀχήσω. Sed recte se habere videtur ἰαχήσω secunda producta, etsi non optime respondet Ἐριννύων. VI. Hippol. 584. ἰαχὰν μὲν κλύω. Syzygia est dochmiaca. Vel legendum ἀχὰν, vel delendum μὲν, quod sine ullo incommodo abesse potest. VII. Iph. A. 1045. μελῳδοὶ, Θέτιν ἰαχήμασι τόν τ' Αἰακίδαν. Ibid. 1067, ὃς ἥξει χθόνα λογχήρεσι σὺν Μυρμιδόνων. Malim, μελῳδοῖς Θέτιν ἀχήμασι. Plura congerere supersedeo. Aoristus autem ἴαχον, quod aliquoties apud Atticos poetas occurrit, mediam, ni fallor, semper corripit, neque unquam ab iis extra modum indicativum usurpatur. Apud nostrum El. 707. pro ἰάχει malim ἴαχεν prima

et secunda brevi. Noster Hel. 1161. *καὶ ἰαχὴ σὴ καθ' Ἑλλανίαν.* In quo versu *ἰαχὴ* non solum secundam corripere videtur, verum etiam primam singulari exemplo producere. Latent, ni fallor, sub litteris *καὶ ἰαχὴ σὴ* verba *καίτοι κέκλησαι.* Confer v. 993. ELM. Recte de formis Doricis *ἀχεῖν* et *ἀχά* in *ἰαχεῖν* et *ἰαχά* ab librariis non raro corruptis disserit Elmsleius: sed *ἰαχεῖν* producta syllaba secunda frustra defendi videtur. Scribendum igitur *ἰακχήσατε.*

753. Vocabulum *ἀρχέτας* legitur etiam in El. 1149. Dicitur *θρόνον ἀρχέταν* ut *τύραννον δῶμα* Hippol. 843. *τύραννον ἑστίαν* Androm. 3. ELM.

754. *γλαυκᾶς τ' ἐν Ἀθάνας* Schæferus ad Gregor. Cor. p. 46. Legebatur *γλαυκᾷ τ' ἐν Ἀθάνᾳ. τ'* post *γλαῦκας* typothetæ errore in editione Matthiæ meaque excidit.

757. *ὑποδεχθεὶς* activo sensu pro *ὑποδεξάμενος* adhibitum. Satis scio haud raro permutari *κοσμησάμενος* et *κοσμηθεὶς, στεφανωσάμενος* et *στεφανωθεὶς,* et similia. Sed in verbis hujus generis nihil inter mediam, quam vocant, et passivam formam interest, nisi quod *στεφανωσάμενος,* verbi caussa, *a se coronatus, στεφανωθεὶς ab alio coronatus* plerumque significat. Longe rarius permutantur aoristi verborum quorum aoristus activus nullus sit, medius autem sensum habeat vere activum. Passivum est *εἰσδεχθέντες* apud Demosthenem adv. Bœotum p. 1012. ed. Reisk. Passiva sunt etiam *ἐδωρήθη* apud Soph. Aj. 1029. *χειρωθεὶς* Œd. C. 903. Trach. 1059. *κτηθεῖσα* apud Eurip. Hec. 449. *ἐκτήθη* apud Thucyd. 1. 123. 2. 36. Passiva sunt etiam *θεαθὲν* apud Thucydidem 3. 38. *βιασθῇ* ibid. 47. *βιασθεὶς* 4. 19. *βιασθέντες* 7. 11. 43. 45. *ὀλοφυρθεὶς* 6, 78. ELM.

758. *κίνδυνον τεμεῖν*] Hanc locutionem alibi non reperi. ELM.

761. *πολυαίνετον* Canterus. *πολυαινέτου* Ald.

762. *ἐμᾷ* Canterus. *ἐμῇ* Stephanus. *ἐμὲ* Ald.

κεύθειν] *In animo habere,* ut infra v. 879. Sic etiam in Suppl. 295. *Ἀλλ' εἰς ὄκνον μοι μῦθος, ὃν κεύθω, φέρει.* ELM.

764. Legebatur *καὶ λεύσιμον Ἄργος.* Pro *Ἄργος* vet. cod. H. Steph. *ἄλγος. κελεύσμασιν Ἄργους* Musgrav. post Reiskium, quod firmari censet scriptura Par. E. *κελεύσιμον Ἄ.* Vulgata orta videtur e v. 60. *ἐς Ἄργος, οὗ σε λεύσιμος μένει δίκη,* MATTH. Scribendum *κελεύσμασιν Ἄργους* cum Reiskio.

769. Ald. *ἥσσονές ποτ' ἂν εἴτ' ἐμοῦ φανοῦνται.* Conjecturam

H. Steph. et Scaligeri οὔτ' ἐμοῦ confirmant Flor. 1. Vict. e quibus ille ἥσσον οὔτ' ἐμοῦ φανοῦνται. Idem fuerat in Flor. 2. sed recentior manus scripsit quod editum est. Sed in sensu hæreo. *Dii* (quod ipsum omitti durum est) *non inferiores apparebunt mortalibus*, quid sit, perspicuum est; sed quorsum additum *neque me inferiores sunt?* Nec injuria Elmslei. in repetito ποτε hæret. ELM. Solœcum etiam ἂν cum indicativo futuri constructum. Corrigendum videtur ἥσσονες παρ' ἐμοὶ θεοὶ φανοῦνται. Similis sententia est loci Æschylei Prom. 551. οὔποτε θνατῶν τὰν Διὸς ἁρμονίαν ἀνδρῶν παρεξίασι βουλαί.

773. sq. Ald. πόρευσον, ἀλλὰ τὸν οὐ δικαίως. τὰ δ' ἐπάγοντα δορύσσοντα στρ. Ἄργ. Pro ἀλλά Cant. ἄλλῃ, Scal. ἄλλᾳ. τᾷδ' ἐπάγοντα Herv. 2. Neque ad ἀλλᾳ (sic Musgr.) neque ad τᾷδ' quicquam enotatum e Florr. ut hi ἄλλᾳ et τᾷδ' habere videantur. MATTH.

774. δορύσσοντα editores pro δορύσοντα posuerunt. Scribendum δορυσσόητα cum Th. Bergkio. De adjectivo δορυσσόης diximus ad Soph. Aj. 1188.

775 Scribendum uno versu στρατὸν—μελάθρων. eodemque modo in antistropho. Post μελάθρων colo interpungendum.

777. ἐπεί Hermannus. Legebatur ἀλλ' ἐπεί.

πολύθυτος] Scribendum πολύθυστος. Hujus formæ exemplum exstat in Simonidis carmine de mulieribus v. 56. apud Stobæum

ἄθυστα δ' ἱρὰ πολλάκις κατεσθίει.

quem versum ubi affert Athenæus 5. p. 179 d. eodem quo in Euripidis codicibus errore ἄθυτα scriptum est. Neque hoc unicum est ad commendandam emendationem meam documentum.

778. κραίνεται] κρίνεται Par. E.

λήθει Par. E. Flor. 1. 2. Vulgo κεύθει.

779. Hesychius a Musgravio allegatus: Φθινὰς ἀμέρα. τὴν ἱσταμένου τρίτην τριμήνιον λέγει. Num legendum, τὴν ἱσταμένου τρίτῃ ἱερομηνίαν λέγει? Absurda quidem est hæc interpretatio, nec tamen auctore suo indigna. Ultimum mensis diem, τὴν ἐνὴν καὶ νέαν, nostro loco intelligi censent Brodæus aliique plerique. Quam interpretationem libentius amplecterer, si constaret ultimum mensis diem, haud secus atque primum, religioso cultu apud Athenienses celebratum esse. Nec video quid obstet quo minus ad mentem Musgravii νουμηνίαν sive

kalendas hic intelligamus. Nullus enim dies majori jure φθινὰς ἡμέρα appellari potest, quam is in quo fit solis et lunæ coitus. Quem *interlunii diem* appellat Plinius 16. 39. νουμηνίαν κατὰ σελήνην Thucydides 2. 28. qui monet solem eo solo die deficere. Verba autem κατὰ σελήνην addidit Thucydides, propterea quod νουμηνία πολιτικὴ cycli Metonici non semper in veram νουμηνίαν incidebat. ELM.

780. νέων Barnesius. νεῶν Flor. 1. 2. ναῶν Ald. Pindarus ab Elmsleio comparatus Pyth. 5, 138. τὸν ἐν ἀοιδᾷ νέων πρέπει χρυσάορα Φοῖβον ἀπύειν.

781. γᾶς Erfurdtius ad Soph. Aj. 1177. Legebatur γ'.

ὄχθῳ Erfurdtius. ἐπ' ὄχθῳ libri, quod restituendum. "In acropoli scilicet, quæ Παλλάδος ὄχθος appellatur Ion. 12. monente Musgravio, ἐλαιοφόρος ὄχθος, Herc. 1178." ELM.

782. 783. Ordo est, ὀλολύγματα ἰαχεῖ ὑπὸ παννυχίοις κρότοισι παρθένων ποδῶν. *Resonant ululatus ad nocturnos plausus virgineorum pedum.* παρθένων ποδῶν ut παρθένῳ χερὶ Phœn. 845. Cum hoc loco confer omnino Tro. 545. παρθένοι δ' Ἀέριον ἀνὰ κρότον ποδῶν Βοὰν ἔμελπον εὔφρον'. ELM.

782. ὀλολύγματα] *Festi ululatus*, feminarum tamen. Pollux 1. 28. Τὸ γὰρ ὀλολῦξαι καὶ ὀλολυγῇ χρήσασθαι, ἐπὶ γυναικῶν. MUSG. Ita intelligendus Soph. Trach. 205. ἀνολολύξεται δόμος ἐφεστίοις ἀλαλαγαῖς ὁ μελλόνυμφος. ἐν δὲ κοινὸς ἀρσένων ἴτω κλαγγά. Xenoph. Anab. 4, 3, 19. allegatus a Blomfieldio ad Æsch. Theb. 254. ἐπαιάνιζον πάντες οἱ στρατιῶται, καὶ ἀνηλάλαζον, ξυνωλόλυζον δὲ καὶ αἱ γυναῖκες ἅπασαι. Interdum καταχρηστικῶς de viris dicitur ὀλολύζειν. Vide Æsch. Agam. 604. Aristoph. Eq. 616. 1327. Pac. 97. Hoc autem differunt ὀλολύζειν et *ululare*, quod ὀλολύζειν semper, si bene memini, de re læta dicitur. Æsch. Theb. 831. πότερον χαίρω, κἀπολολύξω πόλεως ἀσινεῖ σωτῆρι, ἢ τοὺς μογεροὺς καὶ δυσδαίμονας ἀτέκνους κλαύσω πολεμάρχους; Eurip. Med. 1176. εἶτ' ἀντίμολπον ἧκεν ὀλολυγῆς μέγαν κωκυτόν. El. 690. ὡς ἦν μὲν ἔλθῃ πύστις εὐτυχὴς σέθεν, ὀλολύξεται πᾶν δῶμα. θνήσκοντος δέ σου, τἀναντί' ἔσται τῶνδε. Vide tamen Soph. El. 750. Soph. El. 749. στρατὸς δ' ὅπως ὁρᾷ νιν ἐκπεπτωκότα δίφρων, ἀνωλόλυξε τὸν νεανίαν, οἵ' ἔργα δράσας οἷα τυγχάνει κακά. Trach. 785. ἅπας δ' ἀνηυφήμησεν οἰμωγῇ λεὼς, Τοῦ μὲν νοσοῦντος, τοῦ δὲ διαπεπραγμένου. Utrobique insigne καταχρήσεως exemplum. ELM.

783. *ἰαχεῖ*] Scribendum *ἰακχεῖ*. Vid. ad v. 752.

784. Diversus, ni fallor, est hic *Θεράπων* a superiore. Ille enim Hylli, hic Alcmenæ servus est. Contra nuntius, qui v. 784. Eurystheum captivum ad Alcmenam ducit, fortasse eadem est persona, quæ hic *Θεράπων* appellatur. ELM.

787. Pro frigido illo *τῷδε* dedi de meo *τούσδε*. Ordo videtur esse, *μύθους τούσδε καλλίστους φέρω, σοί τε συντομωτάτους κλύειν, ἐμοί τε* [*συντομωτάτους λέγειν*]. Vide Soph. Œd. T. 1234. Vel, *μύθους τούσδε φέρω, σοί τε συντομωτάτους κλύειν, ἐμοί τε καλλίστους* [*λέγειν*]. De ellipsi vide ad v. 312. ELM. Retinui *τῷδε*.

ἐμοί τε] *ἐμοί γε* Flor. 1.

788. Nescio quid significet *διήλασεν*, cujus loco *διήνυσεν* reponendum censet Reiskius. Paullo melius esset *διήγαγεν*. Soph. El. 781. *ἀλλ' ὁ προστατῶν χρόνος διῆγέ μ' αἰὲν ὡς θανουμένην*. ELM. Sed fortasse simili significatione h. l. *διελαύνειν* positum est, ut *ἐλαύνειν τινὰ εἰς συμφοράν, Λοξίας δὲ τὴν τύχην ἐς τοῦτ' ἐλαύνει* Ion. 68. Sic h. l. *ἥδε ἡμέρα διήλασέ σε ἐς τοῦτο, ὥστε ἠλευθερῶσθαι*. MATTH.

789. Flor. 2. *ἐλευθερῶσαι*.—Idem mox *ἀγάλμασι*. *ἀγγέλμασιν* Flor. 1. MATTH.

793. *οὐκ ἔστιν*] *Salvusne est?* BROD. Quasi in libro suo *σῶς ἐστιν* invenerit. Vide nostrum Suppl. 643. incertum Rhes. 525. Deinde cum certum sit Iolaum post v. 747. non amplius in scenam prodire, non video quid significet *δδε* in fine versus. Vertit Musgravius, deleto interrogationis signo, *At ille certe non vivit, Iolaus ille quem hic vidisti.* Quam interpretationem ne auctori quidem suo magnopere placuisse credo. Legendum videtur, *ὁ μὲν γέρων οὖν ἔστιν Ἰόλεως ἔτι*; Ita noster Iph. T. 537. *Θέτιδος δὲ τῆς Νηρῇδος ἔστι παῖς ἔτι*; *οὐκ* et *οὖν* sæpe permutari nemo nescit. Bis in una fabula, Soph. Œd. C. 587. (ubi *οὖν* præbet altera Juntina) 1199. ELM. Recte Elmsleius.

794. *δ'*] Scribendum *γ'* cum Elmsleio.

κάλλιστα] *μάλιστα* Flor. 1. 2.

799. *σημαίνει*] Scribendum *σημανεῖ* cum Elmsleio.

801. *κατὰ στόμα*] *Face to face.* Incertus Rhes. 406. *Θρῃκῶν ἀρίστοις ἐμπεσὼν κατὰ στόμα.* Sic etiam v. 491. 511. ELM.

ἐκτείνοντες] *ἐκτείνοντας* (ad *στρατὸν* relatum) Elmsleius.

805. τί Heathius. Libri ἐπὶ.

εἰάσαμεν Elmsleius. εἶα σὰ μὲν Ald. "Proxima vero est Heathii emendatio, quem miror εἰάσαμεν sub vulgata lectione εἶα σὰ μὲν latere non vidisse. Adde quod in his locutionibus rectius adhibetur præteritum quam futurum. Æsch. Prom. 746. τί δῆτ' ἐμοὶ ζῆν κέρδος, ἀλλ' οὐκ ἐν τάχει ἔρριψ' ἐμαυτὴν τῆσδ' ἀπὸ στύφλου πέτρας; Aristoph. Vesp. 213. τί οὐ κατεκοιμήθημεν ὅσον ὅσον στίλην; Lys. 181. τί δῆτα ταῦτ' οὐχ ὡς τάχιστα, Λαμπιτοῖ, ξυνωμόσαμεν, ὅπως ἂν ἀρρήκτως ἔχῃ; Præsens adhibetur in eadem fabula, v. 1103. τί οὐ καλοῦμεν δῆτα τὴν Λυσιστράτην, ἥπερ διαλλάξειεν ἡμᾶς ἂν μόνη. Ita quoque noster Herc. 1146. οἴμοι, τί δῆτα (vulgo τί δή γε) φείδομαι ψυχῆς ἐμῆς, τῶν φιλτάτων μοι γενόμενος παίδων φονεύς; οὐκ εἶμι (vulgo κοὐκ εἶμι) πέτρας λισσάδος πρὸς ἅλματα, κ. τ. ἑ. Cum tertio versiculo confer Andr. 1210. Futurum in vulgatis libris habet noster Hippol. 1060. ὦ θεοί, τί δῆτα τοὐμὸν οὐ λύσω στόμα, ὅστις γ' ὑφ' ὑμῶν, οὓς σέβω, διόλλυμαι; Ubi λύω legendum esse monui ad Marklandi Iph. T. 692. Plato Menexeno, p. 236. C. Τί οὖν οὐ διῆλθες;" ELM.

Persuasum est editoribus post hunc versum unius vel plurium lacunam esse in libris. Atque sane sententia aperte hiat et imperfecta est. Recepta tamen lenissima et quæ cuivis in mentem veniat emendatione Heathii τί τήνδε γαῖαν pro ἐπὶ τήνδε γαῖαν, hoc damnum sarciri videtur posse. Illud modo memineris, τί τήνδε γαῖαν οὐκ εἰάσαμεν, si sensum spectes, nihil esse nisi ἐῶμεν τήνδε γῆν. Jam sententiæ sic inter se excipient: O dux, qui Argis venisti, terram hancce sinamus (ac ne Mycenas quidem, si uno homine prives, pessundabis): tuque potius solus solo mecum in certamen descendito. In quibus scire velim quid pravi aut hiulci insit. L. DINDORF.

807. ἀνδρὸς pro ἑνὸς ἀνδρός. Noster Androm. 910. Κακόν γ' ἔλεξας, ἄνδρα (ἓν' ἄνδρα Aldus) δίσσ' ἔχειν λέχη. ELM.

808. μάχην Reiskius. Libri μάχῃ. "Accusativum habet Æsch. Pers. 336. Eurip. Phœn. 1236. Alc. 505. 1143. Suppl. 144. Heracl. 831. Adde ξυνῆψαν ἀλκὴν, Suppl. 683. ἔχθραν ξυνάπτειν, Heracl. 460. ξυνάψαι πόλεμον, Hel. 55. ξυνῆψε πόλεμον, Rhes. 425." ELM.

810. πατρῴους] πατρῴας Flor. 1.

813. λόγων MSS. Stephani. λόγῳ Flor. 1. 2. λόγῳ Ald.

814. αὐτοῦ Barnesius. Libri αὐτοῦ. "Sive αὐτοῦ sive αὐτοῦ

scribatur, sensus est, *οὔτε ἑαυτοῦ δειλίαν.* Æsch. Agam. 845. *τοῖς τ' αὐτὸς αὐτοῦ πήμασιν βαρύνεται, καὶ τὸν θυραῖον ὄλβον εἰσορῶν στένει.* Soph. Œd. C. 929. *σὺ δ' ἀξίαν οὐκ οὖσαν αἰσχύνεις πόλιν τὴν αὐτὸς αὐτοῦ.* Idem Aj. 1131. ΤΕΥ. *εἰ τοὺς θανόντας οὐκ ἐᾷς θάπτειν παρών.* ΜΕ. *τούς γ' αὐτὸς αὐτοῦ πολεμίους. οὐ γὰρ καλόν.* Quæ loca attuli, ut viderent discipuli geminatum pronomen *αὐτὸς αὐτοῦ* pro *ἐμαυτοῦ, σεαυτοῦ* et *ἑαυτοῦ* usurpari. Ceterum ad *δειλίαν* supplendum *αἰδεσθεὶς* sive *αἰσχυνθεὶς*, monente Brodæo. Ita incertus Rhes. 926. *κἀπεί σε τίκτω, ξυγγόνους αἰδουμένη καὶ παρθενείαν, ἦκ' ἐς εὐύδρους πατρὸς δίνας.* Qui locus nostro simillimus est, modo *παρθενείαν* pro amissa virginitate accipias. Atticista Anonymus: *Αὐτὸς αὐτὸν ἀντὶ τοῦ ἐμαυτόν. Αὐτοῦ* (f. *αὐτὸς αὐτοῦ*) *ἀντὶ τοῦ ἐμαυτοῦ. Αὐτῷ* (f. *αὐτὸς αὐτῷ*) *ἀντὶ τοῦ ἐμαυτῷ.*" ELM.

817. *δουλώσων* pro *δουλωσόμενος.* Noster Suppl. 492. *πολέμους ἀναιρούμεσθα, καὶ τὸν ἥσσονα δουλούμεθ' ἄνδρες ἄνδρα, καὶ πόλεις πόλιν.* Iph. A. 1269. *οὐ Μενέλεώς με καταδεδούλωται, τέκνον.* Activa forma *in servitutem redigere*, media *sibi in servitutem redigere* significat. Incertus Rhes. 410. *σοὶ δὲ δουλώσας λεὼν Παρέσχον. Tibi in servitutem tradidi.* Ubi solœcum esset *δουλωσάμενος.* Namque in hujusmodi verbis activa forma pro media interdum usurpatur, nequaquam autem media pro activa. ELM.

820. *οὐ τελουμένους*] *ἐντελουμένας* Flor. 1.

822. *λαιμῶν βροτείων*] De Macariæ sacrificio hic loquitur poeta. Parcit autem illius descriptioni, ne Alcmenæ dolorem pariat. BARN. Hujusmodi monita subtiliora sunt quam veriora. Non recordatus est Barnesius, Polyxenæ cædem quinque et sexaginta versibus matri delatam esse. Nisi forte putavit hoc inter Hecubam et Alcmenam interesse, quod illam quinquaginta liberis orbatam ad novum dolorem de quinquagesimo primo obduruisse necesse esset. Ceterum eandem locutionem habet noster Iph. A. 1084. *βρότειον αἱμάσσοντες λαιμόν.* ELM.

οὔριον φόνον] *Secundum sanguinem.* Faustum scilicet et salutarem, ut recte interpretes. Cicero de Divinat. 1. 15. *Auspicia quæ alicui secunda evenerunt.* Soph. Œd. C. 1456. *ἔπτηξα θυμόν. οὐρανία γὰρ ἀστραπὴ φλέγει πάλιν.* Ubi *οὐρανία* ex *οὐνία* natum videtur, *οὐνία* ex *οὐρία.* Schol. *οὐρανία γὰρ*

ἀστραπή. ἀντὶ τοῦ ταχεῖα. οὔριον φόνον. Noster Hel. 1603. αἵματος δ' ἀπορροαὶ εἰς οἶδμ' ἐσηκόντιζον οὔριοι ξένῳ. ELM.

824. πλευραῖς] πλευροῖς Elmsleius.

825. παρήγγελλ' Flor. 1. Vulgo παρήγγειλ'.

826. ξυμπολῖται] Pollux 3. 51. ἔποιτο δ' ἂν τούτοις, πολίτης. τὸ δὲ συμπολιτὴς, οὐ δόκιμον, εἰ καὶ Εὐριπίδης αὐτῷ κέχρηται ἐν Ἡρακλείδαις τε καὶ Θησεῖ. Adde Æsch. Theb. 611. ELM.

828. ὁ δ' αὖ τό τ' Ἄργος Portus. ὅδ' αὐτὸ τἄργος Ald.

θέλειν Elmsleius. Legebatur θέλων. "Legendum igitur, μὴ καταισχῦναι θέλειν, id est, μὴ καταισχύνειν. Ita noster El. 1354. Οὕτως ἀδικεῖν μηδεὶς θελέτω. Vide Marklandum ad Suppl. 882. Παῖς ὢν, ἐτόλμησ' εὐθὺς οὐ πρὸς ἡδονὰς Μουσῶν τραπέσθαι, καὶ τὸ μαλθακὸν βίου. Si recte se haberet participium, scribendum esset, οὐ καταισχῦναι θέλων. Noster Ion. 1117. τὸ μὴ δίκαιον τῆς δίκης ἡσσωμένον ἐξηῦρεν ὁ θεὸς, οὐ μανθῆναι θέλων." ELM.

829. ἐλίσσετο] *Supplicabat.* Verbum minime imperatorium ex industria adhibuisse videtur poeta, quo melius Eurysthei timiditatem exprimeret. Alioqui προυτρέψατο, *hortatus est*, aut aliquid ejusmodi dixisset. ELM.

830. ἐσήμηνε impersonaliter accipiendum est. Cujus constructionis exempla attulit H. Stephanus v. Σημαίνω. Vide Xenophontem Pæd. 5. 3, 52. Anab. 1. 2, 17. (ubi suspicor ἐσάλπιγξε e glossa ortum esse) 2. 2, 4. 3. 4, 4. In his locis ὁ σαλπιγκτὴς subaudiri monent interpretes. Suppleri potest etiam ὁ στρατηγός. Noster Tro. 1266. χωρεῖτε, Τρῶων παῖδες, ὀρθίαν ὅτ' ἂν σάλπιγγος ἠχὼ δῶσιν ἀρχηγοὶ στρατοῦ. Sed eandem rationem in hac locutione obtinere existimo, quam in ὕει, νίφει, et similibus, in quibus male ὁ θεὸς supplent grammatici. Herodotus 6. 27. φιλέει δέ κως προσημαίνειν, εὖτ' ἂν μέλλῃ μεγάλα κακὰ ἢ πόλι ἢ ἔθνεϊ ἔσεσθαι. ἔσεισε pro σεισμὸς ἐγένετο dixit Thucydides 4. 52. monente Stephano v. σείω. ELM.

ὄρθιον] *Magno sonitu.* Citat Barnesius Æsch. Pers. 389. ὄρθιον δ' ἅμα ἀντηλάλαξε νησιώτιδος πέτρας ἠχώ. Vide etiam superiorem annotationem. Præconis ὀρθίων κηρυγμάτων meminit Soph. El. 683. De Tyrrhenica tuba vide Barnesium ad Phœn. 1386. et interpretes ad Soph. Aj. 17. ELM.

833. πόσον τινὰ στεναγμὸν] Ita legendum ex emendatione H. Stephani. Codd. E.G. auctore Musgravio, πόσον τιναγμόν.

Fallitur. E. quidem πόσον τιναγμὸν habet, sed G. [et Flor. 1. 2.] totidem literis πόσον τίνα στεναγμόν. Nec nisi in accentu dissentit Rom. C. qui ποσόν τινα στεναγμὸν habet. ELM. ad Medeam 569. p. 170. πόσον τινὰ τιναγμὸν Ald.

στεναγμὸν οἰμωγήν θ' ὁμοῦ] Thucydides 7. 71. ἦν τε ἐν τῷ αὐτῷ στρατεύματι τῶν Ἀθηναίων, ἕως ἀγχώμαλα ἐναυμάχουν, πάντα ὁμοῦ ἀκοῦσαι, ὀλοφυρμὸς, βοὴ, νικῶντες, κρατούμενοι. Mallem, si consentirent libri, βοὴ, ὀλοφυρμός. βοὴ et κραυγὴ hac significatione promiscue usurpantur. Sed non prætermitti debet Æschyli locus, unde fortasse defendi potest nostri loci emendatio a Stephano proposita. Agitur de pugna Salaminia Pers. 424. οἱ δ' ὥστε θύννους ἤ τιν' ἰχθύων βόλον, ἀγαῖσι κωπῶν, θραύσμασίν τ' ἐρειπίων ἔπαιον, ἐρράχιζον. οἰμωγὴ δ' ὁμοῦ κωκύμασιν κατεῖχε πελαγίαν ἅλα. ELM.

834. De vocabulo πίτυλος, quod nostro loco ὁρμὴ significat, consulendus Monkius ad Eurip. Hippol. 1462. [1464.] et Blomfieldius ad Æsch. Theb. 855. [862.] quorum interpretationibus nihil quod addam habeo. ELM.

836. Homerus Il. N. 130. Φράξαντες δόρυ δουρὶ, σάκος σάκεϊ προθελύμνῳ, ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' ἀνήρ. Virgil. Æn. 10. 361. *Concurrunt, hæret pede pes, densusque viro vir.* BROD. Virgiliana locutio, *hæret pede pes*, Euripideam ποὺς ἐπαλλαχθεὶς ποδὶ, *pes cum pede alternatus*, vix attingit. ELM. ποὺς ἐπαλλαχθεὶς ποδί est id, quod Tyrtæus dicit ap. Stob. 1. p. 191. καὶ πόδα πὰρ ποδὶ θείς. MATTH.

837. ἐκαρτέρει μάχῃ] ἐκαρτέρει μάχη Elmsleius ad Marklandi Iph. T. 719. μάχη ἦν καρτερὰ dicunt prosæ orationis scriptores. Herodotus 1. 76. μάχης δὲ καρτερῆς γενομένης, καὶ πεσόντων ἀμφοτέρων πολλῶν, τέλος οὐδέτεροι νικήσαντες διέστησαν, νυκτὸς γενομένης. Thucydides 1. 49. ἦν τε ἡ ναυμαχία καρτερά. 4. 43. καὶ ἦν ἡ μάχη καρτερά. Constructio est ut apud Soph. Ant. 259. λόγοι δ' ἐν ἀλλήλοισιν ἐρρόθουν κακοὶ, φύλαξ ἐλέγχων φύλακα. ELM.

838. Noster Phœn. 1156. πολλοὶ δ' ἔπιπτον, κρᾶτας αἱματούμενοι. Androm. 1143. πολλοὶ δ' ἔπιπτον μιγάδες. In Or. 1489. suspicor e glossa interlineari natam esse vulgatam scripturam, νεκροὶ δ' ἔπιπτον, οἱ δ' ἔμελλον, οἱ δ' ἔκειντ'. ELM.

ἦν δὲ δύο κελεύσματα] Legebatur ἦν δὲ τοῦ κελεύσματος. Unde nulla potest sana sententia extundi. Equidem duabus fere litteris (reliquæ enim eædem fere manent)

transpositis correxi ἦν δὲ δύο κελεύσματα, utriusque scilicet exercitus, uti sequitur. Observandus autem in his usus verbi εἶναι, qui viros doctos nonnunquam fefellit. Hecuba v. 929. κέλευσμα δ' ἦν κατ' ἄστυ Τροίας τόδ'· ὦ παῖδες Ἑλλάνων, πότε δὴ πότε τὰν Ἰλιάδα σκοπιὰν πέρσαντες ἥξετ' οἴκους; Helena v. 1622. κέλευσμα δ' ἦν πρύμνηθεν Ἑλένης, ποῦ τὸ Τρωικὸν κλέος; Xenarchus apud Athenæum vol. 2. p. 366. ἦσαν δὲ πληγαί. Ubi infeliciter Musgravius reponit ἦξαν δὲ πληγαί Exercitat. in Euripidem p. 50. Vide Iphig. T. v. 1331. ὅθεν τὰ δεινὰ πλήγματ' ἦν γενειάδων. Aristotelis Ethic. Eudem. 2. p. 104. Sylb. ἀλλ' ἂν μὴ τοῦτο πράττωσι, πληγαὶ ἢ θάνατοι ὦσι. L. DINDORF.

839. ὦ τὰς Ἀθήνας] Supplendum οἰκοῦντες. Nam σπείροντες non convenit. Vide ad v. 312. ELM.

Ἀργείων] Ἀργεῖον Victor.

Non est quod miremur γύην cum articulo masculino conjunctum. Sic enim [monente Barnesio] poeta incertus (Simonides, opinor) apud Platonem Epist. I. p. 310. A. γόνιμοι βρίθοντες αὐτάρκεις γύαι. Sophocles in Phœnice apud Athenæum p. 70. A. Κύναρος ἄκανθα πάντα πληθύει γύην. Lycophron. v. 252. Κεῖται, πέφρικαν δ' ὥστε ληΐου γύαι Λόγχαις ἀποστίλβοντες. MUSG. Adde Æsch. Prom. 369. τῆς καλλικάρπου Σικελίας λευροὺς γύας. Ita recte Robortellus. Apud Soph. Œd. C. 58. meliores libri, οἱ δὲ πλησίοι γύαι, deteriores ex emendatione, αἱ δὲ πλησίον γύαι. Contra in Ant. 569. ubi in melioribus legitur, ἀρώσιμαι γὰρ χἀτέρων εἰσὶν γύαι, vel γύναι, ἀρώσιμοι recte præbent libri deteriores. Apud nostrum Bacch. 13. ubi vulgo legitur, λιπὼν δὲ Λυδῶν τὰς πολυχρύσους γύας, τῶν πολυχρύσων potius quam τοὺς πολυχρύσους legendum videtur. Qui femininum γύη Atticis ignotum fuisse mecum arbitrantur, legent proculdubio in Hel. 88. τί δῆτα Νείλου τούσδ' ἐπιστρέφει γύας; In Hec. 453. glossema πεδία pro γύας habent codd. et edd. pleræque, consentiente Porsono in prima et secunda editione. Hic etiam τὰς γύας nonnulli libri. ELM.

840. ἀρήξετε pro ἀπαμυνεῖτε. *Arcebitis.* Noster Med. 1275. παρέλθω δόμους. ἀρῆξαι φόνον δοκεῖ μοι τέκνοις. Vide ad Œd. T. 892. 893. ELM.

842. Ἀργεῖον Flor. 1. 2. Ἀργείων Ald.

843. λέγοιμ' ἂν ἄλλων Elmsleius, præeunte Valckenario ad Phœn. 826. qui λέγοιμ' ἂν ἄλλου correxerat. Libri λέγοι μὲν ἄλλος.

849. Παλληνίδος] Quæ in vico Atticæ colitur, cui Pallene nomen. ἔστι δὲ, ait Stephanus, καὶ δῆμος Ἀττικὸς τῆς Ἀντιοχίδος φυλῆς, οὕτω λεγόμενος. Παλλήνη, ὁ δημότης Παλληνεύς. Herod. 1, c. 62. ἀπικνέονται ἐπὶ Παλληνίδος Ἀθηναίης ἱρόν. BROD. Ex Herodoto patet vicum hunc inter Athenas et Marathonem situm esse. MUSG. Nomen non Παλλήνη sed Πάλληνον fuisse suspicor ex adverbio Παλλήναδε, cujus loco Βαλλήναδε per jocum dixit Aristoph. Ach. 234. Apud Andocidem de Mysteriis p. 53. pro ἐπὶ Παλληνίῳ malim ἐπὶ Παλλήνῳ. ELM.

851. Huc respicere monet Brodæus Plutarchum adversus Stoicos p. 1057. E. ὁ Εὐριπίδου Ἰόλαος ἐξ ἀδρανοῦς καὶ παρήλικος εὐχῇ τινι νέος καὶ ἰσχυρὸς ἐπὶ τὴν μάχην ἄφνω γέγονεν. ὁ δὲ τῶν Στωϊκῶν σοφὸς, χθὲς μὲν ἦν αἴσχιστος ἅμα καὶ κάκιστος, τήμερον δὲ ἄφνω μεταβέβληκεν εἰς ἀρετὴν, καὶ γέγονεν ἐκ ῥυσσοῦ καὶ ὠχροῦ, καὶ, κατ' Αἰσχύλον, ἐξ ὀσφυαλγοῦς καὶ ὀδυνοσπάδος λυγροῦ γέροντος, εὐπρεπὴς, θεοειδὴς, καλλίμορφος.

854. ἐπὶ Reiskius. Libri ὑπό.

855. σταθέντ'] σταθέντες Flor. 1. 2.

857. ἐκ δυσαιθρίου Musgravius. ἐκδὺς αἰθρίου libri.

859. Ἰόλεως Brodæus, et codices, ut videtur. πόλεως Ald. "ἴσ. Ἰόλεως" Victor.

860. Eurystheum ad Scironides rupes non solum captum, sed etiam interfectum esse narrat Apollodorus 2. 8, 1. cujus verba vice alterius argumenti fabulæ præmisit Barnesius: μεταστάντος δὲ Ἡρακλέους εἰς θεοὺς, οἱ παῖδες αὐτοῦ φυγόντες Εὐρυσθέα, πρὸς Κήϋκα (v. 194.) παρεγένοντο. ὡς δὲ, ἐκείνους ἐκδιδόναι λέγοντος Εὐρυσθέως, καὶ πόλεμον ἀπειλοῦντος, ἐδεδοίκεσαν, Τραχῖνα καταλιπόντες, διὰ τῆς Ἑλλάδος ἔφυγον. διωκόμενοι δὲ, ἦλθον εἰς Ἀθήνας, καὶ καθεσθέντες ἐπὶ τὸν Ἐλέου βωμὸν, ἠξίουν βοηθεῖσθαι. Ἀθηναῖοι δὲ οὐκ ἐκδιδόντες αὐτοὺς, πρὸς τὸν Εὐρυσθέα πόλεμον ὑπέστησαν. καὶ τοὺς μὲν παῖδας αὐτοῦ Ἀλέξανδρον, Ἰφιμέδοντα, Εὐρύβιον, Μέντορα, Περιμήδην, ἀπέκτειναν. αὐτὸν δὲ Εὐρυσθέα φεύγοντα ἐφ' ἅρματος, καὶ πέτρας ἤδη παριππεύοντα Σκειρωνίδας, κτείνει διώξας Ὕλλος. καὶ τὴν μὲν κεφαλὴν ἀποτεμὼν, Ἀλκμήνῃ δίδωσιν· ἡ δὲ κερκίσι τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξώρυξεν αὐτοῦ. Cum Apollodoro consentit Pausanias 1. c. 44. p. 109. a Brodæo ad v. 1026. citatus: Προελθοῦσι δὲ ἐς τὸ πρόσω, μνῆμά ἐστιν Εὐρυσθέως. φεύγοντα δὲ ἐκ τῆς Ἀττικῆς μετὰ τὴν πρὸς Ἡρακλείδας μάχην ἐνταῦθα ἀποθανεῖν αὐτὸν ὑπὸ Ἰολάου λέγουσιν. Latius Atticæ nomen sumsisse videtur Thucydides 1, 9. Εὐ-

ρυσθέως μὲν ἐν τῇ Ἀττικῇ ὑπὸ Ἡρακλειδῶν ἀποθανόντος. Scironidas rupes describit Strabo 9. p. 391. μετὰ δὲ Κρομμυῶνα ὑπέρκειται τῆς ἀκτῆς (male vulgo τῆς Ἀττικῆς) αἱ Σκειρωνίδες πέτραι, πάροδον οὐκ ἀπολείπουσαι πρὸς θαλάττῃ. ὑπὲρ αὐτῶν δ' ἐστὶν ἡ ὁδὸς ἡ ἐπὶ Μεγάρων καὶ τῆς Ἀττικῆς ἀπὸ τοῦ ἰσθμοῦ. οὕτω δὲ σφόδρα πλησιάζει ταῖς πέτραις ἡ ὁδὸς, ὥστε πολλαχοῦ καὶ παράκρημνός ἐστι, διὰ τὸ ὑπερκείμενον ὄρος δύσβατόν τε καὶ ὑψηλόν. ἐνταῦθα δὲ μυθεύεται τὰ περὶ τοῦ Σκείρωνος καὶ τοῦ Πιτυοκάμπτου, τῶν λῃζομένων τὴν λεχθεῖσαν ὀρεινὴν, οὓς καθεῖλε Θησεύς. ἀπὸ δὲ τῶν ἄκρων τούτων καταιγίζοντα σκαιὸν τὸν Ἀργέστην, Σκείρωνα προσηγορεύκασιν Ἀθηναῖοι. Post Strabonis ætatem, viam latiorem et meliorem reddidit Hadrianus Cæsar, teste Pausania p. 107. Τὴν δὲ ὀνομαζομένην ἀπὸ Σκίρωνος [καὶ ἐς τόδε Σκιρώνην] ἡνίκα Μεγαρεῦσιν ἐπολεμάρχει, πρῶτος, ὡς λέγουσιν, ἐποίησεν ἀνδράσιν εὐζώνοις ὁδεύειν. Ἀδριανὸς δὲ ὁ βασιλεὺς καὶ οὕτως, ὡς καὶ ἅρματα ἐναντία ἐλαύνεσθαι, κατέστησεν εὐρυχωρῆ τε καὶ ἐπιτηδείαν εἶναι. Verba καὶ ἐς τόδε Σκιρώνην corrupta sunt. E recentioribus consulendus in primis Wheelerus, *Travels in Greece*, p. 436. Quod ad scripturam vocis attinet, alii Σκείρων et Σκειρωνίδες per diphthongum, alii Σκίρων et Σκιρωνίδες per simplicem vocalem scribunt. De qua re consulendus omnino Tzschuckius ad Strabonem 8. p. 380. cum scriptoribus ab eo indicatis. Ventus ΣΚΙΡΩΝ appellatur in æde octo ventorum Athenis. Quocunque modo scribatur, sine ulla controversia producitur prima syllaba. Egregie fallitur Stephanus Byzantinus, v. Σκίρος, qui locum Atticæ Σκίρον appellatum, ubi celebrabatur festum Σκίρα sive ἐπὶ Σκίρῳ, ad eandem familiam refert cum rupibus Σκειρωνίσι. Σκίρα priorem corripit apud Aristoph. Thesm. 834. Eccl. 18. 59. Sic etiam proculdubio Minerva Σκιρὰς, et fortasse mensis Σκιροφοριών. Vide Herodotum 8. 94. et Strabonem 9. p. 393. cum eorum interpretibus. ELM.

863. πάροιθε Flor. 1. 2. πάροιθεν Ald.

876. ἐμβατεύσετε codices. ἐμβατεύσεσθε Ald.

882. μὴ 'ποτίσασθαι] μὴ ἀποτίσασθαι Ald. Scribendum μἀποτίσασθαι.

884. Corruptum est κρατοῦντα, fortasse in κλαίοντα mutandum, quod conjecit I. C. Orelli in appendice ad Isocr. Antid. p. 390.

886. ἀνάγκῃ Elmsleius. Scribebatur ἀνάγκη.

888. μοι Reiskius. Vulgo μου.

892. μὲν] Respondet δὲ v. 895.

893. εἰνὶ] Scribebatur ἐνὶ. De forma præpos. εἰνί conf. ad Hippol. 734.

δαιτὶ Canterus. δαὶ Ald. Post δαιτὶ comma ponendum.

894. δ'] Scribendum τ' cum Elmsleio.

Post Ἀφροδίτα colon est ponendum.

899. τελεσσιδώτειρ'] τελεσιδώτειρα Par. E.G. Flor. 1. 2. "Analogiæ repugnare videtur hæc vox per Ω scripta. Quamvis enim δωτῆρες ἐάων et δῶτορ ἐάων dixerit Homerus, Attici, ni fallor, in derivatis a δίδωμι semper O adhibent, præterquam in δωσίπυγος, προδωσέταιρος, et similibus, quorum diversa est ratio. Ὀλβοδότειρα legitur in Bacch. 419. ὑπνοδότειρα, in Or. 175." ELM. Vid. Lobeck. ad Phryn. p. 770.

900. Αἰών τε Κρόνου παῖς] *Et Æon Saturni filius.* MUSG. Qui nonnulla de deo Æone collegit. Jovem hic intelligi parum dubito, licet eum ita appellatum alibi non repererim. Sed philosophari videtur noster. Passim conjunguntur Μοῖρα, *fatum*, et Jupiter. Noster El. 1247. τἀντεῦθεν δὲ χρὴ πράσσειν, ἢ μοῖρα Ζεύς τ' ἔκρανε σοῦ πέρι. Adde Soph. Phil. 1466. modo ὁ πανδαμάτωρ δαίμων Jupiter sit. ELM. Recte intellexit Victorius, qui χρόνου adscripsit. Scriptor libri de mundo c. 7. Κρόνου δὲ καὶ χρόνου λέγεται (ὁ Ζεύς) διήκων ἐξ αἰῶνος ἀτέρμονος εἰς ἕτερον αἰῶνα. Cicero de N. D. 2, 25. *Saturnum autem eum esse voluerunt (Græci), qui cursum et conversionem spatiorum ac temporum contineret, qui deus Græce id ipsum nomen habet. Κρόνος enim dicitur qui est idem χρόνος.* Hæc et alia attulit Buttmannus in dissertatione de Saturno in Actis Academiæ Borussicæ a. 1814. p. 166.

αἰὼν] Dei hujus meminit Suidas v. Διαγνώμων, v. Ἐπιφάνιος et v. Ἡράϊσκος. Orpheus ad Musæum v. 28.

Ἄτλαντός τε καὶ Αἰῶνος μέγ' ὑπείροχον ἰσχύν.

Plura vide apud Nonnum, Dion. 6. v. 371. 7. ab initio ad v. 110. 41. v. 179. Q. Calabrum, l. 12. MUSG.

902. Elmslei. metri causa scribendum censet οὐ χρή ποτέ σ' ἀφελ. et τόδ' deest in Flor. 1. In 2 fuerat τοῦδε, sed deletum. Mihi τόδε ad sensum necessarium videtur. Hæc verba διὰ μέσου posita sibi videri, Musgrav. vertendo significavit. Haud dubie sic procedere debebat oratio: ἔχεις ὁδόν τιν', ὦ πόλις, δικαίαν, τὸ τιμᾶν θεούς. sed qui meminerit Græcos sæpissime

ex enunciatione secundaria nectere, quæ ad primariam pertinebant, τιμᾶν θεοὺς potius cum τόδε junget. MATTH. Ipsa numerorum pravitas ostendit interpolatam hujus versus lectionem esse illato glossemate τόδ' ἀφελέσθαι, quum obliterata essent verba poetæ.

903. σε accessit ex Flor. 1. 2.

908. παραιρῶν φρονήματος] *Minuens, partem aliquam ab ea auferens.* Noster Hippol. 1104. λύπας παραιρεῖ. Ubi λύπας genitivus esse videtur. ELM.

911. τεὸς Flor. 1. 2. et MSS. Stephani. Vulgo θεὸς, cui τεὸς superscriptum in Par. E.G.

912. φεύγει] φεύγω Elmsleius, recte, ut videtur.

914. δαισθεὶς Elmsleius. Scribebatur δαϊσθείς.

δαισθεὶς] In monte Œta, ubi incensus Hercules periit: de qua re vide præter Apollodor. Biblioth. 2. c. 7. §. 7. Sophoclis Trachinias et Senecæ Herculem Œtæum. BARN.

915. ἐρατὸν] ἐραστὸν Flor. 1. 2.

χροΐζει] Hesychius: Χροϊζόμενον. λαμπρυνόμενον. Scilicet χροιὰν, *colorem*, et χρόα, *cutem*, confuderunt grammatici. *Contrectat* recte Musgravius. Usitatiorem formam χρῴζειν habent noster Phœn. 1619. Med. 497. Ad Hesychii glossam allegatur a Jensio Theocritus 10. 18. μάντις τοι τὰν νύκτα χροΐζεται ἁ καλαμαία. Schol. γράφεται καὶ χροϊξεῖται, ἀντὶ τοῦ συγχρωτισθήσεται καὶ συγκοιμηθήσεται. ELM.

919. συμφέρεται τὰ πολλὰ πολλοῖς dictum accipio pro πολλὰ πολλοῖς συμφέρεται τὰ πολλὰ, *multa multis plerumque congruunt, similia accidunt.* ut sit sententia generalis. MATTH.

920. Minerva apud Homerum Il. Θ. 362. monente Barnesio: οὐδέ τι τῶν μέμνηται, ὅ οἱ μάλα πολλάκις υἱὸν τειρόμενον σώεσκον ὑπ' Εὐρυσθῆος ἀέθλων. Pausanias 5. c. 17. p. 421. τὴν ὕδραν δὲ, τὸ ἐν τῷ ποταμῷ τῇ Ἀμυμώνῃ θηρίον, Ἡρακλεῖ τοξεύοντι Ἀθηνᾶ παρέστηκεν. Idem 6. c. 19. p. 500. a Brodæo citatus: Ζεὺς δὲ ἐνταῦθα καὶ ἡ Δηϊάνειρα καὶ Ἀχελῷος καὶ Ἡρακλῆς ἐστιν, Ἄρης τε τῷ Ἀχελώῳ βοηθῶν. εἱστήκει δὲ καὶ Ἀθηνᾶς ἄγαλμα, ἅτε οὖσα τῷ Ἡρακλεῖ σύμμαχος. Et c. 25. p. 516. Ἡρακλεῖ στρατιὰν ἄγοντι ἐπὶ Πύλον τὴν ἐν τῇ Ἤλιδι, παρεῖναί οἱ καὶ Ἀθηνᾶν σύνεργον λέγουσι. ELM.

923. ἔσωσε κείνας Victor. ἔσωσ' ἐκείνας Ald.

924. ἔσχεν δ' ὕβριν Heathius. Libri ἔσχε δ' ὕβρεις.

925. πρὸς δίκας Flor. 1. pro πρὸ δίκας, quod Blomfield. ex-

plicat, *cui iræ explendæ facultas pluris erat, quam justitia,* ut apud Plat. Crit. 16. (p. 543.) μήτε παῖδας περὶ πλείονος ποιοῦ, μήτε τὸ ζῆν μήτ' ἄλλο μηδὲν πρὸ τοῦ δικαίου. Hic si sensus est, pro βιαίως, pro quo in Par. G. est βίαιον, cum Musgravio legere malim βίαιος. MATTH. Scribendum βίαιος.

930. τῷδε Canterus. τῶνδε libri.

932. Ald. πολυπόνων σὺν ἀσπίσιν. Hermann. πολυπόνῳ σὺν ἀσπίδι. ἀσπίδα, ubi *exercitum* significet, singulare fere adhiberi, ostendit Elmslei. πολύπονος ἀσπὶς autem *ad labores pugnæ tolerandos aptum.* MATTH.

933. μείζω τῆς δίκης, quod hic non male legi posse dicit Elmsl. est in Flor. 1. 2. Sed vulgatam præfero. MATTH.

935. Ald. καὶ μετέστησε τύχας. τύχαν MSS. Steph. τύχη Flor. 1. τύχην Par. E.G. Flor. 2. *et sortem ejus immutavit.* MATTH.

937. ἵστασαν, *statuebant.* Legebatur ἔστασαν. Solenne librariorum vitium est ἔστασαν pro ἔστασαν, *stabant,* quod nostro loco non convenit. *Statuerunt* omnes interpretes, quod Græce dicitur ἔστησαν. Legendum ἱστάναι pro ἑστάναι apud Aristoph. Eq. 268. ELM.

941. ὦ μῖσος, ἥκεις. εἶλέ σ' ἡ δίκη χρόνῳ;] Ita sine interrogatione hæc legi possunt, et fortasse rectius. ὦ μῖσος supra v. 52. ELM.

943. ἐναντίον Elmsleius. Legebatur ἐναντίους.

946. τὸν ὄνθ' ὅπου 'στι νῦν non est, ut Elmslei. explicat, τὸν οὐκέτ' ὄντα νῦν, sed τὸν ὅπου δήποτε νῦν ὄντα, *filium meum ubicunque nunc sit.* Quod qui dicit, hoc ipso significat, eum abesse, et fortasse mortuum. Quæ locutio comparari potest cum ἔπλευσ' ὅπως ἔπλευσα Orest. 79. similibusque. MATTH.

948. καθυβρίσαι Par. G. Flor. 1. 2. ἐφυβρίσαι Ald.

949. Ἅιδην] ᾄδῃ Flor. 1. 2.

957. εὕρες] Scribendum ηὕρες.

959. χρὴ] χρῆν Reiskius, frustra.

961. Recte monet Tyrwhittus personarum nomina ab hoc versu ad v. 974. mendosa esse omnia. Et Barnesius quidem vidit quæ nuntio in editis tribuuntur, ad Alcmenam pertinere. Illud primus animadvertit Tyrwhittus, ad nuntium pertinere ea quibus chori persona præfigitur. Ostendit hoc v. 967. ubi Alcmena alterum interlocutorem rogat, an Hyllus principum Atticorum sententiam æquo animo tulisset; id quod chorus æque

ac Alcmena ignorare debuit. Ostendit etiam v. 1018. ubi chorus non nisi venia ab Alcmena impetrata sententiam suam profert, quod ridiculum esset, si prius de eadem re inter se collocuti essent. MUSG.

968. *οἶμαι*] Ironice dictum.

969. *μηδὲ φάος* (recte *φῶς* L. Dindorfius) *ὁρᾶν ἔτι* Musgravius. Libri *μηδ' ὁρᾶν φάος ἔτι.*

670. *τότ' ἠδικήθη*] Vid. quæ ad Aristoph. Av. 1221. dixi.

973. *ἔγωγε καὶ τί φημὶ κἂν μεῖναι τινά* libri. Emendavit Tyrwhittus.

978. *θέλῃ* Flor. 1. 2. *θέλοι* Ald.

983. *θωπεύσοντα* Flor. 2. *θωπεύσαντα* Ald.

985. *ὀφλεῖν* Elmsleius. Libri *ὄφλειν.*

987. *ἤδη* Schæferus. Libri *ἤδη.*

αὐτανέψιος] Ab utraque parte *ἀνέψιοι* erant Eurystheus et Alcmena. Utriusque enim avus paternus fuit Perseus, maternus Pelops. Persei filios fuisse Sthenelum Eurysthei patrem et Electryonem Alcmenæ patrem nemini ignotum est. Alcmenæ matrem Pelopis filiam appellat noster supra v. 212. Eurysthei quoque matrem Pelopis filiam fuisse constat ex Thucydide 1, 9. ubi Pelopis filius Atreus Eurysthei avunculus (*μητρὸς ἀδελφὸς*) vocatur. ELM.

988. *Ἡρακλέει* Elmsleius. Libri *Ἡρακλεῖ.*

995. *διώσας* Flor. 1. 2. *δῃώσας* Ald.

1002. *πάντα κινῆσαι πέτρον*] Hesychius: *πάντα κινήσας πτερόν* (sic cod.). *παροιμία.* Idem: *πάντα λίθον κινεῖν. παροιμία ἧς μέμνηται Ἀρίσταρχος. ὅτε γὰρ Ξέρξης ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας ἐστράτευσεν, ἡττηθεὶς περὶ Σαλαμῖνα.* Desunt cetera, quæ tamen apud Zenobium 5. 63. legi possunt. Photius a Musgravio allegatus: *πάντα λίθον κινεῖν. Πολυκράτει τῷ Θηβαίῳ χρησμὸς ἐξέπεσε, πριαμένῳ τόπον ἔνθα Μαρδόνιος ἐσκήνωσεν, ὅτε Πέρσαι ἔφυγον, εὑρεῖν χρυσόν. οἱ δὲ εἰρῆσθαι φασὶν ἀπὸ τῶν τοὺς καρκίνους θηρευόντων.* Quæ quidem interpretatio alteri de Mardonio præstare videtur. Quoties enim proverbium, *To leave no stone unturned*, in ore hominum audivi, qui Mardonii nomen ne fando quidem audissent? ELM.

1003. *κτείνοντα*] *Interficere conantem*, ut alibi passim. Vide Soph. Œd. C. 993. Eurip. Phœn. 1595. Androm. 811. Iph. T. 27. Ion. 1224. 1286. (ex emendatione Duporti) 1300. 1308. 1326. 1328. 1408. 1544. Quam significationem non agnoscit

Teucer apud Soph. Aj. 1126. ΜΕ. δίκαια γὰρ τόνδ' εὐτυχεῖν, κτείναντά με; ΤΕΥ. κτείναντα; δεινόν γ εἶπας, εἰ καὶ ζῆς θανών. κτείνοντα dicere debebat Menelaus. Aoristus enim ejusque participium hanc significationem respuunt. Corrigendus igitur noster Ion. 1291. ἔκτεινα δ' ὄντα πολέμιον δόμοις ἐμοῖς. Malim, ἔκτεινον ὄντα. ἀπωλλύτην Soph. Œd. T. 1454. ubi consulendus Brunckius. ἀπώλλυ Plato Menexeno p. 244. E. ᾖρει πόλιν Æsch. Theb. 1027. ELM.

1004. τἄμ' ἐγίγνετ' Musgravius. τἀμὰ γίγνετ' Ald. τὰ μὲν γένετ' Flor. 1.

1005—1008. Simili argumento sævitiam suam defendit Menelaus Androm. 669. κἀκεῖνό νυν ἄθρησον, εἰ σὺ παῖδα σὴν δοὺς τῷ πολιτῶν, εἶτ' ἔπασχε τοιάδε, σιγῇ κάθησ' ἄν; οὐ δοκῶ. Ubi verba οὐ δοκῶ idem significant quod οὔτιν' ἂν πίθοις. ELM.

1005. ἂν λαβοῦσα Reiskius. Libri ἀναλαβοῦσα.

1006. ἐχθροῦ λέοντος δυσμενῆ βλαστήματα] Hujus versus parodia esse videtur quod dixit Aristoph. Vesp. 1160. ἐχθρῶν παρ' ἀνδρῶν δυσμενῆ καττύματα. ubi Euripidis versum comparavit Berglerus.

δυσμενῆ MSS. Stephani. δυσγενῆ Ald.

1011. κατθανών] Scribendum κατθανεῖν cum Elmsleio. In fine versus colon ponatur.

1014. ἃ Hermannus præfat. ad Bacch. p. XLIII. Libri πρὸς ἃ.

ἃ γ' εἶπας non ipsa verba, quibus usa erat Alcmena, significat, sed universam ejus sententiam verbis expressam, seu summam orationis, quæ in conviciis ingerendis Eurystheo posita erat. Hæc igitur convicia vicissim in Alcmenam confert Eurystheus.—Sequentium hic sensus mihi esse videtur; *ex his* quæ vicissim in te congessi, *me et supplicem*, qui mortem deprecetur, *et fortem*, qui mortem contemnat, *dicere licet*. καλεῖν τὸν προστρόπαιον, ut supra 973. πρὸς ταῦτα τὴν θρασεῖαν λέξει. ΜΑΤΤΗ.

1016. ἔχει] ἔχεις Flor. 1. 2.

1017. ἀχθοίμην Flor. 1. 2. et MSS. Stephani. ἀχθοίην Ald.

1018. Χο. ἢ ἄγγ. præfixum in Par. E. Vict.

σμικρὸν Flor. 1. 2. μικρὸν Ald.

1020. ἢν Elmsleius. ἂν libri.

πειθώμεθα] Scribendum πιθώμεθα cum Elmsleio.

1022. ἐγὼ] κἀγὼ Flor. 1.

1024. σῶμ'] Intelligendum διδόναι. MATTH.

1026. τὴν δὲ δὴ πόλιν] τήνδε δὴ πτόλιν Ald. Scribendum τήνδε δὲ πτόλιν cum Elmsleio. "Noster Med. 313. νυμφεύετ', εὖ πράσσοισθε. τὴν δὲ δὴ χθόνα ἐᾶτέ μ' οἰκεῖν. Ita Aldus. Recte Lascaris, et ex eo Porsonus, τήνδε δὲ χθόνα. Præter ἀνὰ πτόλιν, et similia, quæ passim occurrunt, haud raro senarium claudunt πτόλις et πτόλιν. Eurip. Hec. 767. ποῦ δ' ὢν ἐτύγχαν', ἡνίκ' ὤλλυτο πτόλις. Ibid. 1209. Τροία, πέριξ δὲ πύργος εἶχ' ἔτι πτόλιν." ELM.

1027. κατηδέσθη κτανεῖν] *Religioni habuit interficere.* Noster Ion. 179. κτείνειν δ' ὑμᾶς αἰδοῦμαι, τοὺς θεῶν ἀγγέλλοντας φήμας θνατοῖς. Æsch. Choeph. 899. Πυλάδη, τί δράσω; μητέρ' αἰδεσθῶ κτανεῖν; Pers. 811. οἳ γῆν μολόντες Ἑλλάδ', οὐ θεῶν βρέτη ᾐδοῦντο συλᾶν, οὐδὲ πιμπράναι νεώς. ELM.

1029. μεῖζον] μείζον' Ald. quod revocandum.

1031. δίας Flor. 1. 2. δίκας Ald.

Hesychius: Παρθένου Παλληνίδος. [ἱέρεια] Ἀθηνᾶς. Delendum ἱέρεια ex grammatici stupore natum. De sepultura Eurysthei audiendus Strabo 8. p. 377. a Brodæo ad v. 929. allegatus: Εὐρυσθεὺς μὲν οὖν στρατεύσας εἰς Μαραθῶνα ἐπὶ τοὺς Ἡρακλέους παῖδας καὶ Ἰόλαον, βοηθησάντων Ἀθηναίων, ἱστορεῖται πεσεῖν ἐν τῇ μάχῃ. καὶ τὸ μὲν ἄλλο σῶμα Γαργηττοῖ ταφῆναι, τὴν δὲ κεφαλὴν χωρὶς ἐν Τρικορύθῳ (vulgo ἐν τῇ Κορίνθῳ), ἀποκόψαντος αὐτὴν Ἰολάου περὶ τὴν κρήνην τὴν Μακαρίαν, ὑπὸ ἁμαξιτόν. καὶ ὁ τόπος καλεῖται Εὐρυσθέως κεφαλή. De Tricorytho, Atticæ pago Marathoni vicino, vide ad v. 81. Plura de morte Eurysthei dedi ad v. 860. ELM.

1033. ἀεὶ Flor. 1. 2. αἰεὶ Ald.

1035. ὅταν μόλωσι δεῦρο] Quod fecerunt Lacedæmonii, Heraclidarum posteri, plus semel belli Peloponnesiaci tempore. MUSG.

1038. χρησμὸν ἠρόμην θεοῦ Ald. χρ. ᾐρούμην MSS. Steph. χρ. ᾐδούμην legendum conj. Musgrav. αἰδεῖσθαι est *revereri, et propter reverentiam obtemperare.* MATTH. Insolens locutio χρησμὸν αἰδεῖσθαι, pro χρησμοῦ ἐντρέπεσθαι. Ita tamen scripsisse videtur poeta. Æsch. Agam. 946. μή νυν τὸν ἀνθρώπειον αἰδεσθῇς ψόγον. Suppl. 487. ὅμως δ' ἀνάγκη Ζηνὸς αἰδεῖσθαι κότον ἱκτῆρος. ὕψιστος γὰρ ἐν βροτοῖς φόβος. ELM.

1039. νομίζων Barnesius. νομίζω Ald.

κρείσσω Flor. 1. 2. μείζω Ald.

1040. μήτε μοι χοάς] Supplendum δῷς, σπείσῃς aut aliquid ejusmodi. Nam χοὰς ἐὰν στάξαι nemo unquam dixit. ELM.

1041. μήθ' αἷμ'] Respicit ad superstitionem, qua puellas vel pueros deo vel heroi immolabant ad iram ejus avertendam, ut Polyxenam Achilli. MATTH.

τάφον Heathius. Libri τόπον.

1046. ὑμῶν Par. E.G. ἡμῶν Ald.

1049. ἀνὴρ] Libri ἀνήρ.

1053. Recte se habet ταῦτα. Aristoph. Eccles. 658. κἀγὼ ταύτην γνώμην ἐθέμην. Unde legendum apud Soph. Phil. 1448. Κἀγὼ γνώμην ταύτην τίθεμαι. ELM. Scribendum ταὐτά cum Heathio. Aliena sunt exempla quibus utitur Elmsleius in quibus non μοι, sed κἀμοὶ dictum est.

HELENA.

FABULAM, quam in hac tragœdia sibi tractandam sumsit Euripides, a sacerdotibus Ægyptiis se accepisse scribit Herodotus 2, 112—120. Narrat autem, Paridem cum Helena rapta tempestate in Ægyptum delatum, ibi vero comprehensum et ad Proteum regem adductum Helenam et quas cum illa rapuisset opes, apud regem relinquere coactum esse, ipsum Trojam rediisse. Græcos vero Trojam oppugnasse, quamvis negantibus Trojanis Helenam apud se esse, capta demum urbe, errorem suum agnovisse. Alii a Stesichoro hoc inventum esse narrant, ut Plato Rep. 9. p. 586. C. *καὶ περιμαχήτους εἶναι, ὥσπερ τὸ τῆς Ἑλένης εἴδωλον ὑπὸ τῶν ἐν Τροίᾳ Στησίχορος φησὶ γενέσθαι περιμάχητον ἀγνοίᾳ τοῦ ἀληθοῦς.* Aristid. vol. 2. p. 54. *ἀλλ' ὥσπερ τῶν ποιητῶν φασὶ τινὲς τὸν Ἀλέξανδρον τῆς Ἑλένης τὸ εἴδωλον, αὐτὴν δὲ οὐ δυνηθῆναι,* ubi schol. *εἰς Στησίχορον αἰνίττεται. λέγει γὰρ ἐκεῖνος, ὅτι ἐλθὼν ὁ Ἀλέξανδρος ἐπὶ ταύτης τῆς νήσου τῆς Φάρου ἀφῃρέθη παρὰ τοῦ Πρωτέως τὴν Ἑλένην καὶ εἴδωλον αὐτῆς ἐδέξατο.* Vid. Stesich. fr. apud Fulv. Ursinum p. 86. ap. Blomfield. p. 263. Ex Anticlide Eustath. ad Il. δ'. p. 173. narrat, Helenam apud Proteum in Pharo insula asservatam esse, nihil de Menelai in Ægyptum adventu; idem ad Il. γ' p. 301. ea repetit, quæ Herod. l. c. c. 120. tradiderat. Ex Herodoto sua sumsisse videtur etiam Philostratus vit. Apoll. 4, 16. p. 153 sq. Heroic. 20. p. 693. Euripidem autem sequi Sext. Empir. 7. §. 181. 255. Simili commento Ovid. Fast. 3, 702. de Cæsare: *Quæ cecidit ferro, Cæsaris* umbra *fuit.* MATTH. De tempore hujus fabulæ testem habemus scholiastam ad Aristoph. Thesm. 1012. qui in eadem cum Andromeda tetralogia fuisse annotavit. Andromedam autem actam esse constat olymp. 91. 4. de quo vid. Clinton. Fast. Hell. vol. 2. p. 77.—Conjecturas de quibusdam hujus fabulæ locis A. Seidlerus a. 1835. amice mecum communicavit: quas suis locis commemoravi.

1. 2. His versibus aliisque nonnullis ex prologo versibus utitur Aristoph. Thesm. 855. seqq., tribus primis Aristides vol. 2. p. 334. et scriptor de incremento Nili, quod fragmentum Athenæi libro secundo est subjectum, primo et tertio scholiasta Apoll. Rh. 4, 269.

1. καλλιπάρθενοι ῥοαὶ dubitatum ab interpretibus est quo sensu dictæ sint ab Euripide. Pulcras et puras aquas qui intellexerunt, non cogitarunt Nilum quo tempore arva irriget Ægypti, fluere lutulentum. Ab hac igitur parte Hermanni præstat interpretatio, qui aquas intelligit nullius cum alius fluvii aquis commixtas. Sed recte Lobeckius in Paralipom. gramm. Gr. p. 372. καλλιπαρθένους dici censet ob inhabitantes Nymphas. καλλιπάρθενος ῥοή scriptum apud schol. Apoll. Rh.

2. ψακάδος] Scribebatur ψεκάδος. Correctum ex Aristophane, Aristide, Athenæo.

3. ὑγραίνει] ἀρδεύει Aristides, memoriæ vitio, fortasse ex Æsch. Prom. 850. ὅσην πλατύρρους Νεῖλος ἀρδεύει χθόνα. quem locum Jacobsius contulit.

γύας] Libri γυίας. γύας negligentius adjectum quasi non præcessisset πέδον. Sic πόλιν adjectum Herc. f. v. 946. post τὰ Κυκλώπων βάθρα v. 944.

5. Φάρον μὲν οἰκῶν νῆσον] Hæc ab Homero sumsit Euripides. Vid. Odyss. Δ, v. 354. νῆσος ἔπειτά τις ἐστὶ πολυκλύστῳ ἐνὶ πόντῳ Αἰγύπτου προπάροιθε· Φάρον δέ ἑ κικλήσκουσι, etc. Hic Ægyptii reges quondam habitasse dicuntur. BARN.

7. Αἰόλου libri. Legendum Αἰακοῦ, cui invita concubuit Psamathe, Nerei filia, teste Apollodoro 3. c. 11. confer Hesiod. Theog. v. 1004. Pindar. Nem. 5. Epod. 1. De Æolo, qui Enareten matrimonio duxit (Apollod. 1. c. 7.) nihil tale traditur. MUSG.

9. Θεοκλύμενον] Θεοκλύμενον μὲν Scaliger, numeris melioribus.

ὅτι δὴ] Id est οὕτω καλούμενον, ὅτι δὴ—ut recte interpretatur Pflugkius.

11. εἶδος] Nomen puellæ omitti non debebat, quum pueri memoratum esset, et additum sit, quo nomine illa appellata esset adulta. Itaque Musgrav. versum post v. 11. intercidisse suspicabatur, ut κεκλημένην πρὸς πατρὸς Εἰδοθέαν ἀεί. Sed nec εὐγενὴς εἶδος usquam legitur, quamvis εὐγενὴς δέρη, εὐγενὴς

παρηΐς, εὐγενὲς πρόσωπον dicantur. *Εἰδώ* diminutivum ab *Εἰδοθέα* ductum commemorant Etymol. M. p. 264, 7. 505, 34. 760, 54. Etym. Gud. p. 316, 31. 531, 26. Hoc itaque non dubitavi reponere, diminutivo locum esse ratus propter adjuncta *τὸ μητρὸς ἀγλαΐσμ', ὅτ' ἦν βρέφος*. MATTH. Recte corrigit Matthiæ.

12. *ὡραίαν* recte Musgr. pro *ὡραίων*. *ἥβη ὡραία γάμων* est *ὥραν ἔχουσα γάμων*. vid. Herod. 1, 107. 196. Xenoph. Cyr. 4, 6, 9. MATTH.

16. *ἡμῖν*] *ἐμοὶ* Aristoph. Thesm. 859. Quod nihil caussæ est cur vulgatæ præferatur scripturæ, quum alia quoque nonnulla ex hac fabula minus accurate repetiverit Aristophanes, velut v. 461.

20. *ὑπ' αἰετοῦ*] Musgr. conj. *ἀπ' αἰετοῦ*. Mihi si hoc in codd. et edd. legeretur, scribendum videretur *ὑπ' αἰετοῦ*. nam ubi is nominatur, a quo vel per quem actio perficitur, quam verbum declarat, hæc ratio præpositione *ὑπό* exprimitur, ut *Τρῶες Ἀρηϊφίλων ὑπ' Ἀχαιῶν Ἴλιον εἰσανέβησαν* Il. *ρ*, 319. 336. *ἀπό* autem remotionem tantum significat. Hic autem duæ locutiones in unam conflatæ videntur, *φεύγων δίωγμα αἰετοῦ*, et *φεύγων ὑπ' αἰετοῦ*. MATTH.

34. *ὕπο*] Scribendum *ἄπο* cum Reiskio.

35. *τυράννου*] Recte Hermannus *τυράννῳ* corrigere videtur collato Alc. 1153. *Σθενέλου τυράννῳ παιδί*.

36. *κενὴν δόκησιν*] Vid. ad Alcest. 353.

40. Quæ hic et Orest. 1636. de Jovis et deorum consilio tradit Euripides e Stasini Cypriis sumsit. vid. schol. min. ad Il. *α'*, 5. MATTH.

42. *προὐτέθην* Musgravius. Libri *προὐθέμην*.

48. *Μενέλεω*] Scribendum *Μενέλεῳ* cum Porto.

57. *κλεινὸν*] Recte *μ'* addit Hermannus.

58. *γνόντος*] Scil. *αὐτοῦ*, pro *σὺν ἀνδρὶ γνόντι*. Vid. Schæf. ad L. Bos. p. 51. et Gramm. §. 561 b. MATTH.

59. *ἵνα μὴ λέκτρ' ὑποστρ. τ.* cum *θεοῦ τόδ' εἰσήκουσ' ἔπος Ἑρμοῦ* jungendum recte monuit Musgr. Poterat etiam scribi *ἵνα μὴ λέκτρ' ὑποστρώσαιμί τῳ*, sed hoc esset, ne *aliquando, si tempus ita ferret*, alicui nuberem, et de re, quæ fieri posset, valeret; nunc *ἵνα μὴ ὑποστρώσω τινι* dicit, quia hoc ipso tempore in eo discrimine est, ut Theoclymeno nubere cogatur. MATTH.

61. ἄσυλος ἦν γάμων i. e. οὐκ ἐσυλώμην τοὺς γάμους, vel οἱ ἐμοὶ γάμοι οὐκ ἐσυλῶντο. MATTH.

64. προσπίτνω] Scribebatur προσπιτνῶ.

69. Ordo verborum hic est: οἶκος ἄξιός (ἐστι) προσεικάσαι Πλούτου εἶναι. In his προσεικάσαι dictum pro προσεικασθῆναι. Soph. O.T. 777. τύχη θαυμάσαι ἀξία. PFLUGK.

74. μίμημ' MSS. Stephani. μίσημ' Ald.

76. πόδ' T. Faber. Libri ποτ'.

πέτρῳ] Sagitta potius quam lapide Teucrum uti decet sagittandi arte nobilitatum. Quod sensit Elmsleius qui πτερῷ recte correxit ad Iph. T. 646.

77. ἀπόλαυσιν Reiskius. Libri ἀπώλλυσ' (ἀπώλεσ' Par. E.) ἴν'.

79. τί δ', ὦ ταλαίπωρ', ὅστις ὢν μ' ἀπεστράφης] Id est τί δέ μ' ἀπεστράφης, ὅστις ὤν (sc. ἀπεστράφης). Pronomine ὅστις similiter utitur Aristoph. Ran. 39. τίς τὴν θύραν ἐπάταξεν; ὡς κενταυρικῶς ἐνήλαθ' ὅστις.

85. οὔ τἄρα] Legebatur οὐκ ἄρα. οὔτ' ἄρα Flor. 1. et a m. pr. Flor. 2.

86. ἀτὰρ τίς εἶ; πόθεν; τίνος; ἐξαυδᾶν σε χρή;] Corrigendum ἀτὰρ τίς εἶ, πόθεν, τίνος σ' αὐδᾶν χρεών; Quæ scriptura quum proclivi errore in τίνος αὐδᾶν χρή esset corrupta, interpolatum ab librario est τίνος ἐξαυδᾶν σε χρή. Simili de caussa ἔπεμπε in ἐξέπεμπε mutatum est a correctore metrico Iph. T. 335. Cum triplici autem interrogatione illa τίς—πόθεν—τίνος comparandus est versus Homericus, τίς, πόθεν εἶς ἀνδρῶν; πόθι τοι πόλις ἠδὲ τοκῆες;

89. τούσδ' Elmsleius ad Heracl. 839. Libri τάσδ'.

97. σωφρονῶν] εὖ φρονῶν Hermannus.

99. μνηστὴρ—Ἑλένης] Non commemoratur in catalogo procorum Helenæ, quem dedit Apollodorus, 3. c. 9. Sed de hoc non constans erat mythologorum traditio. vid. Pausan. 3, 24. MUSG.

100. ὅδ' Portus. δ' libri.

112. Septimo a Troja capta anno Menelaum ad Ægyptum appulisse fecit Euripides, quia Homerus eum octavo anno Spartam venisse dixit Odyss. Δ, 81. ἦ γὰρ πολλὰ παθὼν καὶ πόλλ' ἐπαληθεὶς | ἠγαγόμην ἐν νηυσὶ καὶ ὀγδοάτῳ ἔτει ἦλθον. HERM.

115. Σπαρτιάτην Flor. 1. 2.

122. Epicharmium illud *νοῦς ὁρᾷ καὶ νοῦς ἀκούει*, de quo vid. Heindorf. ad Platon. Phædon. §. 25, alii sententiæ accommodavit Euripides. Nam hoc dicere vult, Teucrum Helenæ speciem, quam olim vidisset oculis, nunc etiam mente tenere et quodammodo adspicere. PFLUGK. Probabilius est quod Dobræo scribendum videbatur *ἦ νῦν σ' ὁρῶ* vel *ὡς νῦν σ' ὁρῶ*.

124. *Ἄργει*] Addendum γ', quod vidit Musgravius.

125. *οἷς*] Se ipsam dicit, usitata tragicis in hujusmodi locis ambiguitate.

127. *αὐτὸς*] *αὐτὸς* libri.

130. *περῶσι* si dativo casu dictum est, ad v. 127. erit referendum *οὐ πᾶσι πορθμὸς αὐτὸς Ἀργείοισιν ἦν*. Sed potest etiam pro tertia persona verbi accipi.

131. *Μενέλεων* Barnesius. Libri *Μενέλαον*.

οἶδ'] *εἶδ'* Flor. 1. 2.

135. *ἦ που* Victorius. Libri *οὔπω*. Recte, quamvis dubitanter, *οὔ που* corrigit Dobræus: quo sensu plerumque *οὔ τί που* dicitur. Sed *οὔ που* legitur Iphig. A. 670. ubi Marklandus tria indicavit exempla, Hel. 575. 600. 791. quibus adde Iph. T. 930. Herc. f. 1101. 1173. Electr. 235. 630. quibus in locis ipsis quoque *ἦ που* vel *οὔπω* ab librariis est interpolatum.

138. *λόγῳ* Schæferus Melet. p. 16. Libri *λόγοι*.

1150. τὸ θεῶν] τό τοι θεῶν Hermannus.

1152. κτᾶσθ' ἐν δορὸς ἀλκαίου λόγχαισιν editio Matthiæ. Libri κτᾶσθε, δορὸς ἀλκαίου λόγχαισι. Scribendum cum Hermanno κτᾶσθε δορὸς ἀλκαίου τε λόγχαις.

1154. πόνους θνατῶν] Scribendum πόθους θανάτων cum Seidlero.

ἀμαθῶς Musgravius. Libri ἀπαθῶς.

1155. κρινεῖ Heathius. Vulgo κρίνει.

1158. αἳ—ἔλιπον θαλάμους] ἃ—ἔπελεν θαλάμοις Hermannus, qui ipse monet imperfecti ἔπελον exempla apud tragicos nulla esse. Scribendum videtur ἃ—ἔτυχεν. ἃ pluralis numeri est. Dobræo scribendum videbatur ᾗ (*contentione*)—ἔριπον. ἔριπον jam Duportus conjecerat. Sed aoristi hujus transitiva significatione dicti auctores desideramus.

1162. φλογμὸς Par. G. (et reliqui, ut opinor, codices) et MSS. Stephani. φλογερὸς Ald.

1163. Ald. ἐπὶ πάθεα πάθεσι φέρεις. Sic etiam Flor. 1. 2. sed ἐπὶ δὲ π. φέρουσ' pro φέρεις Canter. ex MSS. Stephani, et sic Par. E.G. MATTH.

1164. ἀθλίοις suspectum est, quum versus modulum excedat.

Pro Ἰλίοις est αἰλίνοις in Flor. 2. supra quod tamen alia m. scripsit Ἰλίοις. Hinc ἀθλίοις e var. lect. ad Ἰλίοις adscripta ortum suspicor. MATTH. Mihi totus versus ad explendam lacunam ab librario confictus videtur.

1168. προσεννέπει] Nescio an scripserit προσεννέπω. HERM.

1176. Ald. ἤν γε συλληφθῇ μόνον. Sed Par. E. Flor. 1. 2. ἤν γε δὴ ληφθῇ μόνον. Par. G. ἤν γε ληφθῇ μόνον.

1178. εὕρηκα] Scribendum ηὕρηκα.

1182. πόνον Flor. 1. 2.

1198. πῶς] Scribendum πῶς δ'. Hermanno et propter δὲ omissum et propter violatam στιχομυθίαν ante hæc verba versus unus Helenæ excidisse videbatur. Quæ parum certa sunt argumenta, quum δὲ facile excidere, στιχομυθία autem a poeta violari potuerit, ut in Bacch. 1270. 1271. Accedit quod Helenæ quoque duo sunt versus 1193. 1194.

1201. Hoc dicit, *utinam venerit, sic ut ego venisse cupio.* Id ipsa de Menelao cogitans, Theoclymenum sic vult accipere quasi optaret perisse illum in mari, qui ei mortem mariti nunciatum venisset. HERM.

1205. μὲν Flor. 1. 2. μοι Ald.

1206. ἀνὴρ] Libri ἀνήρ.

1209. οἰκτρότατον ὑγροῖς ἐν L. Dindorfii editio ex conjectura Scaligeri: quod defendi potest intellecto θάνατον mutataque verbi θνήσκειν constructione. Sed probabilior Tyrwhitti emendatio est οἰκτρότατ' ἐν ὑγροῖσι, quod οἰκτρόταθ', ὑγροῖσιν ἐν potius scribere debebat: de quo admonuit Hermannus.

1210. Interrogandi signum post ποῦ delevit Matthiæ.

1212. κοινῶν πλάταις Flor. 2.

1216. Quum in eo esse videretur Helena, ut denuo in questus erumperet, Theoclymenus, Mitte querelas, inquit: periit enim, nec lamentis tuis eum ex inferis excitabis. Tum ad interrogandum redit. MATTH.

1218. ποῦ δή Scaliger pro ποῦ δέ.

1220. ὡς addidit Scaliger.

1223. Post ἄθαπτον signum interrogandi posuit typotheta. Debebat colon.

1224. ἔταμες] Scribendum ἔτεμες.

1225. ὅς ποτ' ἐστίν] Ego ὥσπερ ἐστίν scripsi. Theoclymenum hoc ad inferos referre vult, ipsa sepulcrum, sub quo sedet Menelaus, in mente habet. HERM. οἷς Musgravius.

1227. *Verene*, ait Theoclymenus, *hæc calamitas deploratur et ex animi sententia, an narratio tua luctusque confictus est?* Cui quæstioni inepte respondet Helena, si genuina est vulgata lectio:

ἐν εὐμαρεῖ γοῦν σὴν κασιγνήτην θανεῖν;

quæ præterea nullo modo possunt habere eum sensum, quem Latinus interpres iis tribuit: *An vero leviter ferres tuæ sororis mortem?* Mihi igitur Helena Theoclymeni suspicionibus ita videtur occurrere, ut dicat:

ἐν εὐμαρεῖ γοῦν σὴν κασιγνήτην λαθεῖν;

Num tam facile esse censes, sororem tuam fallere? Quo nihil est ad sensum accommodatius. Nisi enim Theonoë cum Helena ad Theoclymenum decipiendum conspirasset, nunquam sperare poterat fore, ut dolus, quem parabat, fatidicam mulierem lateret. Recte igitur Helena a rege quærit, cur se fraudem struere suspicaretur, quæ non fieri posset, ut Theonoën lateret. Quæ quæstio est ejusmodi, ut ad animum ejus fallendum, nihil efficacius dici cogitarique possit. JACOBS.

1230. εἶ σὺ Elmsleius ad Aristoph. Ach. 788. Vulgo ἐσσί.

1232. χρόνια] Recte χρονία Barnesius.

1233. λαθώμεθα Elmsleius ad Soph. Œd. C. 11. Legebatur λαθοίμεθα.

1235. τέμωμεν] χέωμεν Par. E.: sed in marg. τέμωμεν.

1240. τίς] τί Flor. 1. 2.

1243. πέπλων Scaliger. Libri πέπλοις.

1244. κτέριζ'] κτένιζ' Flor. 1.

1257. ἀρκέσει—διδῷς Barnesius et, ut videtur, codices. ἀρκέσειε—δίδως Ald.

1258. ἵππον] Equos a Persis mactari solitos docet Barnesius ex Ovid. Fast. 1, v. 385. Xenophon de iisdem Cyropæd. l. 8. Διὶ καὶ ὡλοκαύτωσαν τοὺς ταύρους· ἔπειτα τῷ Ἡλίῳ καὶ ὡλοκαύτωσαν τοὺς ἵππους. MUSG.

1261. φέρεται Canterus. Libri φέρετε.

1267. ναῦν Canterus. νηῦν Par. E. νῦν Flor. 1. 2. Ald.

δεῖ] δὴ Flor. 1.

κἀρετμῶν] καὶ 'ρετμῶν Ald.

1271. λύματ'] θύματ' Hermannus.

ἐκβάλλῃ] ἐκβάλῃ Flor. 1. 2.

1273. γε] Scribendum τε cum Reiskio.

1274. οὐκοῦν] Scribendum οὔκουν.

1278. Ald. ἥτω. et sic Flor. 1. sed 2. ἴτω cum gl. γρ. ἥτω· ἥτω ἡ δόξα κυρίου εἰς τοὺς αἰῶνας. ἴτω Vict. et sic jam Brodæus. Formula est concedendi, ut Soph. Phil. 120. οὕτω γενέσθω, ut explicat Brodæus. MATTH. Nihil impedit quo minus proprio sensu dictum intelligatur, *eat Helena.*

1279. ἐξελῶ] ἐξέλω Hermannus.

1282. γ' recte delevit Hermannus.

1285. Lacunam post hunc versum indicavit Matthiæ.

1286. τρύχουσα σαυτήν Flor. 1. 2. τρύχου σὺ σαυτὴν Ald. ex conjectura correctoris.

1292. 1293. Hoc ordine Canterus, inverso libri.

1297. ἐς] Scribendum εἰς.

1300. χρή Matthiæ. Vulgo χρῆν.

1301 sqq. in hoc carmine sermonem esse de Rhea, Magna Matre, intelligitur ex eo, quod ὀρεία μάτηρ θεῶν vocatur v. 1301. 2. et quod κρόταλα Βρόμια, et τύμπανα βυρσοτενῆ commemorantur 1308. et 1347. tum quod curru belluis juncto vehi fingitur v. 1310. Sed Cererem significari cum ex eo colligi licet, quod de filia rapta doluisse dicitur dea v. 1306. 1312. eamque quæsivisse, et ob ejus raptum irata hominum generi frugum proventum impediit v. 1327, tum ex nomine ipso Δηοῖ v. 1343. Videtur igitur Euripides Matrem deorum cum Cerere confudisse, quod eo facilius fieri poterat, quod utraque habet, quæ ei cum Terra matre communia sint, utriusque etiam sunt sacra arcana. Hic χαλκόκροτος etiam Δημήτηρ apud Pindar. Isthm. 7, 3. MATTH. Quid de argumento hujus carminis dicemus? An, cum Heathio, ineptum esse, hac certe in fabula, maximeque in hac fabulæ parte? Fuit, cum ab ista sententia non valde abhorrerem. Nunc vero et video, et libenter agnosco, ineptam mihi ideo visam esse hanc oden, quod nondum satis intellecta esset. Chorus, cur Cybelen celebrandam hic sumeret, complures, sed, ut in tali re, leviculæ causæ erant. Primo, Spartæ, unde Helena oriunda erat, magno in honore habita est Rhea, τὸ δὲ ἱερὸν τῆς μεγάλης Μητρὸς τιμᾶται περισσῶς δή τι, verba sunt Pausaniæ, p. 49 ed. Sylb. Secundo, Helenæ infortunia a magnæ Matris ira arcessit in secunda antistropha chorus. [Hæc opinio prava nititur interpretatione versuum 1353—1357. G. D.] Tertio, illius deæ sacra circa hoc tempus Athenas translata esse suspicor. Translata tradit Julianus Imp. in initio Orat. 5. Effigiem autem Rheæ, quæ

in Μητρῴῳ erat, Phidias, Euripidis contemporaneus, elaboravit, teste Pausania, p. 3. Ea igitur conjectura si vera est, Atheniensibus saltem, historiam Rheæ eleganter exornatam audire, vel propter horum sacrorum novitatem, jucundum esse debuit, neque adeo mirum, si Euripides, oblata occasione non admodum aliena, nec fortasse opportunissima, popularibus tamen suis utcunque gratificari voluerit. MUSG. Verissima videtur Heathii sententia de carmine hoc ex alia tragœdia ab Euripide inserto: cujusmodi ἐμβολίμοις primum usum esse Agathonem ex Aristotele constat Poet. 18, 22. quem citavit Hermannus.

1303. ὑλᾶντα L. Dindorfius. Scribebatur ὑλάεντα.

1307. Hesych. Ἄρρητος κόρη, ἡ Περσεφόνη. Εὐριπίδης Ἀλεξάνδρᾳ. MATTH.

1310. ὅτε] ὅττε Par. G.

1311. σατίνας Musgravius. Libri σατίναν. Delendum comma post σατίνας. De verbis autem ζεύξασα θεά vide ad v. 1318.

1312. τὰν—] Accusativus pendet a μέτα: nam sic pro μετὰ v. 1314. scribendum cum Hermanno, deleto colo post παρθενίων.

1314. κοῦραι Heathius. κουρᾶν libri. Quod addebatur δ', delevit Hermannus.

1316. ἐν ἔγχει Matthiæ editio. Deleatur ἐν, quod abest ab libris.

Γοργὼ] Scribendum καὶ Γοργοῖ cum Seidlero. Ineptum est enim ἔγχει πάνοπλος, nisi clipei mentio addatur.

1318. ἄλλαν μοῖραν ἔκραινε] Non respondet hic versiculus antistrophico λευκῶν ἐκβαλεῖν ὑδάτων. Unde Heathius reponebat ἄλλαν μοῖραν ἔκραινε παῖς. Nam etiam sensus nomen aliquod requirit quo illa αὐγάζων ἐξ οὐρανίων referantur. Itaque Heathii correctionem, quæ et metro et sensui tam bene satisfacere videretur, probarunt plerique. Male: nam male utrique medetur: metro, quod etsi respondere recte hæ formæ inter se possunt, ex conjectura tamen illata hæc responsio parum probabilis est: sensui autem loci ex parte tantum consuluit ille, quum reliquerit in præcedenti versu istud ἐξ οὐρανίων quod pro ἐξ οὐρανοῦ dictum sine exemplo est; ut si sequenti versu Heathii correctionem recipias, ille etiam non possit non mendosus haberi. Nihil vero neque in hoc mutandum neque in illo interpolandum est. Quippe illi antistrophæ versiculo λευκῶν

ἐκβαλεῖν ὑδάτων non respondit hic ἄλλαν μοῖραν ἔκραινε, sed alius, quem ante eum excidisse mireris nemini editorum suboluisse. Ille vero continebat non solum Jovis nomen, ad quem αὐγάζων pertinet, sed aliud etiam, cujus epitheton fuit οὐρανίων, sive illud ἑδράνων fuit sive quodcunque aliud. [Nomina Ζεὺς et ἑδράνων excidisse etiam Burgesius conjecit ad Troad. p. 196. quamvis in ceteris ab vero longe aberrans. G. D.] Quo nomine quum versus clauderetur, similis duorum versuum exitus librarii oculos decepit. Jam illi ἄλλαν μοῖραν ἔκραινεν qui in antistropha responderet adhuc quidem nullus fuit: primus enim ego ex bonis libris omnibus hunc illic Euripidi restitui: πένθει παιδὸς ἀλάστωρ, vel ut malim ἀλάστῳ. Quem ut strophæ versuum numerum excedentem a grammatico quopiam expulsum esse clare ostendit nota qua illis in libris signatus est, περισσόν. Sic Triclinius ad Æschyli Prom. v. 886. in cod. Neapolitano, cujus notitiam edidit Elmsleius Mus. crit. 7. p. 458. περισσὸν ἦν ἐνταῦθα τὸ ἐν γνώμᾳ, διὸ ἐξεβλήθη παρ' ἐμοῦ. et ad S. c. Th. 890. περισσὸν ἦν ἐνταῦθα τὸ οὐκέτ' ἐπὶ φιλίᾳ ἀλλ' ἐπὶ φόνῳ διεκρίθητε καὶ ἄμετρον καὶ κοινόλεκτον. διὸ καὶ ἐξεβλήθη παρ' ἐμοῦ. In Rhes. v. 741. ad ᾶ ᾶ ᾶ ᾶ similiter in libris aliquot ascriptum περισσόν, et ut multa alia ejus notæ exempla omittam, in hac ipsa fabula versui 1498, quo non facile alium magis genuinum invenias, eandem imposuerunt grammatici. L. DINDORF. Recte, hæc disputata esse monet Seidlerus, nisi quod lacuna non post οὐρανίων, sed ante αὐγάζων notanda fuerit, hoc modo

* * * * Ζεὺς δ' ἑδράνων
αὐγάζων ἐξ οὐρανίων
ἄλλαν μοῖραν ἔκραινε.

Ante Ζεὺς autem excidisse verbum pluralis numeri ad Dianam Minervamque referendum. Quod quum nesciamus quale fuerit, incerta manet verborum ζεύξασα θεὰ correctio v. 1311. quod vel ζευξάσας θεᾶς scriptum esse potuit vel ζεύξασαι θεᾷ, quod Pflugkius conjecit, vel ζευξάσᾳ θεᾷ, quod Hermannus posuit, cui ante Ζεὺς δ' ἑδράνων addendum videtur προὐξωρμῶντο.

1321. μαστεύουσα πόρους Scaliger et Stephanus. Libri μαστεύουσα πόνους. Recte Matthiæ μαστεύουσ' ἀπόρους, nisi

quod *ματεύουσ' ἀπόρους* scribere debebat, quod fecit Hermannus.

1322. *ἁρπαγᾶς* Scaliger. Libri *ἁρπαγὰς*, quod revocandum.

1323. *γ' ἐπέρασ'* Par. G. Flor. 2. *δ' ἐπέρα|σ'* Ald. *διεπέρα* MSS. Stephani. Scribendum *διέπερσ'* cum Hermanno.

1326. *δρία* codices. *δρύα* Ald.

1328. *οὐ καρπίζουσα, non fœcundans*, ita ut *ἄχλοα* essent. Sic Bacch. 383. *Πάφον θ' ἂν ἑκατόστομοι Βαρβάρου ποταμοῦ ῥοαὶ Καρπίζουσιν ἄνομβρον.* MATTH.

1329. *λαῶν* Matthiæ. *λαῶν δὲ* libri.

γενεὰν Seidlerus de vers. dochm. p. 345.

1330. *πόιμναις* Scaliger. Libri *πόιμνας*.

1332. *πολέων*] Intelligitur *ποιμνῶν*. Male edd. quædam *πόλεων*.

1336[a]. *ἐκβαλεῖν*] Scribendum *ἐκβάλλειν* cum Hermanno.

1336[b]. *πένθει παιδὸς ἀλάστωρ*] Hunc versum addunt Par. E.G. Flor. 2. superscripto *περισσὸν*, omittit Ald. De quo dixit L. Dindorfius ad v. 1318. recte corrigens *ἀλάστῳ*.

1340. *ἐνέπει* Heathius. Libri *ἐννέπει*.

1341. *Χάριτες—Μοῦσαί θ'*] Sic Theognis 15. *Μοῦσαι καὶ Χάριτες, κοῦραι Διὸς, αἵ ποτε Κάδμου | ἐς γάμον ἐλθοῦσαι καλὸν ἀείσατ' ἔπος.* aliique poetæ non raro.

1342. *τᾷ*] Legebatur *τὰν*. Correxit L. Dindorfius.

1343. *Δηοῖ* codices. *δηίῳ* Ald.

1344. *ἀλλάξαιτ' ἀλαλᾷ* Matthiæ editio ex conjectura Musgravii. Libri *ἐξαλλάξατ' ἀλαλᾷ*. Corrigendum *ἐξαλλάξατ' ἀλᾶν* cum Bothio.

1345. *χορῶν* Matthiæ. Legebatur *χορόν*.

1346. *τ'* Stephanus. Libri *δ'*. Seidlero plena interpunctione post v. 1345. posita proximi versus sic scribendi distinguendique videbantur, *χαλκοῦ δ' αὐδὰν χθονίαν | τύπανα λάβε τὰ βυρσοτενῆ | καλλίστα τότε πρώτα μακάρων | Κύπρις· γέλασεν δὲ θεὰ* (Ceres) | *δέξατο* etc. Quæ mihi prava videtur esse collocatio verborum, quum *καλλίστα τότε πρώτα* in initio sententiæ poni debuerint; nec placet articulus ille *τὰ βυρσοτενῆ*, ne quid de figmento dicam parum probabili, Cererem ipsam in manus sumpsisse tibiam.

1347. *λάβετε*] Legebatur *τε λάβετε*. Correxit Musgravius, cujus hæc est annotatio "Occasionem errori dedisse videtur

vox χαλκοῦ, non de tympano, ut oportuit, intellecta, sed de alio aliquo organo sonoro. De quo si quis dubitet, veriora eum Nonnus non uno loco docebit. Sic l. 14.

— αἱ μὲν ἐλῶσαι
Τύμπανα χαλκεόνωτα Κυβηλίδος ὄργανα Ῥείης.

Iterumque l. 43.

μόθου χαλκόθροον ἠχὼ
Τύμπανα δουπήσειν — —

Ubi ne κύμβαλα scribendum suspiceris, en tibi alia. l. 10.

πρώτῳ μὲν θέτο δῶρα Κυβηλίδος ὄργανα Ῥείης
κύμβαλα χαλκεόνωτα —
νίκης δ' ἦεν ἄεθλα τὰ δεύτερα —
σῦριγξ ἡδυέπεια καὶ ἠχήεσσα βοείη
χαλκοβαρὴς —
χαλκείοις πατάγοισιν ἐμυκήσαντο βοεῖαι.

lib. 15.

τύμπανον ἠέρταζε, καὶ ἀμφιπλῆγι βοείῃ
δίζυγον ἐσμαράγησε μέλος, χαλκόκροτον ἠχώ.

χθονία autem vocatur vox tympani, quod mugitui sive tonitrui subterraneo similis esset. Æschylus apud Strabonem, p. 471. τυμπάνων δ' ἠχὼ | ὥσθ' ὑπογείου | βροντῆς φέρεται βαρυταρβής." Tympana autem capi jubet Juppiter, quia horum instrumentorum præcipuus in magnæ matris sacris usus est. Ceterum τύπανα scribendum cum Heathio.

βυρσοτενῆ Canterus. Libri πυρσογενῆ.

1348. καλλίστα—πρώτα Matthiæ. Scribebatur κάλλιστα—πρῶτα.

1349. γέλασε τε θεὰ] Scribendum videtur γέλασεν θεά.

1350. εἰς] Scribendum ἐς.

1353. θέμις] Addendum σ' cum Bothio. De constructione v. ad Hecub. 976.

ὧν οὐ θέμις] Ita ed. Ald. MSS. Steph. [et Victorius] ὡς οὐ θέμις. Canterus emendabat ὃν οὐ θέμις, non inepte, si retinendum esset ἐπύρωσας, quod sane plerique retinent, et ad Proserpinam dici putant, hoc sensu: *Quem neque fas, neque pium erat, amore inflammasti*, (Plutonem sc.) *in iram vero Magnæ Matris incurris, sacrificia non rite celebrans diis.* Hæc vulgatæ interpretatio est, quam jure Heathius repudiat, negans, deos veterum ulla sacrificia alii cuicunque deo peregisse, nedum ut exigi ab iis potuerint. Aliud, valdeque diversum est, quod

hic, ni fallor, respicit poeta; nempe labes, quam Helena, a Theseo olim per vim compressa, ex illo stupro contraxerat: qua non rite sacrificiis procurata, succensuit ei (si choro credimus) Magna Mater. Atque hinc forte series calamitatum, quam ex eo fere tempore perpessa est. Hæc si mens auctoris fuit, legendum forte:

ὧν οὐ θέμις, οὔθ' ὁσία
ἔκυρσας, ὠμὰ θαλάμοις.

ὠμὰ θαλάμοις, cruda nuptiis, ut *cruda marito* apud Horatium. Helenam utique septennem deflorasse dicitur Theseus. vid. Tzetzen in Lycophron. v. 103. Confer etiam Hygin. fab. 76. Apollodor. 3, 10. Pausan. p. 65. MUSG. Quæ in hac antistr. leguntur, de Helena non videntur dici potuisse. Neque enim unquam infortunia sua adscripsit Cybeles iræ, sed tribus deabus de pulchritudine certantibus. Præterea duo versus primi Ὃν οὐ θέμις κ. τ. λ. Theoclymeni aut Paridis amores non tam apte designant, quam potius incestos patris aut fratris amores. Hinc confirmatur suspicio nostra, systema hoc ad hanc fabulam non pertinere, sed ex alia quadam tragœdia, forsan ex Æolo, huc translatum esse.—De Proserpina, quam interpretes h. l. intelligunt, dici non potest, eam indignationem Cybeles ob spretos ejus ritus sibi contraxisse. HEATH. Recte monet Heathius versus 1353—1357. non posse de Helena intelligi, quæ non apparet quomodo iram Cereris cohibuisse dici possit: nam hoc significant verba *μῆνιν δ' ἔσχες*. Quod quum a Venere potissimum factum esse superioribus versibus exposuerit poeta 1348—1352, de Venere illi quoque versus 1353—1357. sunt accipiendi.

1354. *ἐπύρωσας*] Hoc verbum quum ineptum ad sententiam sit—neque enim *πυροῦν amore incendere* significat, quod putarunt interpretes—, corruptum esse patet. Aptissimum videtur *ἐπῶρσας*: quo reposito scribendum *ὃν* (Plutonem dicit) *οὐ θέμις σ' οὐδ' ὁσία | ἐπῶρσας ἐν γᾶς θαλάμοις* —. Et *γᾶς* Hermanno quoque visus est scripsisse Euripides in fabula illa ex qua hoc carmen in Helenam transtulerit mutationibus quibusdam factis.

1355. *ἔχεις*] *εἶχες* Musgravius. Scribendum *ἔσχες* cum Seidlero. Male interpres *iram incurristi*. Debebat *iram cohibuisti*, quod et per se manifestum est et postulant versus 1358 et seqq.

1356. *ματρὸς* Flor. 1. 2. *μητρὸς* Ald.

1357. οὐ σεβίζουσα] Scribendum συσσεβίζουσα cum Seidlero.

1358. τοι] τι Flor. 1.

δύναται Musgravius. Legebatur δύνανται.

1359. στολίδες] Confer νεβρίδα στολιδωσαμένα Phœn. v. 1768. MUSG.

1360. κισσῷ] Legendum κισσοῦ. Constructio est: χλόα τε κισσοῦ ἐς νάρθηκας ἱεροὺς στεφθεῖσα, i. e. περιτεθεῖσα. Sic κισσὸς περιστεφὴς, Phœn. v. 660. Crinagoras Antholog. Reisk. 542. στεφθῆναι ἐπὶ κροτάφοισι γυναικὸς Λώϊον. vid. et Soph. Electr. 443. MUSGR. Recepi Musgravii emendationem.

1361. εἰς Heathius. Libri ἐς.

1362. ῥόμβου Heathius. ῥόμβω libri. Rectius Musgravius. "Legendum ῥόμβων. Qualis hæc ῥόμβων ἔνοσις fuerit, docebit scholiastes Apollonii Rhodii 1, 1139. Ῥόμβος· τροχίσκος, ὃν στρέφουσιν ἱμᾶσι, τύπτοντες, καὶ οὕτως κτύπον ἀποτελοῦσι. Dein εἱλισσομένα metri gratia."

1363. κύκλιος Scaliger et, ut videtur, codices. κυκλίοις Ald.

1364. Βρομίῳ Matthiæ. βρομίω Flor. 2. βρομίων Ald.

1366. 1367. εὖ δέ νιν ἅμασιν | ὑπέρβαλε σελάνα] Versus corruptissimi, de quibus nulla dum a quoquam allata conjectura est quæ memoratu digna videatur. Versus alter non ab ὑπερ, sed a consonante litera debuit incipere, velut Κύπρις: cujusmodi vocabulo opus est ad producendam syllabam ultimam versus præcedentis.

1373. Post hunc versum lacunam recte indicavit Hermannus.

1374. ἀνήρπασεν τεύχη Barnesius. Legebatur ἀνήρπασεν (ἐνήρπασεν Par. E.) ἐν τύχῃ πόσις. Recte correxit Barnesius: totus autem versus grammatico aliquo lacunam explente dignior videtur quam Euripide. Non miranda igitur δῆτα particula versus explendi caussa posita.

1376. πόρπακι MSS. Stephani et Victor. ὅρπακι Par. E.G. Ald.

1378. Notandum χάριτα δή dictum, ubi δὴ χάριν dici poterat. Sic χάριτα τιθεμένη Electr. 61. ubi metrum ferebat τιθεμένη χάριν.

1381. θήσων] στήσων anonymus. Frustra.

εἰσβῶμεν] Scribendum ἐσβῶμεν.

σκάφος] εἰς σκάφος Flor. 1. 2.

1382. πέπλους δ' ἀμείψασ'—ἐγώ νιν Matthiæ editio ex conjectura Piersoni. Libri πέπλους δ' ἀμείψας—ἀγώ νιν. Scribendum cum Hermanno, σκάφος, | πέπλους ἀμείψας—στολῆς, | ἀγώ νιν—.

1388. κρατοῦντα Matthiæ editio ex MSS. (?) Stephani. Vulgo κρατεῖν τε, quod revocandum. Nam κρατοῦντα etsi recte dictum foret de choro mulierum (conf. ad v. 1630.), tamen ipsius Stephani videtur esse conjectura duplici verbi προσποιούμεθα structura, cum accusativo adjectivi et cum infinitivo, offensi. Comma post δυνώμεθα male addidit typotheta.

1389. συσσῶσαι] συνσῶσαι Par. E.G. Flor. 1. 2.

1391. στερίσματα Flor. 1. 2.

1395. σε Par. E. Flor. 1. 2. σοι Ald.

1399. ὦ] Scribendum ὁ.

καινὸς Elmsleius ad Herc. f. 38. κλεινὸς libri.

1403. ξὺν κατθανόντι Piersonus. Vulgo ξυγκατθανόντι.

1407. χρή Flor. 1. 2. Vulgo χρῆν. σ' addidit Matthiæ.

1413. κἀρετμῶν] καὶ 'ρετμῶν Ald.

1415. Post μάλιστ' recte colo distinxit Bothius.

τοῦδε] τούσδε Par. E.

χρὴ Reiskius. Vulgo χρῆν.

1421. ἄλλως Flor. 1. 2. Vulgo ἁπλῶς.

1424. μέλει] Scribendum με δεῖ cum Musgravio.

1433. χρὴ Matthiæ. Vulgo χρῆν.

1434. γαῖαν βοᾶσθαι Elmslei. ad Soph. Œd. T. 1094. comparat cum αὐλεῖται δὲ πᾶν μέλαθρον Iph. T. 367. θυηπολεῖται δ' ἄστυ μάντεων ὕπο Heracl. 402. sensu passivo, *clamoribus, tibiæ cantu resonare*, active pro βοᾶν Dobree ad Arist. Vesp. 1223. qui non debebat citare Schweigh. ad Athen. vol. 7. p. 455. (ad 14. p. 633. E.) ὑμέναιον Ἑλένης κἀμόν appositionem continent præcedentium, ὃ, τὸ γαῖαν βοᾶσθαι, ὑμέναιος ἔσται. Sic idem Elmslei. ad Herc. fur. 57. Sed potest etiam βοᾶσθαι pro βοᾶν accipi, πᾶσαν γαῖαν χρὴ βοᾶν ὑμέναιον, ut Iph. A. 428. MATTH. Recte Elmsleius βοᾶσθαι passivo sensu accipit.

1436. ἐς] Scribendum εἰς.

1443. λέπας] Legebatur λύπας. "Emendandum levissima mutatione πρὸς λέπας. *Nos autem, in adversum collem fortunam trahentes, strenue manu subleva.* Occurrit πρὸς λέπας,

Bacch. v. 666. Herc. Fur. v. 120. metaphora autem, quæ Menelai conditionem hic exprimit, Alcest. v. 500.

καὶ τόνδε τοὐμοῦ δαίμονος πόνον λέγεις,
σκληρὸς γὰρ αἰεὶ καὶ πρὸς αἶπος ἔρχεται.

Favet etiam, quod Rhes. v. 314, 15. in contrariam partem dicitur:

ἕρπει κατάντης συμφορὰ πρὸς τ' ἀγαθόν." MUSG.

1447. *κέκλησθέ μοι, θεοί, πολλὰ χρήστ' ἐμοῦ κλύειν καὶ λύπρ'* (sic Scaliger: libri *καὶ λυπρά γ'*)] Posui quod sententia flagitabat *κέκλησθέ μοι, θεοί, πολλὰ, χρήστ' ἐμοὶ τυχεῖν κἄλυπ'*. Similiter Amphitruo in Herc. f. 501. Jovem orans, *καίτοι κέκλησαι πολλάκις· μάτην πονῶ*. HERM. Recte hæc emendasse puto Hermannum, sed non recte esse interpretatum. Nam *πολλὰ* pro *πολλάκις* esse dictum et cum *κέκλησθε* conjungendum nemo facile sentiet nisi quem comma appositum monuerit, quum præsertim usitata in precibus formula sit *πολλὰ δοῦναι κἀγαθά*. Ex quo sequitur *πολλὰ χρηστὰ κἄλυπα* conjungenda, *κέκλησθε* autem non pro indicativo, sed pro imperativo esse accipiendum.

1452. *ῥοθίοισι* Canterus et codices, ut videtur. *ῥόθοισι* Ald.

μάτηρ] Vulgo *μήτηρ*. Musgrav. in eo hæret, quod chorus remum alloquens nihil dicat, quod eo effici velit. Sed vid. Seidler. ad Eur. Electr. in. Monk. ad Alc. in. Simillimus nostro locus est Hippol. 747. Tales vero compellationes, ad quas in sqq. non amplius respicitur, frequentes sunt etiam in Pindaro. MATTH.

1453. *εἰρεσία*] Scribendum *εἰρεσίᾳ* cum Barnesio.

1454 sqq. Similis locus est Electr. 432 sqq. ubi vid. Seidler. Simile est, sed diversum tamen, quod Sophocles *χοραγὸν ἄστρων* vocat Antig. 1146. de quo loco præclara exstat dissertatio Nækii. MATTH.

1455. 1456. in unum versum conjungendi et in antistropho v. 1469. 1470.

1456. Musgrav. conj. *πέλαγος εὐήνεμον*. absurdum enim esse *πέλαγος νήνεμον* dici, quum vela auris captandis pandantur. Non nimis urgenda videtur propria vocis *νήνεμος* potestas et hæc nihil nisi *γαληνόν* significare, ut mare tempestate et ventis non agitatum, etsi modico vento spirante intelligatur. *αὔραις νήνεμον* autem eadem ratione dictum est, qua rebus vis in utramque partem et concitandi et sedandi tribuitur, v. c. Soph.

Aj. 674. δεινῶν τ' ἄημα πνευμάτων ἐκοίμισεν Στένοντα πόντον. Trach. 653. νῦν δ' Ἄρης οἰστρηθεὶς ἐξέλυσ' ἐπίπονον ἀμέραν. Cf. Pind. Pyth. 1, 138. Isthm. 2, 59. MATTH.

1460. λιπόντες ἐναλίαις] Scribendum λιπόντες εἰναλίαις cum Seidlero.

1462. ὦ] Scribendum ἰὼ cum Hermanno. Alterum ἰὼ om. Flor. 1.

1464. Perseus condidisse Mycenas credebatur, de quo Pausanias 2, 15, 4. 16, 3. Memorat autem poeta Mycenas non, quod Menelaum infra precantem facit ut ad Naupliam feratur, sed antiquos auctores sequutus, qui eum priusquam Spartam veniret in portu Argivo navem appulisse tradiderant. Id illi autem collegerant ex Odysseæ 3, 311. seqq. etsi nihil de ea re est in 4, 583. seqq. HERM.

1466. Λευκιππίδας κόρας] Virgines duas sacerdotes Hilairæ et Phœbæ, Leucippi filiarum, sic dictas de nomine Divarum, quas colebant. Ita Pausanias 3, 16, 1. Πλησίον δὲ Ἱλαείρας καὶ Φοίβης ἐστὶν ἱερόν· ὁ δὲ ποιήσας τὰ ἔπη τὰ Κύπρια θυγατέρας αὐτὰς Ἀπόλλωνός φησιν εἶναι· κόραι δὲ ἱερῶνταί σφισιν παρθένοι, καλούμεναι κατὰ ταὐτὰ ταῖς θεαῖς, καὶ αὗται Λευκιππίδες. Vid. Johann. Meursii Miscell. Lacon. 2. c. 15. BARN. Et Werfer. in Actis Monac. vol. 2. p. 502. seqq. citatum ab Hermanno.

πρὸ ναοῦ Canterus. προνάου Ald.

1467. Παλλάδος] Recte Minervam Χαλκίοικον intelligit hic Barnesius. vid. v. 228. MUSG.

1469. κώμοις Ὑακίνθου] Hyacinthiorum festum fuse describit Polycrates apud Athen. 4. p. 139 D. MUSG. Vid. Welckerum in Zimmermanni diario philologico a. 1830. fasc. 3. p. 20 seqq. ab Hermanno citatum.

1470. Legebatur νύχιον εἰς εὐφρόναν. Et metri et sensus causa dedi νυχίαν εὐφροσύναν i. e. ὅ, n. τὸ ξυνελθεῖν χοροῖς, vel χοροὺς ἱστάναι, νυχία εὐφροσύνα ἐστί. MATTH.

1472. τρόχῳ τέρμονα ex editione Matthiæ relictum. Recte libri τροχῷ τέρμονι. τροχῷ adjectivum est.

1473. τᾷ] Scribendum metri caussa ὅθεν cum Hermanno.

1474. Deleatur δὲ, quod addidit Matthiæ.

βούθυτον] ἐβούθυτον Flor. 1. 2.

1475. Διὸς δ' libri. δ' delevit Musgravius.

1476. μόσχον] Pendet a λάβοις v. 1467. Dicit autem Hermionam, a Menelao et Helena domi relictam.

λίποιτ'] Scribendum λιπέτην cum Hermanno. De qua forma secundæ personæ dualis dixit Elmsleius ad Ach. 733. Lacunam post hunc versum indicavit Musgravius.

1477. πρὸ Canterus. πρὸς Ald.

1478. εἰ] Scribendum εἴθε cum Barnesio.

1479. γενοίμεσθα (sic Matthiæ editio cum Cantero: γενοίμεθα libri) Λίβυες οἰωνοὶ στολάδες] Scribendum cum Hermanno γενοίμεθ' ὅθι στολάδες | οἰωνοὶ Λίβυες —.

1480. στολάδες codices. στοχάδες Ald. Recte interpretatur Musgravius "quæ magno numero simul iter faciunt, ad instar στόλου, classis sc. vel exercitus."

1481. λιποῦσαι post χειμέριον recte ponit Hermannus. Scribendum autem uno versu ὄμβρον—πρεσβυτάτῳ, et in antistropho 1498. 1499.

λιποῦσαι] De gruum migrationibus consulendus Aristot. Hist. Anim. 8. c. 12. et 9. c. 10. Confer etiam Hesiod. Op. et D. v. 448. Aristoph. Av. v. 711. Ælian. de Anim. Maximum Tyrium. Plin. Hist. Natur. 10. c. 23. Philen de Animal. Proprietat. denique Ciceron. de Natura Deorum 2. c. 49. MUSG. Locum Homericum Iliad. Γ, 3. comparavit Hermannus.

1482. νίσσονται Canterus. νίσονται Ald.

1484. ὅς τ' ἄβροχα Matthiæ editio. Recte libri ὃς ἄβροχα. Nam trimeter est ποιμένος, ὃς ἄβροχα πεδία καρποφόρα τε γᾶς. Monuit Hermannus.

1486. ἰαχεῖ] Scribendum ἰακχεῖ cum Musgravio.

1487. ὦ πταναὶ Canterus. Libri ὁπόταν αἱ.

1489. Πλειάδας MSS. (?) Stephani. πελειάδες Flor. 2. Ald. πελιάδες Flor. 1.

1493. Μενέλαος] Recte Μενέλεως Matthiæ.

1495. ἵππειον] Scribendum ἵππιον cum Elmsleio ad Heracl. 845.

Totus versus deest in Flor. 1. in Flor. 2. circumscriptis lineis inclusus, cum annotatione περισσόν. In eo pro ἅρμα est οἶδμα, sed in margine γρ. ἅρμα. MATTH.

1497. τυνδαρίδες Ald. τυνδαρίδαι Flor. 1. 2. (suprascr. in 2. ες supra αι).

1498. ἄστρων ὑπ' ἀέλλαισιν οἱ] Scribendum οἵτ' ἄστρων ὑπ' ἀέλλαισι cum Hermanno.

1501. 1502. γλαυκὸν ἐπ' οἶδμ' ἅλιον—] Trimetrum recte restituit Hermannus γλαυκὸν ὑπὲρ οἶδμα κυανόχροά τε κυμάτων.

1506. δ' additum ex Flor. 1. 2.

1507. βάλετε] βάλλετε Flor. 1.

1509. πονηθεῖσ'] Recte Scaliger ποινηθεῖσ', nisi quod Doricam formam ποιναθεῖσ' ponere debebat, quod fecit Hermannus.

τὰν] Scribendum γᾶν cum Musgravio.

1510. ἐλθοῦσαν] Scribendum ἐλθοῦσά ποτ' cum Bothio. ταῖς ἐλθούσαις MSS. (?) Stephani.

1512. κάκιστα τὰν δόμοις εὑρήκαμεν Matthiæ editio. Libri τὰ κάκιστ' ἐν δόμοις εὑρήκαμεν. Piersonus τὰ κάλλιστ' ἐν δόμοις σ' εὑρήκαμεν, collato Iphig. A. v. 1106. Λήδας γένεθλον, ἐν καλῷ σ' ἔξω δόμων | εὕρηχ', ἵν' εἴπω παρθένου χωρὶς λόγους. Dobræo τὰ κάκιστ' in τὰ μάκιστ' mutandum videbatur, ut Euripides Hipp. 818. τὰ μάκιστ' ἐμῶν κακῶν dixit et quæ similia alibi apud tragicos leguntur. Hinc Hermannus τὰ μάκιστ' ἐν δόμοις σ' εὑρήκαμεν, τὰ μάκιστ' interpretatus *postremo tandem*. Quod usui loquendi repugnat nec defendi potest exemplo Homerico Od. E, 299. 465. τί νύ μοι μήκιστα γένηται; Nec sententia satis apta est. Nam si rex domi versatur (ἐν δόμοις), non apparet quomodo tam diu quæri ab nuntio potuerit, ut *postremo tandem* inventus esse dicatur. Alio vitio laborat Piersoni conjectura τὰ κάλλιστ', quod alio quocunque modo potius dicendum fuisset quam τὰ κάλλιστα, quod facit ut nuntius vel lætum quid nuntiaturus esse vel malis domini gaudere videatur: nec comparari potest ἐν καλῷ σ' ἔξω δόμων ηὕρηκα, quod ex Iph. A. 1106. attulit Piersonus. Quæ quum ita sint, ego quidem vereor ne recte habeat librorum scriptura ἄναξ, τὰ κάκιστ' ἐν δόμοις εὑρήκαμεν, totus autem versus a grammatico aliquo sit compositus lacunæ utcunque resarciendæ caussa.

1519. ναυκληρίαν Flor. 1.

1532. κἀρετμῶν] καὶ 'ρετμῶν Ald. Deleatur comma post πεντήκοντα.

μέτρα Par. E. Flor. 1. 2. μέτα Ald.

1534. καθίστατο Barnesius. Libri καθίσατο. "Miror vero pleonasmum πλάτην ταρσόν τε. Certe quid inter utrumque intersit, non assequor. πλάτην καθίστασθαι interpretor *remum suo loco, recte, ponere* i. e. *aptare*." MATTH. Significat quidem ταρσὸς palmam remi, ut idem sit quod πλάτη, sed

dicitur etiam de ordine remorum. Nec χειρὶ interpreter *manu*, sed *manui*, ut remos eo modo ad paxillum alligasse dicantur, quo apte prehendi moverique possent: quam rem propriis vocabulis dixit Æschylus in Persis v. 376. κώπην τροποῦσθαι σκαλμὸν ἀμφ' εὐήρετμον. HERM. Corruptum videtur τε χειρί, de quo tamen parum probabiles sunt conjecturæ Musgravii, Lobeckii in libello de apostropho p. 22, aliorum.

1535. Recte εἰς ἓν ἦν suspecta sunt Musgravio. Non enim comperi, inquit, vela, navibus in navalia deductis, distracta fuisse, postea vero tempore usus consui debuisse. Neque vero de velis contractis, dum in portu versatur navis, explicandis denique, quum in altum evehi incipit, intelligi potest: nam si dicas, malum constituebant, vela vero contracta erant, significes, vela malo, antequam constitueretur, jam aptata fuisse, quod absurdum est: dicendum enim erat: *et vela malo aptabant*. Non magis εἴς τι εἶναι pro ἕν τινι usquam, apud tragicos certe, legere me memini. Itaque non dubito, quin corrupta sit clausula; quid autem reponendum sit, non succurrit. MATTH. οἷς ἐνῆν Seidlerus, collata glossa Hesychii, qua ἐνῆν per ἐχρῆν explicatur. Quod οἷς τόδ' ἦν potius dicturum fuisse poetam puto. Scripturam vulgatam utcunque interpretatur Hermannus, *alius remos remigiumque constituebat manui, in unumque conjuncta cum his vela erant*, i. e. dum alii remos aptabant, idem fiebat velis.

1536. Brodæus: ferrum e clavo pendens ad orbiculos accommodabatur atque inserebatur; his porro puppi affixis sustinetur, huc illucque vertitur gubernaculum. Eos autem per metaphoram ζεύγλας appellat. Musgrav. ζεύγλας accipere videtur de loris, quibus clavus alligatur: citat enim Orph. Argon. 274 sq. ἐπὶ δ' αὖτ' οἴηκας ἔδησαν, πρυμνόθεν ἀρτήσαντες, ἐπεσφίγξαντο δ' ἱμᾶσιν. et Acta Apostol. 27, 40. ubi nominantur αἱ ζευκτηρίαι τῶν πηδαλίων. MATTH.

1539. ναυφθόροις Flor. 1. 2. ναυφόροις Ald.

1542. οἰκτρὸν Flor. 1.

1544. Ἀχαΐδος] Revocandum Ἀχαιΐδος ex Ald.

1545. ὀλόμενον MSS. Stephani. ὀλούμενον libri.

1550. τ' L. Dindorfius. Vulgo δ'.

ἐπεισβατῶν] Scribendum ἐπεσβατῶν.

1551. διεσιωπῶμεν codices. διεσκοπῶμεν Ald.

1554. τἄλλα Canterus. Libri ταῦτα. πάντα MSS.(?) Stephani.

1555. ἐθέμεθα Flor. 1. ἐθέμεσθα Ald.

1558. κεἰς] Scribendum κἀς.

1561. οὐκ εἶ' Par. E.G. Flor. 2. οὐκ ἦν Flor. 1. οὔκουν Ald. quod supra scriptum in Flor. 2.

1562. νεανίαις ὤμοισι] Electr. 813. κἄσφαξ', ἐπ' ὤμων μόσχον ὡς ἦραν χεροῖν δμῶες.

1563. Verba φάσγανον—ὥσει parenthesin esse ex nuncii persona additam animadvertit Musgravius, sed male conjecit ὠρεῖ. Recte Duportus ὤθει.

1565. ἐς κέλευσμ' ἐλθόντες] Id est acclamantes sibi ut cuncti simul prehendant taurum. Sic ἐκ κελεύσματος de remigantibus dicitur. Monuit Hermannus.

1566. τ'] δ' Flor. 1. 2.

εἰσέθεντο σέλματα] Rariore usu dictum pro ἔθεντο εἰς σέλματα. Conf. ad Ion. 1434.

1567. μονάμπυκον δὲ Μενέλεως ψήχων δέρην] Funiculus taurorum mactandorum cervicibus juxta cornua suspendi solitus ad terram fere floribus intextus, ornatus causa; quales in veterum picturis licet passim tueri. Totum vero bovis mactandi apparatum describit optime Homerus Odyss. γ' v. 430. ad v. 464. BARN.

1570. πλήσασα] Sic ἐκπληρῶν ὄχον Soph. Electr. v. 710.

κλιμακτῆρας] κλιμαντῆρας Flor. 1. 2. Ald. Correctum in ed. Hervagiana secunda.

1571. ἐδωλίῶν Flor. 1. 2.

1575. ῥόθια—κελευστοῦ] Libri ὄρθρια—κελεύθου. Correxit Piersonus Veris. p. 186. collato Longo 3, 21. εἷς μὲν αὐτοῖς κελευστὴς ναυτικὰς ᾖδεν ᾠδάς, οἱ δὲ λοιποὶ, καθάπερ χορὸς ὁμοφώνως κατὰ καιρὸν τῆς ἐκείνου φωνῆς ἐβόων.

1580. σοι Elmsleius ad Iphig. T. 199. Legebatur σοι.

1581. εἶφ' Barnesius. Libri εἶπεν.

1584. λαιμὸν MSS. (?) Stephani. δαίμον' Flor. 1. 2. Ald.

1588. ἐς] Scribendum εἰς.

οὔρια] Scribendum οὔριαι cum Hermanno. οὔριοι posuerat Elmsleius ad Heracl. 822.

1589. τόδ'] τότ' Elmsleius et hic et Herc. f. 951. ubi eadem verba leguntur. Frustra.

1590. Ναξίαν] ἀξίαν Par. G., superscripto ναξίαν. Locus Naxia ignotus est, nisi forte, ut ait Barnes. ipsa Pharus insula per πρόληψιν Naxia vocatur ob pharum a Sostrato Cnidio vel

Naxio exstructum. Musgrav. ἐστίαν, alii aliud. MATTH. Nomen loci si latet sub scriptura corrupta, id ἀκτίαν facilius credam fuisse quam Ναξίαν.

1591. ἐκ δὲ ταυρείου φόνου, *statim post cædem tauri.* Vid. quos citavi Gramm. Gr. §. 574. not. c. Heindorf. ad Plat. Protag. p. 463. MATTH.

1593. λωτίσματα] Hesychius, λώτισμα: οἱ πρῶτοι καὶ ἐπίλεκτοι.

1595. ναυβάταις codices, ut videtur. ναυάταις Ald. forma veteribus non usitata, de qua dixi ad Soph. Aj. 348.

1597. Ald. οὔκουν ὁ μέν τις, Par. E. Flor. 2. οὐκ εἴ' ὁ μέν τις, cum v. l. γρ. οὔ | κουν ἡ μέ τις, quod ipsum est in Flor. 1.— ἀρεῖται pro αἱρεῖται Elmslei. ad Heracl. 323. MATTH.

1601. Quos κορμοὺς ναυτικοὺς vocat, conti sunt, Homero ξυστὰ ναύμαχα Iliad. 15. 389. 677. Plutarcho in vita Marcelli c. 12. δόρατα τῶν ναυμάχων μεγάλα. HERM.

1602. ἐρρεῖτο] Passivo non ita raro utuntur scriptores recentiores, raro veteres. Imperfectum ἐρρεῖτο memorat Phrynichus p. 220. sic esse dicendum præcipiens, non ἐρρέετο.

1607. ὅπη Elmsleius ad Iphig. T. 110. Libri ὅποι.

1611. ἄναξ] Quid opus erat nomine, quo Menelaus designaretur, ubi non poterat de quoquam alio cogitari? quid autem nuntio in mentem venit, cui solus Theoclymenus ἄναξ est, ut Menelaum isto nomine appellaret, quem nullo modo poterat ἄνακτα vocare, nisi saltem ναὸς adjiceret? Id scribendum fuit ἀλλάξ. Hesychius, ἀλλάξ: ἐνηλλαγμένως. Ideo dixit Euripides ἐπ' οἰάκων δὲ βάς. Nam gubernator ut ex v. 1590. intelligitur, retro verterat navem, Ægyptum repetiturus. HERM.

ἐς Barnesius. εἰς Ald.

1612. οὔριαι—πνοαί] οὔριοι πνοαί Hec. 900. Tro. 882. quod hic quoque restituit Hermannus. Conf. ad Hec. 698.

1615. Par. G. Flor. 1. 2. ὁρμιατόνων, sed Flor. 2. in marg. γρ. ὁρμιὰν τίνων.

1628. ἀφίστασ' Porson. præfat. Hecub. p. XLIII. Libri ἀφίστασθ'.

1630. δοῦλος ὤν] Vid. ad Hippol. 1105.

1631. Delendum punctum post ἐάσεις.

1633. γε] δὲ Flor. 1.

1638. τὰ δ' ἔκδικ' οὔ Porson. ad Hecub. 1262. Libri τάνδ' ἐκδικῶ.

1640. ἔμ', ὡς πρὸ Porsonus. ἐμὲ πρὸ libri.

1644. Διόσκοροι Barnesius. Διόσκουροι Ald.

1647. ἔκγονος Matthiæ. Legebatur ἐκγόνη.

1650. εἰς MSS. Stephani. εἰ Ald.

νῦν χρόνον] χρόνον νῦν Flor. 1.

1653. Sententia hæc est: *postquam Helena nomen præbuit diis*, ut simulacrum ab Junone ex æthere factum Helena diceretur. HERM.

1654. γάμοις] Nuptias dicit quas futuras esse putabat Theoclymenus, non πεπρωμένας ut v. 1646. dictum est.

1656. σῆς] σὺ Flor. 1.

1657. πράσσειν Matthiæ. Libri πράττειν.

1658. καὶ] Scribendum κἂν cum Heathio.

1660. ἥσσον' Piersonus Veris. p. 66. Libri ἥσσονες.

1662. συγγόνῳ δ' ἐμῇ λέγω] Eodem modo etiam in Iphigenia Taurica Minerva v. 1446. seqq. ex longinquo Oresten alloquitur, addens: κλύεις γὰρ αὐδὴν, καίπερ οὐ παρὼν, θεᾶς. HERM.

1663. ἕξετ' codices. ἄξετ' Ald.

1664. διπλῶ Schæferus. διπλὼ Ald.

1665. παριππεύοντε] *Per mare juxta vecti.* Ἅρμα ἵππιον Dioscurorum supra memoravit v. 1495. Conferas Phœn. 209. περιρρύτων ὑπὲρ ἀκαρπίστων πεδίων Σικελίας Ζεφύρου πνοαῖς ἱππεύσαντος. PFLUGK.

1666. Eadem prædicit Apollo in Oreste v. 1635. seqq. Monuit Barnesius.

1668. ξένια] De his sacris vid. schol. ad Pindari Olymp. 3, 67. et Bacchylidem apud Athen. p. 500. MUSG.

1670. οὔ δ' Victorius. οὐδ' Ald.

σε] σοι Flor. 1. 2. οὔ δ' ὥρισέν σε, *ubi te Mercurius constituit.* Similiter ὁρίζειν et ὁρίζεσθαι βωμοὺς dicit Soph. Trach. 237. 754. MATTH.

1671. τῶν κατ' οὐρανὸν δόμων κλέψας δέμας σὸν] Furtim tuum corpus ex æthere assimulatum exhibens. Sic supra v. 34. Εἴδωλον ἔμπνουν οὐρανοῦ ξυνθεῖσ' ὕπο. BARN. Recte interpretatur Barnesius, sed non animadvertit verba Σπάρτης ἀπάρας, τῶν κατ' οὐρανὸν δόμων κλέψας δέμας σὸν, μὴ Πάρις γήμειέ σε, non Euripidis, sed interpolatoris esse additamentum, tanto inutilius, quum sequantur verba ἐπεὶ κλοπὰς σὰς ἐκ δόμων ἐδέξατο. Eo sublato aptissime cohærent verba οὔ δ' ὥρισέν σε πρῶτα Μαιάδος τόκος, φρουρὰ παρ' Ἀκτὴν τετα-

μένη —. Quod Hermanno placuit interpungere οὗ δ' ὥρισέν σε πρῶτα Μαιάδος τόκος Σπάρτης, ἀπάρας τῶν κατ' οὐρανὸν δόμων, κλέψας δέμας σὸν,—ut Σπάρτης ab ὥρισεν regatur, ἀπάρας autem significatione intransitiva dictum accipiatur, vitiosum est propter collocationem verborum quæ disjungi postulat quæ nemo, quem commata interposita non admonuerint, non conjungenda esse putabit.

1673. Ald. φρουροῦ παρ' ἀ. τεταγμένη. Flor. 1. 2. φρουροῦ—τεταγμένους. MSS. Steph. φρουρὰ—τεταμένη. Pro νῆσον Flor. 2. μνῆσον, sed ille in marg. γρ. νῆσον. MATTH.

νῆσον] Insulam Cranaën indigitat, vel Laconiæ, vel, ut alii volunt, Atticæ, Sunio promontorio vicinam; in qua Paris cum Helena primum dicitur coiisse: Νήσῳ δ' ἐν Κρανάῃ ἐμίγην φιλότητι καὶ εὐνῇ, Homer. Iliad. Γ, 445. in quem locum vid. interpretes Homeri et Stephanum περὶ πόλεων in voce Κρανάη, sive, ut alii, Κραναή. Hic vero loci ab Euripide fingitur, Mercurium veram Helenam surripuisse; et illius formam ex æthere mutuatam Paridi donasse: denuo autem veram Helenam in hanc insulam deportatam fatis concessisse, et nomen suum insulæ reliquisse. De hac insula Stephanus περὶ πόλεων: Ἑλένη, νῆσος Ἀττικῆς· ἐκεῖ γὰρ ἀποβῆναί φασι τὴν Ἑλένην μετὰ τὴν ἅλωσιν Ἰλίου. ἐκαλεῖτο δὲ Μακρὶς, διὰ τὸ μῆκος. Vid. etiam Strabonem 9. p. 399. et 485. Plin. 4, 12. Pausan. 1, 35, 1. Eustathium, p. 433, 21. BARN.

1676. τῷ πλανήτῃ Μενέλεῳ θεῶν πάρα Μακάρων κατοικεῖν νῆσόν ἐστι μόρσιμον] Hoc ex Homero Odyss. Δ, 562. Σοὶ δ' οὐ θεσφατόν ἐστι, διοτρεφὲς ὦ Μενέλαε, Ἄργει ἐν ἱπποβότῳ θανέειν καὶ πότμον ἐπισπεῖν, ἀλλά σ' ἐς Ἠλύσιον πεδίον καὶ πείρατα γαίης ἀθάνατοι πέμψουσιν, &c. BARN.

1680. τῶν δ' ἀναριθμήτων] Scaliger legit ἀναρίθμητοι, non, ut ego puto, bene. Non enim ad πόνοι referenda est illa vox, sed τῷ εὐγενεῖς opponenda, et vulgares homines sonat, de quibus Homer. Iliad. B, 202. Οὔτε ποτ' ἐν πολέμῳ ἐναρίθμιος, οὔτ' ἐνὶ βουλῇ. Ion. v. 837. ἀμήτορ', ἀναρίθμητον, &c. ubi ἀναρίθμητον sonat δυσγενῆ, ut et in hoc loco. BARN.

1685. μονογενοῦς] Corrigendum ὁμογενοῦς cum Cantero.

1688—1692. Iidem versus in fine Medeæ, Alcestidis, Andromachæ, Baccharum.

1691. εὗρε] Scribendum ηὗρε.

I O N.

DE tempore quo edita hæc fabula videatur tantum constat quantum ex numeris versuum colligere licet, i. e. inter fabulas referendam esse olymp. 88—91. actas. Idem de duabus reliquis est dicendum, Hercule et Electra.

---

1. Ἄτλας ὁ χαλκέοισι νώτοις οὐρανὸν] Omnes omnium poetarum loci sunt pleni hujus fabulæ, de Atlante Cœlum humeris sustinente. Homer. Od. A, 53.—ἔχει δέ τε κίονας αὐτὸς Μακρὰς, αἳ γαῖάν τε καὶ οὐρανὸν ἀμφὶς ἔχουσιν. Ovid. Metam. l. 4. fab. 7. *Quantus erat, mons factus Atlas: nam barba comæque In sylvas abeunt; juga sunt humerique manusque; Quod caput ante fuit, summo est in monte cacumen: Ossa lapis fiunt. Tum partes altus in omnes Crevit in immensum (sic, dii, statuistis) et omne Cum tot sideribus cœlum requievit in illo.* Apollodorus Biblioth. I. c. 2. §. 3. Ἰαπετοῦ δὲ καὶ Ἀσίας τῆς Ὠκεανοῦ, Ἄτλας, ὃς ἔχει τοῖς ὤμοις τὸν οὐρανόν. BARN. Æschylus Prom. 425. μόνον δὴ πρόσθεν ἄλλον ἐν πόνοις | δαμέντ' ἀκαμαντοδέτοις Τιτᾶνα λύμαις | εἰσιδόμαν θεὸν Ἄτλαν, | ὃς αἰὲν ὑπέροχον σθένος κραταιὸν | γᾶς οὐράνιόν τε πόλον νώτοις ὑποστενάζει.

2. παλαιὸν] παλαιῶν Par. E. Vox ἐκτρίβων, interprete Barnesio, indicat, Atlantis dorsum adeo durum fuisse, ut cœlum potius attereret, quam ab eo vel minimum attereretur. MUSG. Debebat φέρων dicere: pro quo gravius posuit verbum ἐκτρίβων. Similiter in loco Æschyli modo allato ὑποστενάζει dictum pro φέρων ὑποστενάζει.

3. μιᾶς] I. e. Pleïones: vid. Apollodor. 1, 3, 10. MUSG.
'μ' L. Dindorfius. Vulgo μ'.

4. Ald. λάτρην, ut Flor. 1. λάτριν Par. G. Flor. 2. λάτριν Par. E. [et Pal.] MATTH.

6. Eustathius ad Dionys. P. 1181. Εὐριπίδης δὲ καὶ ἐπὶ μαντείας νοεῖν τὸν ὕμνον δίδωσιν, ἔνθα τὸ ὑμνῳδεῖν ἀντὶ τοῦ θεσπίζειν τίθησι. φησὶ γοῦν ἐν Ἴωνι "ὀμφαλὸν μέσον καθίζων Φοῖβος ὑμνῳδεῖ βροτοῖς." τοῦτο δὲ ἀντὶ τοῦ ἐμμέτρως ᾄδειν νοεῖσθαι δύναται. BURNEIUS.

9. Ald. χρυσολόχου cum duobus Florr. puto etiam Pariss. χρυσολόγχου MSS. Steph. [et Pal.] MATTH.

10. παῖδ'] παῖδ' ἐξ Pal.

11. προσβόροις πετραις Flor. 2. πρὸς βόροις πέτραις Pal.

12. τῆς Ἀθηναίων χθονός quo referri possit in constructione, nescire se fatetur Musgrav. Dictum est, ut οἶσθ' οὖν τὸν Οἴτης Ζηνὸς ὕψιστον πάγον Soph. Trach. 1193. πρὸς τὰ Χαλκώδοντος Εὐβοίας σταθμά Philoct. 489. ἥ τε Σουνίου Δίας Ἀθάνας σῶς ὑπάργυρος πέτρα Eur. Cycl. 293. Nam quum dici posset et ὁ Ζηνὸς πάγος, τὰ Χαλκώδοντος σταθμά, ἡ Ἀθάνας πέτρα, et ὁ Οἴτης πάγος, τὰ Εὐβοίας σταθμὰ, ἡ Σουνίου πέτρα (vid. Gramm. Græc. §. 354. 6. a.) nihil mirum, duas constructiones conjunctas esse. MATTH.

14. ἁγνῶς Ald. Quod editores recentiores posuerunt ἁγνὼς, videtur in Pal. esse.

15. ὄγκον Brodæus. Libri οἶκον.

19. ἀντίπηγος] Hesychius per κίστην et κιβωτὸν explicat ex hoc loco. Rotundum fuisse ex hoc versu liquet, viminibus contextum ex v. 37. Ovid. Metam. 2, 554. MUSG.

22. φρουρὼ Flor. 1. 2. MSS. Stephani. φρουρῶ Pal. φρουρῷ Ald.

φύλακε Porsonus ad Phœn. 1419. Legebatur φύλακας.

23. παρθένοις Ἀγραυλίσι] *Agrauli filiabus.* Erat Agraulos Cecropis uxor (Apollodor. l. 3. c. 13. sect. 2.) filiasque habuit, satis ex Ovidio notas, Aglauron, Hersen, Pandroson: confer v. 499. Per eam jurabant Atticæ mulieres: Aristoph. Thesm. v. 540. Confundunt cum filia Aglauro multi, etiam veteres, nominatim Ulpianus ad Demosthen. de falsa Legatione, p. 264. ed. Morell. et Hesychius v. Ἄγλαυρος. Vide et Porphyrium περὶ Ἀποχῆς, 2, 54. MUSG. ἀγλαυρίσι Pal.

24. *ὅθεν Ἐρεχθείδαις ἐκεῖ | νόμος τίς ἐστιν*] Etsi non ineptum est *ἐκεῖ*, quum hæc non Athenis, sed Delphis agantur, tamen et hoc vocabulum et quod sequitur *τις* tam inutiliter est adjectum ut vix videatur imputari posse Euripidi. Quamobrem vereor ne utrumque lacunæ explendæ caussa insertum sit a grammatico. Scribendum igitur indicata lacuna, quæ non uno modo expleri potest, *ὅθεν Ἐρεχθείδαις νόμος* | * * * *ἐστιν* —. Barnesius *ἔτι νόμος τίς ἐστιν*.

28. *Φοῖβος*] *φίλος* Pal.

30. *πόλιν* L. Dindorfius. Scribebatur *πτόλιν*, qua forma tragici non utuntur nisi postulante metro.

33. *ἔνεγκ' ἀδελφῷ*] Scribendum *ἔνεγκε Δελφῶν* cum Reiskio.

37. 39. *κύτος* MSS. (?) Stephani. *σκύτος* codices et Ald.

39. *τοὐδέναπτύξας* Pal.

40. *ἑλικτὸν* Hermannus. Scribebatur *εἰλικτόν*.

ὁρῷθ' Scaliger. *ὁρᾶθ'* codices. *ὁρᾶσθ'* Ald.

41. *ἅμ' ἱππεύοντος* Musgravius. Libri *ἀνιππεύοντος*. *ἅμα κύκλῳ ἡλίου una cum sole* est i. q. *ἅμ' ἡλίῳ ἀνίσχοντι*. MATTH. Sic. v. 122. *ἅμ' ἡλίου πτέρυγι θοῇ*.

42. *βαίνουσα* Flor. 1.

48. *σύνεργος* error typothetæ pro *σὺνεργὸς*.

52. *ἀμφὶ βωμίους τροφὰς ἠλᾶτ' ἀθύρων*] *Vagabatur*, ut solent pueri temere huc illuc currere. Conf. v. 323. *βωμοί μ' ἔφερβον οὐπιών τ' ἀεὶ ξένος*. SEIDL.

59. *Χαλκωδοντίδαις*] Ita dicti sunt Eubœenses a rege eorum Chalcodonte, qui ab Amphitryone et Thebanis victus in prœlio periit. Plutarch. Op. Mor. p. 1378. ed. H. Steph. Pausan. p. 249, 40. 296, 20. Eustath. p. 281, 44. MUSG. Libri *Χαλκοδοντίδαις*. Per *ω* recte scriptum apud Eustathium.

60. *Εὐβοῖδα* Matthiæ. Vulgo *Εὐβοΐδα*.

73. *ἔχῃ* codices. *ἔχοι* Ald.

74. *Ἴωνα δ' αὐτὸν, κτίστορ' Ἀσιάδος χθονὸς*] Ion, Apollinis, vel Xuthi, et Creusæ filius, Atticas duxit colonias in Asiam, quæ coloniæ ex ejus nomine Ionia vocabantur. Ioniæ autem 13 hæ urbes: Ephesus, Miletus, Myus, Priene, Colophon, Teus, Lesbos, Erythræ, Phocæa, Clazomenæ, Chius, Samos, Smyrna. vid. Suidam in voce *Ἰωνία* et Stephanum *περὶ πόλεων*. BARN.

79. *πρὸ ναοῦ*] Sic *πρὸ δόμων* dictum v. 129.

81. *ἐγώ*] *ἐγώγε* (sic) Flor. 2.

σφε addidit L. Dindorfius. Scaligero νιν placebat.

82. Deleatur comma post τεθρίππων.

83. λάμπει vi activa ut Helen. 1131. MATTH.

84. φεύγει Par. G. Flor. 2. Pal. φλέγει Ald. quod suprascriptum est in Flor. 2.

πυρὶ τῷδ'] πῦρ τόδ' Pal.

87. ἡμέραν] πραεῖαν Flor. 1. quod in margine, tanquam scholion, ab eadem manu habet Flor. 2. Scribendum ἡμερίαν cum Cantero. " Ἡμερία ἀψὶς est rota diem ferentis Solis. Βροτοῖσι pertinet ad totam sententiam. Nam Parnassi cacumina quum Solis rotas accipere hominibus dicuntur, nihil id est aliud quam lucem diurnam in Parnasso primum conspicuam oriri hominibus." HERM.

89. σμύρνης δ' ἀνύδρου (corrige errorem typothetæ ἐνύδρου)] Solo arido siccoque nascentis. Sic appellatur thus, ut videtur, ob siccitatem soli in Arabia felici. MUSG.

90. πέτεται Musgravius. Libri πέταται.

91. θάσσει] Non quotidianum erat hoc, sed per intervalla factum. Tradit Plutarchus (Op. Mor. p. 522. ed. Steph.), Pythiam priscis temporibus semel tantum in anno oracula edidisse; postea vero semel in mense facultatem consulendi Deum concessam esse, quem morem tangit etiam, p. 708. Fuere etiam certi dies, ἀποφράδες dicti, quibus non licebat θεμιστεύειν. Plut. in Alexandro, p. 1232. Sed ne legitimis quidem diebus Pythiam introducebant, nisi victima, superinfuso capiti vino, toto corpore contremuisset: Plut. Op. Mor. p. 773. Hinc tenendum, diem, quo hæc acta finguntur, ex maxime sanctis fuisse; cæremoniasque adeo hic enarrari non quotidianas, sed præcipui quiddam, quod talis diei solennitas celebritasque exigebat. MUSG.

98. στόμα δ' εὔφημον φρουρεῖν ἀγαθόν] Legebatur φρουρεῖτ', unde frustra in explicando aut emendando inani et inepto illo ἀγαθόν laborarunt interpretes. Cæterum sequentia φήμας τ' ἀγαθὰς τοῖς ἐθέλουσιν μαντεύεσθαι γλώσσης ἰδίας ἀποφαίνειν minime de responsis ab ministris Apollinis reddendis accipienda sunt cum interpretibus. Impium enim fuisset fausta responsa jubere sacerdotes edere deum consulentibus, quæ illi talia qualia ab deo acciperent, sive fausta sive infausta, reddere debebant. Deinde si ii qui jamjam accipiebant responsa ex ore vatum etiamtum ἐθέλοντες μαντεύεσθαι erant, quando tandem

futurum erat ut μαντευόμενοι fierent? Denique ἰδίαν γλῶσσαν, nisi contraria cogitanda esset aliena, non dixisset Euripides; neque enim bonæ notæ scriptores, sicut recentiores, ἴδιος simpliciter pro pronomine reflexivo unquam posuerunt. Enimvero longe alia horum verborum et hæc quidem sententia est: Linguis favere vos decet, ne a vestris ipsorum linguis infausta omina capiant qui consulturi oraculum sunt. L. DINDORF.

100. μαντεύεσθαι Par. E.G. Pal. μαντεύεσθαί Flor. 2. μαντεύεσθε Ald.

107. αἱ codices. ἃ Ald.

112. Ramos laureos et myrti alloquitur, quibus verrit ædem. BOTH.

νεηθαλὲς] νεοθαλὲς Pal.

113. καλλίστας] κάλλιστον Dobræus.

115. σαίρεις Par. E. Pal. σαίρει Ald.

116. κήπων] κόμπων Pal.

117. δρόσοι] δρόσω Pal.

118. Defectum syllabæ Hermannus explet addendo γᾶς. Idem ἀέναον restituit. Libri ἀένναον forma vitiosa.

120. μυρσίνας] Myrtum præ ceteris perenni hoc fonte irrigatam fuisse tradit, quod, secundum aliquos certe veterum, copiosissima rigatione indigeret. Theophrastus Hist. Plant. 2. c. 8. δεῖσθαι δέ φησιν Ἀνδροτίων—πλείστης ὑδρείας—ἐλαίαν καὶ μύρρινον. Confer nostri Electram v. 777, 8. De myrti sanctitate vide porro Alcest. v. 173. Aristoph. Thesm. v. 455. Polluc. 1, 27. 28. MUSG.

122. ἀελίου] Scribebatur ἠελίου. Restitui ἀελίου correpta syllaba prima. In Ald. duo versus, quorum alter πτ. θοῇ.

θοῇ] Scribendum θοᾷ cum Hermanno.

125—127. Scribendum ὦ—παῖ hic et 141—143. uno versu, qui est molossicus hexameter, nisi, quod suspicor, alterum ὦ Παιάν alterumque εὐαίων est delendum.

130. μαντεῖον] τὴν μαντεῖον Pal.

134. εὐφάμους μόχθους corrigit Porson. ap. Monk. ad Hipp. 301. sed videntur duæ constructiones confusæ esse, οὐκ ἀποκάμνω εὐφήμοις πόνοις, et οὐκ ἀποκ. εὐφήμους πόνους μοχθεῖν. MATTH. δὲ post εὐφάμοις ex conjectura L. Dindorfii additum confirmavit Pal.

135. ἀποκάμνω Par. E. et Pal. ἀποκάμψω Ald.

139. τὸ Musgravius. Libri τόν. Sententiam recte explicat Hermannus, *utili mihi patris nomine Phœbum appello.*

147. Scribendum uno versu dochmiaco ἂν ἀποχεόνται Κασταλίας δῖναι.

151. ἀεὶ Elmsleius. αἰεὶ Pal. ἀρεὶ Flor. 1. 2. ἀρά Ald.

152. παυσαίμαν] παυσαίμην Flor. 1. 2. Pal.

156. χρίμπτειν θριγκοῖς] χρίπτειν θριγγοῖς Pal.

157. εἰς] Scribendum ἐς.

159. κήρυξ] Recte Ald. κῆρυξ. Dicit autem aquilam.

161—169. De hujus loci actione disserit Demetr. περὶ ἑρμηνείας §. 199. (195. ed. Schneid.) a Boissonadio citatus.

161. πρὸς Flor. 1. 2. Vulgo πρό.

162. κύκνος Brodæus. Libri κύκλος.

166. πάραγε Scaliger. Libri παρά τε.

172. καρφηρὰς] Hesychius, καρφυλαί: αἱ ἐκ τῶν ξηρῶν ξύλων γινόμεναι κοῖται. Εὐριπίδης Ἴωνι. ubi ordo literarum καρφυραί postulat. Monuit Wesseling. ad Diodor. vol. 2. p. 103.

174. ἐν om. Pal.

178. Post Φοίβου indicavi lacunam.

180. φήμας] Scribendum φάμας.

184. Personarum notationem per totum carmen in veteribus editionibus plane turbatam et confusam primus ad saniorem rationem revocavit Musgravius. Quem ego fere sequutus sum, nisi quod quæ ille choro reliquit 184—189, ego hemichorio priori attribui: nam per hemichoria chorus inter se colloquens in scenam ingreditur. Tum quæ ille alteri, priori, et iterum alteri tribuerat versus 195—200, uni hemichorio alteri continuavi, aliter distinctos. Denique v. 214—218. ab illo male inter duo hemichoria divisos ego unius feci. L. DINDORF.

184—189. χο. Ald. versibus sic divisis οὐκ— | εὐκίονες— | θεῶν— | θεραπεῖ,— | τῷ—. Stropha hæc ex quattuor constat versibus sic digerendis, οὐκ— | εὐκίονες— | θεῶν— | ἀλλὰ— φῶς, eodemque modo in antistropho 194—200.

186. Ald. ἀγιάτιδες θεραπεῖ. ἀγυιάτιδες Flor. 1. 2. ἀγυάτιδες Par. E. ἀγυιάτιδες θεράπαιναι citat Eustath. p. 166, 23. sed recte Hesych. θεραπεῖαι v. Ἀγυιάτιδες, ubi vid. interpr. Cf. Bekk. Anecdot. p. 340, 2. MATTH. ἀγυάτιδες θεραπεῖ Pal.

995. *χωρεῖ τρίτον θῦμ' ὡς ἐπισφάξων δυοῖν*] *Tertiam victimam tum mactaturus ad duas vadit.* Hæc omnia ex historiæ fide hausta; ita enim Apollodorus Biblioth. 2. c. 4. sect. 11. *Λαμβάνει δὲ Ἡρακλῆς παρὰ Κρέοντος ἀριστεῖον τὴν πρεσβυτάτην θυγατέρα Μέγαραν. ἐξ ἧς αὐτῷ παῖδες ἐγένοντο τρεῖς, Θηρίμαχος, Κρεοντιάδης, Δηϊκόων.* Ita supra ipse poeta v. 472. *Τρεῖς δ' ὄντας ὑμᾶς τριπτύχοις τυραννίσι Πατὴρ ἐπύργου.* BARN.

997. *ὑπεκλαβοῦσα*] *ὑπεκκλέπτουσα* Piersonus Veris. p. 223. Frustra.

998. Κυκλωπείοισιν] Scribendum Κυκλωπίοισιν. Conf. ad v. 15.

1003. ἐπὶ λόφῳ κέαρ] Sic Ald. et MSS. Canter. nov. lect. 6, 13. em. ἐπίλογχον χερί. Wakefield. ἐπιλόφῳ κάρᾳ. H. Steph. e MSS. suis duas lectiones profert, ἐπὶ λόφῳ κέρα et ὑπὸ λόφῳ κάρα. MATTH. Nihil horum satisfacit.

1004. πέτρον] Σωφρονιστῆρα vocabant. Vid. Pausaniam in Bœoticis p. 290, 14. ed. Sylb. Θηβαῖοι δὲ καὶ τάδε ἐπιλέγουσιν, ὡς Ἡρακλῆς ὑπὸ τῆς μανίας καὶ Ἀμφιτρύωνα ἔμελλεν ἀποκτιννύναι· πρότερον δὲ ἄρα ὕπνος ἐπέλαβεν αὐτὸν ὑπὸ τοῦ λίθου τῆς πληγῆς· Ἀθηνᾶν δὲ εἶναι τὴν ἐπαφεῖσάν οἱ τὸν λίθον τοῦτον, ὅντινα Σωφρονιστῆρα ὀνομάζουσιν. BARN.

1005. μαργῶντος] μαργῶντά τ' Elmsleius, collato Phœn. 1163. ἀλλ' ἔσχε μαργῶντ' αὐτὸν ἐναλίου θεοῦ Περικλύμενος παῖς, λᾶαν ἐμβαλὼν κάρᾳ etc.

1007. πεσήμασι στέγης] *Casu tecti*, sc. cum Hercules illud fodiendo et moliendo dirueret, de quo supra v. 999. MUSG.

1009. διχορραγὴς Flor. 1. 2. διχορραγοῦς MSS. Stephani.

1010. 1011. Hoc ordine Piersonus Veris. p. 149: inverso libri.

1011. σειραίων βρόχων Piersonus. σειρεύων (τηρεύων MSS.(?) Stephani). βρόχῳ vulgo.

1017. ἔχει πάτρα] Imo αὐχεῖ πάτρα, ut in Phœn. v. 1153. Ἀργεῖον αὔχημ'. Vide et quæ dedi ad Electr. v. 1. MUSG.

ὁ φόνος ἦν, ὃν Ἀργολὶς ἔχει πάτρα] De hac Ægypti quinquaginta filiorum ex Danai totidem filiabus facta cæde, deque juvenum et puellarum singulis nominibus cæterisque ad hanc historiam pertinentibus, consule Apollodorum in Bibliothec. 2. c. 1. sect. 4. et 5. BARN.

1018. ἄριστος vocatur ille φόνος, quia Argivos a dominatione filiorum Ægypti liberavit. MATTH.

1019. τῶν Hermannus. τῶν τῶν Flor. 1. 2. τῶν τοῦ Ald.

1020. τὰ δ' Hermann. pro τάδ' *mala* ab *Hercule perpetrata*. Idem puncto distinxit post κακά, quum in Ald. nulla esset interpunctio. MATTH.

1021. κόρῳ—Πρόκνης] Ityi: vid. Apollodor. 3, 13. BARN.

1022. Vict. V. C. ᾠδόμενον Μουσ. Proprie ipse Procnæ filius ἐθύετο. pro eo φόνος θύεσθαι dicitur, et quum hæc immolatio postea carminibus celebraretur θύεσθαι Μούσαις. MATTH.

μούσαις] Scribendum litera majuscula *Μούσαις*.

1023. *ὦ δάϊε* nunc ex Canteri conjectura legitur. Libri *ὦ δαΐς*. Sed recte monet Elmsleius *ὦ δάϊε* contra morem tragicorum dictum esse nec credibile videri Euripidem *ὦ δάϊε* scripsisse, quum in promptu esset usitatum tragicis *ὦ τάλας*. De quo ita cum Elmsleio consentio ut *ὦ τάλαν* potius restituendum esse censeam, deleto quod v. 1021. legitur *τάλανι*, quod scripturæ corruptæ *δαΐς* correctio esse videtur.

1024. 1025. *μοίρᾳ. | ἐς τίνα στεναγμόν*] Hæc verba non integra esse et metrum arguit et ineptum illud *ἐς*, quod delendum videbatur Dobræo.

1026. *ᾠδὰν* Par. G. et 2714. Flor. 1. 2. *αὐδὰν* Ald.

ἀχήσω] Scribebatur *ἰαχήσω*.

1029. Scribendum uno versu *ἴδεσθε—δόμων*, et mox iterum *ἴδεσθε—δυστάνου*. De metro dixi ad Androm. 826.

1030. *κλίνεται*] *κλίνοντα* MSS. (?) Stephani.

1031. *ὤμοι* Hermannus. Vulgo *ἰώ μοι*.

τὰ τέκνα Hermannus. Libri *τάδε τέκνα*.

πρὸ] *πρὸς* Flor. 1.

1034. *ἐκποδὼν*] Corrigendum *ἐκ παίδων* cum Dobræo.

1035. *δὲ δεσμὰ* Par. E. Vulgo *δεσμὰ δέ*. "*περὶ* h. l. adverbii vice fungitur, cui *ἐκ παραλλήλου* appositum *Ἡράκλειον ἀμφὶ δέμας*." MATTH.

1036. *ἐρείσμαθ'— | τάδε— | ἀμφὶ—* Ald.

1038. *ἀνημμένα' ἀμφὶ κίοσιν*] Scribendum *ἀνημμένα κίοσιν* cum Elmsleio.

οἴκων Par. E. Flor. 1. 2. *οἰκεῖν* Ald.

1041. *ἤλυσιν* Canterus. *τὴν λύσιν* libri. "Sic *ἤλυσιν προτιθεῖσα*, Hecub. v. 67. *βαίνων ἤλυσιν*, Phœn. v. 859. *διώκων*, *urgens*, *accelerans*, ut *διώκουσ' ἄτρυτον πόδα*, Æschyl. Eumen. v. 406. vid. et Sept. c. Theb. v. 377. Pers. v. 84." MUSG.

1042—1044. Scribendum uno versu *Καδμεῖοι—κακῶν*; de quo dixi ad Med. 1258.

1043. *ἐάσετ' ἐκλαθέσθαι* Hermannus. Legebatur *ἐάσατε* (*ἐάσετε* Victorius) *λαθέσθαι*. Orest. 325. *τὸν Ἀγαμέμνονος γόνον ἐάσατ' ἐκλαθέσθαι λύσσας*.

1044. *γε* addidit Hermannus.

1047. *ἑκαστέρω—κτυπεῖτε | κτυπεῖτε— | τὸν— | ὑπνώδεα— | οἴμοι — | κεχυμένος — | οὐκ—αἰ- | ἁζετ'— | δέσμ' — | χαλάσας — | ἀπὸ—* Ald.

κτυπεῖτε bis legitur in Ald: alterum deletum in Hervag. prima.

1049. εὖ διαύοντα, pro quo ἐνδιαύοντα interpolatum in MSS. Stephani, ex εὐδιάοντα corruptum esse animadvertit Musgravius. Hujus verbi glossema esse ὑπνώδεα visum est Bothio, qui totum versum sic scripsit, τὸν εὐδιάοντ' εὐνᾶς ἐγείρετ'. Quæ quum parum apta catalexis sit, vereor ne scribendum sit βοᾶτε, μὴ τὸν εὐδιάοντ' ἀπ' εὐνᾶς | ἐγείρετ' * * * *. Post ἐγείρετε fortasse ὕπνῳ κάτοχον vel simile quid additum fuit.

1052. Scribendum uno versu φόνος—ἐπαντέλλει.

δδ'] Legebatur δδε ante Hermannum. διά μ' ὀλεῖτε est e conjectura Wakefieldii pro διαμολεῖτε. Cf. Orest. 155. Verba κεχυμένος ἐπαντέλλει Hermann. choro dedit. In libris Amphitryoni tribuuntur. Ut hoc loco ἐπαντέλλει, *exsurgit*, sic Æsch. Agam. 26. εὐνῆς ἐπαντείλασαν. Flor. 1. 2. ἐπαντέλλοι. MATTH.

1054. ἀτρεμαῖα — αἰάξετ' Hermannus. Vulgo ἀτρεμέα — αἰάζετ'.

1057. καταρρήξῃ Hermannus. Libri καταράξῃ. V. 864. καὶ καταρρήξω μέλαθρα.

1058. ἀδύνατά μοι] Scil. ἀτρεμαῖα θρῆνον αἰάζειν. MATTH.

1060. Scribendum uno versu εὕδει—τοξεύσας, ut supra v. 1042.

ὕπνον duplicatum in Ald.: alterum delevit Brodæus.

ἔκαν'] ἔκανεν Ald.

1065. In Ald. personæ sic distinguebantur: Χο. στέναζε νῦν. | Αμ. στενάζω τέκνων ὄλεθρον. | Χο. ἰώ μοι σέθεν τε παιδός. | αἴ αἴ ὦ πρέσβυ. Αμ. σίγα, σίγα, παλίντροπος | ἐξεγειρόμενος — | φέρ'— | ὑπὸ — κρύψω. | θάρσει. νὺξ ἔχει βλ. παιδὶ σῷ. | Αμ. ὁρᾶθ' ὁρᾶτε. Rectius distinxit Hermann. MATTH.

1074. τὸ— | κακοῖσιν— | ἀλλ'— | πρὸς— | πρὸς—ἕξει Ald.

μὲν recte delet Hermannus.

οὐ MSS. (?) Stephani. ὦ Flor. 1. 2. Ald.

1075. Deest apodosis τοῦτο δεινότατον ἔσται. MATTH.

1077. Ἐριννύσι] Scribebatur Ἐριννύσι.

1078. τότε— | φόνον— | Ταφίων— | φυγᾷ— | ἀπόπρο— | διώκετε— | ἄνδρ'— | τάχα— Ald.

Scribendum uno versu τότε—ὁμοσπόρων.

1079. φόνον ὁμοσπόρων] Fratrum sc. Alcmenæ, qui a Taphiis prœlio occisi sunt. Apollod. 2, 4, 6. MUSG.

1080. ἔμελλες ἐκπράξειν] Metrum corrigit Matthiæ ἔμολες ἐκπράξων.

1083. Versus pleno vocabulo est terminandus μάργον.

1085. τάχα] τάχα δὲ Hermannus.

1086. ἀναβακχεύσει] ὅδ' ἀναβακχεύσει Hermannus. Possis etiam ἔτ' ἀναβακχεύσει.

1087. ὑπερκότως] ὑπερκόπως Wakefield. et Blomfield. ad Æsch. Agam. 795, voces ὑπέρκοτος, ὑπερκότως non sine causa suspectas habentes. Cf. Heath. ad Æsch. Agam. 476. Hic et sequens versus in Ald. Herculi tribuebatur, Heath. choro adscripsit. MATTH.

1088. ἐς τόδ'] εἰς τόνδ' MSS. Stephani.

1091. δ' addidit Reiskius.

1096. πρὸς ἡμιθραύστῳ Elmsleius. Legebatur πρόσειμι θραυστῷ.

1097. ἥμαι Musgravius. Libri ἦ μέν.

1098. τόξα τ' Flor. 1. 2. τόξα δ' Ald.

1101. ἦ που MSS. (?) Stephani. οὔπω Ald. et, ut opinor, codices. Scribendum οὔ που: vid. ad Helen. 135.

1102. Verba εἰς Ἅιδου μολών lacunæ explendæ caussa ab librario adjecta videntur. Et εἰς Ἅιδου repetitum etiam Piersono suspectum fuit Verisim. p. 224.

1103. οὔτι Elmsleius. Legebatur οὔτε.

πέτρον Brodæus et, ut videtur, codices. πτερόν Ald.

1110. προδοὺς MSS. Stephani. προδῷς Ald.

1115. ἀκανθεὼν τίς εἶπαθ', οἳ καταστένοι Ald. Correctum ex Flor. 1. 2. ut emendaverat Canterus.

1116. γ' additum ex Par. 2714. Flor. 1. 2.

1119. μηκέθ' Canterus. Libri μὴ καθ'.

βάκχος, ἐκφράσαιμεν] βάκχος εἶ, φράσαιμεν Musgravius.

1120. ὡς ὕποπτον] εἰς ὕποπτον Dobræus, collato Phœn. 1210. τοῦτ' εἰς ὕποπτον εἶπας.

1126. Ald. rell. ἀρκεῖ· σιωπῇ γὰρ μαθεῖν οὐ βούλομαι. Correxit Heath. Similis sententia Hipp. 908. MATTH.

1130. λέξεις Brodæus. Libri ἕξεις.

1133. ἔσπευσας] σπεύσας Flor. 1. 2.

1142. ἦ 'βάκχευσ' Heathius. ἢ βάκχευσ' Ald. Scribendum ἢ 'βάκχευσ'.

1143. δυστυχῆ Flor. 1. 2. δυστυχεῖ Ald.

1146. δῆτα Schæferus. Legebatur δή γε.

1148. λισσάδος Flor. 1. 2. λυσσάδος Ald.

1151. Ald. et codd. τὴν ἐμὴν ἐμπρήσας. MSS. Steph. κατεμπρήσας. Contra Elmslei. monet vocis κατεμπρήσας nullam esse auctoritatem, et corrigit ἢ σάρκα τὴν τάλαιναν ἐμπρήσας πυρί. MATTH. Veram scripturam restituisse videtur L. Dindorfius ἢ σάρκα τήνδε τὴν ἐμὴν πρήσας πυρί.

1156. ἐς] εἰς recte Ald.

φιλτάτων] Scribendum φιλτάτῳ cum Reiskio.

1157. ποῖ dicit, quia sequitur μολών.

1159. Ald. φέρ' ἂν κρατὶ περιβάλω σκότος. πέπλοισι e MSS. Steph. accessit. φέρ' ἄν τι κρατί Florr. 1. 2. sed in 2. annotatum λείπει. ἂν Heath. in ἐν mutavit. MATTH. πέπλοισι non dubitandum quin ipsius Stephani conjectura sit, eaque vix vera. Dueta autem est ex v. 1198.

1161. Ald. καὶ τῷδε προστρόπαιον αἷμα προσλαβών. Flor. 1. καὶ τῷδε μυσαρὸν προστρόπαιον, 2. καὶ τῷδε πρὸστρόπαιον et in marg. μυσαρόν. προσβαλών est a Cantero. MATTH.

1173. ἦ που Barnesius. Libri οὔπω τι. Corrigendum οὔ που. Vid. ad Helen. 135.

1171. ἀφῖγμαι codices. ἀφεῖμαι Ald.

1178. ἐλαιοφόρον ὄχθον] Acropolin dicit Athenarum.

ἔχων] ἔχων ἄναξ Hermannus, probabiliter.

1182. μὲν] μέν νιν Elmsleius recte.

1183. ἔκανε Matthiæ. Libri ἔκτανε.

φόνιον Flor. 1. 2. φοίνιον Ald.

1186. οἰχόμεθ' οἰχόμεθα Flor. 1. 2. οἰχόμεσθ' οἰχόμεσθα Ald.

1188. ἑκατογκεφάλου] ἑκατογκεφάλοιο Seidlerus.

1189. ἀγὼν] ἀγὼν libri.

τίς δ' ὁδ' οὖν Reiskius. Libri τίς δόλου.

1190—1192. Hæc in duos trimetros dochmiacos sunt dividenda.

1190. ὃς addidit Canterus.

1191. ἦλθεν Matthiæ. Libri ἦλθε.

θεοῖσι Hermannus. Vulgo θεοῖς.

1192. εἰς] Scribendum ἐς.

1196. οὐκ— | πολυπλ.— Ald.

οὐκ ἂν ἴδοις Elmsleius ad Med. 836. Legebatur οὐκ ἄν γ εἰδείης.

1199. *αἰδόμενος* Hermannus. Libri *αἰδούμενος*.

καὶ versui proximo recte addit Ald.

1202. *ὡς συναλγῶν γ'* Wakefieldus. Legebatur *εἰς συναλγοῦντ'*.

1205. *δακρύοις συναμιλλᾶται*] *συναμιλλᾶσθαι* quidem, nisi fallor, hoc uno loco legitur, et ex *δακρύοισιν ἁμιλλᾶται* facile fieri potuit *δακρύοις συναμιλλᾶται*. MATTH.

1206. *ἱκετεύομεν— | σὰν— | χέρα—* Ald.

1208. *προσπίτνων*] Vulgo *προσπιτνῶν*.

1209. *πολιόν*] *Senile.*

ἐκβαλών Par. G. Flor. 1. 2. *ἐμβαλών* Ald.

1210. *κατάσχεθε* Elmsleius ad Soph. Œd. T. 663. Libri *κάτασχε*.

ἀγρίου] *ἄγριον* Elmsleius.

θυμὸν, ὡς Elmsleius. *θυμόν γ' ὅπως* libri.

1211. *βρόμον*] *δρόμον* Reiskius, recte.

1216. *οὐδεὶς σκότος* Canterus. *ὦδ', εἰ σκότους* (*σκότος* Flor. 2.) vulgo.

1219. *βάλῃ* Scaliger. *βαλεῖ* libri.

1221. *εὐτύχησ'*] Scribendum *ηὐτύχησ'*.

1228. *θεῶν* Flor. 1. 2. *τῶν θεῶν* Ald. *γε* delendum, *τῶν* servandum videbatur Dobræo.

1229. *τόνδ'* Par. E. 2714. Flor. 1. 2. *τῶνδ'* Ald.

1232. *τί δ' οὔ; μ.—θεῶν;* Barnesius. *τί δ', οὐ μ.—θεῶν;* Ald.

1235. *δράσας*] *δρᾶσαι* MSS. (?) Stephani.

1236. 1237. Hi versus inverso ordine leguntur in Ald. Verum ordinem restituit Brodæus, et H. Steph. e MSS. nec e Florr. quidquam enotatum, e quo alio ordine in iis hos versus legi, quam in Musgrav. suspiceris. MATTH.

1237. *γάρ εἰμι* Piersonus Verisim. p. 245. Libri *πάρειμι*.

1238. *ἐφ' ἑτέραισι συμφοραῖς*] *In mutata*, i. e. adversa, *fortuna.* MATTH.

1239. *εὗρες*] Scribendum *ηὗρες*.

1240. Recte Heath. sensum esse monet, Herculis infortunia tam esse magna, ut a terra ad cœlum usque pertingere dici possint. Eadem similitudine in contrariam partem usus est Pind. Pyth. 10. 42. *ὁ χάλκεος οὐρανὸς οὔποτ' ἄμβατος αὐτοῖς* et is, qui apud Cicer. Tusc. disp. 1. 46. *Morere, Diagora,* inquit:

non enim in cœlum ascensurus es. Vid. Boeckh. explic. ad Olymp. 5. extr. MATTH.

1242. σῶν addunt codices, om. Ald.

1244. στόμ' Par. E. 2714. Flor. 1. 2. τὸ στόμ' Ald.

1245. γέμω] γέμων Flor. 1. 2.

ὅπη τεθῇ etiam Longin. 40. ubi ed. Rob. MS. Paris. ὅποι. ὅπη Plutarch. Mor. p. 1063 D. ὅπου p. 1048 F. POR.

1248. εἴρηκας ἐπιτυχόντος ἀνθρώπου λόγους] ἐπιτυχὼν hoc in loco pro τυχὼν, ὁ τυχὼν, ὅστις ἔτυχε, i. e. *quivis, quilibet, plebeius;* ὁ ἐπιτυχὼν ἀνὴρ, aliquis ex plebe, nulla philosophia instructus, nulla animi magnanimitate supra vulgarem sortem evectus. Hic poeta desperationem vulgaribus animis dignam docet, magnis viris tolerantiam proponit. BARN.

1249. σὺ δ' Wakefieldus. Libri σύ γ'.

1251. οὔκουν τοσαῦτά γ', εἰ μέτρῳ μοχθητέον] I. e. οὔκουν τοσαῦτα ἔλεγον ἂν, εἰ μέτρῳ μοχθητέον ἦν, *non tot verba fecissem, si modice ærumnæ perferendæ essent.* MATTH.

1254. ἂν] Scribendum ἄν σ' ex Flor. 1. 2.

1256. νουθετήσεις Piersonus ad Mœr. p. 270. Libri νουθεσίας.

1259. μητρὸς πατέρα] Matris meæ patrem: sc. Electryonem. vid. supra v. 17. Historiam enarrat Apollodorus 2, 4, 6. MUSG.

1271. ποίους] πόσους Dobræus.

1272. Τυφῶνας] Elmslei. ad Ach. 1095. et ad h. l. legendum censet Γηρυόνας pro Τυφῶνας, quum nulla ratio excogitari possit, cur Typhon inter monstra ab Hercule debellata commemorari, vel τρισώματος appellari potuerit. Sed fortasse Euripides satis habuit monstra maxime dira commemorare, nil curans an ea quoque ab Hercule subacta sint. MATTH.

τετρασκελῆ Reiskius. Libri τετρασκελεῖς.

1274. ἀμφίκρανον] Novem habentem capita, quatuor ex utraque parte mortalia, unum in medio immortale. BARN.

παλιμβλαστῆ κύνα ὕδραν] Hydra dicitur παλιμβλαστὴς, ob capita: ubi enim aliquod eorum exscindebatur, duo continuo succrescebant. De qua fabula vide Erasm. in Adagio, *Hydram secas.* et Apollod. Biblioth. 2, 5, 2. BARN.

1275. φονεύσας dixit, quia plura facinora sua enumerare volebat, post quæ adderet εἰς νεκροὺς ἀφικόμην, sed inhibet

narrationem suam per aposiopesin quandam post φονεύσας, et immutata orationis forma pergit μυρίους τ' ἄλλους πόνους ἐξήνυσα, κεὶς ν. ἀφ. Ad πόνων ἀγέλας respexit Grammat. in Bekk. Anecdot. p. 336, 29. MATTH. Recte: nisi v. 1274. delendum τ' est, quod proposuit Dobræus.

1276. κεὶς] Scribendum κὰς.

1279. πόνον Reiskius. Legebatur φόνον.

1280. θριγκῶσαι κακοῖς] Troad. 489. θριγκὸς ἀθλίων κακῶν. Æsch. Agam. 1284. ἄτας τάσδε θριγκώσων φίλοις. DOBR.

1283. ἱρὸν] Libri ἱερόν.

1284. Constructio est: ἔχω γὰρ ἄτας οὐκ εὐπροσηγόρους. *calamitates enim sustineo, in quibus nullum compellare me licet.* Contagio utique sceleris contrahi etiam colloquio credebatur. vid. supra v. 1210. Orest. 75. Nec aliter Brodæus. MUSG.

1288. κληδουχούμενοι interpretor, *dum observamur* ab hominibus et *acerbis* eorum *conviciis* exagitamur. MATTH. Corruptum videtur κληδουχούμενοι. Non satisfaciunt tamen conjecturæ criticorum, quas exponit Musgravius "Vox non intellecta, pro qua Scaliger κληδονούμενοι, vocem æque ignoratam, reponit. Non spernerem, quod etiam a vestigiis literarum non longe abit [et Reisk. conjecit] λοιδορούμενοι. Sed maxime placet κληρουχούμενοι, *obnoxii calumniæ, tanquam* κληρουχίᾳ." κηλιδούμενοι Hermannus.

1292. ᾧ δ' Stobæus 104, 4. ὧδ' Ald. Cum sententia horum versuum compara Iphig. T. 1117.

ἀεὶ] αἰεὶ Ald. et Stobæus.

1293. συγγενῶς Stobæus. συγγενῶν Ald. "συγγενῶς δύστηνος est, ὃς σύντροφός ἐστι τῷ δυστυχεῖν, ut loquitur Iph. T. 1119. vel ipsa natura sua, inde a natalibus, fato quodam, infelix, ut Pindar. τὸ συγγενὲς, τὸ συγγενὲς ἦθος, ὁ συγγενὴς πότμος usurpat. A primo vero ortu se miseriæ destinatum fuisse dixit v. 1258. sqq." MATTH.

1297. ἁρματήλατον Musgravius. Libri ἁρματηλάτην.

1302. γ' Reiskius. Libri τ'.

1303. δέ] Scribendum δὴ cum Hermanno.

1304. κρούουσ' Ὀλυμπίου Ζηνὸς ἀρβύλῃ πόδα] Versus manifeste corruptus, Ζηνὸς ex versu præcedente per errorem librarii illato. Ex conjecturis criticorum una probabilis est Dobræi κρούουσ' Ὀλύμπου δώματ' ἀρβύλῃ ποδός.

1308. γυναικὸς οὕνεκα] Quod Juppiter matrem meam Alcmenam amasset. BARN.

1311. ἀγὼν] Scribendum ἀγὼν cum Wakefieldo.

1312. Lacunam post hunc versum indicavit Scaliger.

1315. οὐ ψευδεῖς] ἀψευδεῖς Elmsleius, recte fortasse.

1316. Post οὐ λέκτρα τ' sequi debebat καὶ δεσμοῖσι, pro quo οὐ δεσμοῖσι mutata constructione dixit metri caussa: nisi forte corrigendum οὐ λέκτρ' ἐν ἀλλήλοισιν, quod conjecit Lobeckius in libello de apostropho p. 7.

1317. τυραννίδας] τυραννίδα Dobræus.

1327. ταῦρον Κνώσιον (Κνώσσιον Ald.)] De Minotauro et Androgeo cæso ab Atheniensibus, deque septem pueris, totidemque puellis quotannis ab Atheniensibus Minotauro in cibum missis, donec a Theseo ille cæderetur Ariadnæ ope, Plutarchus in Theseo: item Isocrates in Helena; item Apollodorus Bibliothec. 3, 14, 8. BARN.

1331. θανόντος] Corrigendum θανόντα cum Dobræo. Mutatum ab librario propter præcedens ζῶντος.

τοι addunt codices Parisini, om. Florentini et Ald.

1340. πάρεργα—ἐμῶν κακῶν] Helen. 925. πάρεργον δοῦσα τοῦτο τῆς τύχης. DOBR.

1344. δεσπότην] δεσπότου Flor. 1.

1345. ὄντως] ὀρθῶς Clem. Al. Strom. 5. p. 691. quod alibi legitur apud Euripidem in locis similibus, velut Hippol. 1170.

1346. ἀοιδῶν Flor. 2. et Plut. Mor. p. 1052 E. ἀοιδῶν δ' Flor. 1. et Ald.

δύστηνοι λόγοι, *detestandi sermones*. δύστηνα ῥημάτια (apud Lucianum Symposio, et Socratem Histor. Ecclesiast. f. 171. p. 2. ed. Rob. Steph.) *detestanda verbula*. MUSG.

1349ᵃ. τὰς συμφορὰς MSS. (?) Stephani et Stobæus 108, 12. ταῖς συμφοραῖς Ald.

ἐπίσταται Stobæus. ὑφίσταται Ald.

1349ᵇ. θνητὸς—φέρειν] Hic versus accessit ex Stobæo.

1352. μυρίαν Wakefieldus. Legebatur μυρίων.

1354. οὐδὲν] Præstat οὐδέν'.

1362. ἐς] Scribendum εἰς.

1364. ἐπὴν Hermannus. Vulgo ἐπάν.

1369. ἐκμοχθῶν Reiskius. Libri ἐκ μόχθων.

1370. ἀπόλαυσιν Canterus. ἀπόλλυσιν libri.

1377. λυγραὶ δὲ Hermannus. Libri λυγραί τε.

1379. προσκίνουντ'] προσκυνοῦντ' accentu vitioso Ald.

1386. σύγκαμ'. ἀθλίου κυνός Ald. Correxit Piersonus Veris. p. 228.

1387. κόμιστρ'] *Præmia adducendi*, eadem analogia, qua θρέπτρα, σώστρα, μήνυτρα, a θρεπτὸς, σωστὸς, μηνυτός. nec aliter Pollux 7, 133. et 9, 159. Intelligo autem patrimonium Herculis, quod ei promissum erat, hoc ultimo labore exantlato. vid. supra v. 19. ad v. 22. MUSG.

1390. τάφον] ταφάς Reiskius.

1391. ἅπαντας Hermannus. Legebatur ἅπαντες.

1403. γε Reiskius. δὲ libri.

1404. Post πρέσβυ ponatur comma.

1407. Post τί Dobræus recte addit signum interrogandi.

1408. τε Musgravius. γε libri.

1410. Theseo tribuit Hermannus, Amphitryoni continuant libri.

οὕτω Hermannus. Libri οὕτως.

1412. 1414. 1416. et πρόσβαινε 1418. Theseo tribuunt Flor. 1. 2. et MSS. Stephani: Amphitryoni Ald.

1412. εἴ σ' ὄψεται Barnesius. εἰσόψεται Ald.

ὄντ', οὐκ Musgravius. ὄντα κοὐκ libri.

1413. πρόσθεν οὐ Jacobsius in Animadv. ad Athen. p. 90. Vulgo προσθεῖναι.

1415. ἦσθα Hermannus. Libri ἧς ἄν.

1416. παντὸς ἦν ἥσσων ἀνήρ] Mirum hoc Thesei responsum est.

1417. Solœcum est πῶς οὖν ἔτ' εἴπῃς. πῶς οὖν ἐνίπτεις Hermannus Opusc. vol. 4. p. 88. Probabilius L. Dindorfius πῶς οὖν ἂν εἴποις.

1418. πρόβαινε Reiskius. Libri πρόσβαινε.

1419. θάφθ' Barnesius. θάπθ' Ald.

1420. Hæc quoque mira et prope absurda mihi videntur.

1421. πέμψομαι] Si interpreteris: *Athenas ipse deducar*, Amphitryonis quæstioni non quadrat. Si accipias pro: *Ipse te Athenas deportari curabo*, contra historiam peccat. Thebis sepultum fuisse Amphitryonem tradit Pausanias, p. 39. ed. Sylburg. Ibi saltem usque ad diem fatalem commoratum

esse innuit Euripides supra v. 1365. MUSG. Hæc quidem difficultas tolli potest si verba *εἰς Ἀθήνας πέμψομαι Θηβῶν ἄπο*; Amphitryoni tribuantur.

1422. Hercules hoc versu non sepeliri jubet liberorum cadavera, quod antea plus semel inculcaverat, sed intus deferri. Pansæ enim portæ fuerant, v. 1030. ut cum ipso spectaculum fierent. *δυσκόμιστα γῇ* non male interpreteris *terræ solum polluentia.* vid. Œd. Tyr. v. 1426. MUSG.

1427. *στείχομεν*] *στείχωμεν* MSS. Stephani et Victorius.

ELECTRA.

"CONTULIT ad hanc fabulam Musgravius duos codices manuscriptos bibliothecæ Parisiensis, alterum no. 2888, quem littera α, alterum no. 2714, quem littera β signavit. De tertio, quem idem adhibuit, cujus nota est γ, satis putavit commemorare, mendosissimum esse atque ab homine ἀναλφαβήτῳ conscriptum.

Præter has Musgravii collationes, quarum ope vitia aliquot sustulimus, alio subsidio nobis adfuit Thierschii nostri liberalitas. Asservatur enim in Bibliotheca Regia Monacensi exemplum editionis principis, in cujus margine ipse Petrus Victorius varias quasdam lectiones et glossas manu sua adscripsit. Hæc annotata, quæ partim ipsum Victorium auctorem habent, partim, quod e certissimis indiciis patet, ex Codice Ms.[a] ducta sunt, diligenter excerpta Thierschius ad nos permisit; neque id solum, verum ipsam illam editionem denuo in nostram gratiam contulit. Refert ille de hac editione ita: 'Editio princeps hoc est titulo:

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΗΛΕΚΤΡΑ.

EURIPIDIS ELECTRA

Nunc primum in lucem edita.

Cum Privilegio Pontificio, et Cæsareo
ad Decennium.

ROMÆ MDXXXXV.

forma octava minore, foliis triginta constans, post titulum epistolam Victorii ad Nicolaum Cardinalem descriptam, argumentum Græcum et textum exhibens.' Non commemorat Thierschius argumentum Latinum, quod legitur in plerisque editionibus, atque a nonnullis diserte Victorio tribuitur. Vide igitur, ne depromtum hoc sit ex editione Victorii Florentina. Nam verum haud dubie est, quod quidam tradunt, bis hanc fabulam a Victorio editam esse, primum Romæ, anno 1545, Græce, deinde

[a] Ducta sunt ex Flor. 2. G. D.

Florentiæ, anno post, Græce et Latine. Vid. Beckii recensionem editionum vol. 3. p. XIV. Florentina editione usus est Musgravius. Quod formam hujus editionis alii octavam produnt, alii duodecimam, id facili errori tribuendum puto. Illud autem memorabile est, Musgravium Florentinam editionem referre ad annum 1545. Idem facit Fabricius Bibl. Græc. 1. p. 646. sed ille quidem errore manifesto. Editio enim, de qua loquitur, vix alia esse potest, quam Romana. Errorem, opinor, peperit hoc, quod epistola Victorii dedicatoria, quam Romanæ quoque editioni præmissam esse supra memoravimus, Florentiæ est data anno 1545. Huc igitur Fabricius videtur respexisse, quum editionem principem Florentiæ editam esse referret. Eadem res fortasse fraudi fuit Musgravio, ut annum Florentinæ editionis falso ederet." SEIDLER. Victorii ad Nicolaum Cardinalem epistola hæc est:

PETRUS VICTORIUS NICOLAO ARDINGHELLO CARDINALI S. Viget adhuc in me, Ardinghelle amplissime, studium illud, quo superioribus annis valde flagravi, bonos auctores adjuvandi: nec cesso, quum per occupationes licet, aliquid operæ, diligentiæque, huic etiam parti literarum dicare. Qui mei labores aliquando foras prodibunt, et aliquid utilitatis, ut spero, studiosis bonarum artium adportabunt. Nunc quum in manus meas venerit Euripidis Electra, quæ adhuc in tenebris latuit, ac situ pene, carieque confecta erat, visum mihi est illam ad te mittere: quem, quamvis multis magnisque negotiis distentum esse sciam, tamen toto animo literarum studia, et ingenuas artes amare cognovi. Arbitror enim hoc munusculum tibi, et ob poematis excellentiam, et ob auctoris nobilitatem non parum gratum fore. Tu vero quum ipse diligenter legeris, si tibi videbitur, aliis etiam legendam, ac formis quoque excudendam dabis. Quod, quia te cunctis in rebus publicorum commodorum studiosum cognovi, omnino puto esse facturum.

E tenebris autem illam primum eruerunt ingeniosi, eruditique adolescentes, cives nostri, Bartholomæus Barbadorus, ac Hieronymus meus, quum vetera hujus poetæ exemplaria, ut jam editas Tragœdias multis mendis scatentes cum illis conferrent, undique conquirerent, ac sedulo illa pertractarent, statimque ad me attulerunt, quo duce illi in studiis literarum usi sunt. Ipse postea accurate lectam, et non paucis locis purga-

tam, (præcipue autem personæ perturbatæ erant) quæ a te quoque legeretur, dignam esse existimavi. Quin autem illa Euripidis sit, dubitari non posse arbitror. Præterquam enim quod inter medias ejus poetæ fabulas in vetustissimo codice interjecta est, testimonio antiquorum scriptorum id liquido confirmatur, qui inde exempla sæpe sumunt. Stilus quoque id et elegantia sermonis manifesto declarant. Unde autem hoc boni, quicquid est, manaverit, significare etiam tibi, aliisque non inutile existimavi: ne et illis sui laboris merces eriperetur, et ut quotidie magis magisque ad laudem ea degustata excitarentur.

Nam quod tibi eam mittendam statui, non dici potest quantopere illi gavisi sint. Sunt enim mirum in modum amplitudinis, dignitatisque tuæ amantes, et incredibiles animi tui dotes (ut debent) admirantur. Quod quum sua sponte faciant: cui enim cognita non est eruditio, probitas, humanitas, admirabilis quædam naturæ tuæ comitas, qua omnium animos, eorum etiam, qui te semel viderunt, tibi concilias? faciunt etiam hortatu meo, ac crebra tuarum illarum præclarissimarum virtutum prædicatione. Ipse sane, quum semper te dilexerim, nunc vero tantis honorum gradibus merito auctum colam, ac nonnulla, quæ non omnino vacua consilio mihi fuisse videntur, aliquando fecerim: nihil unquam mihi sapientius fecisse videor, et in quo mihi magis placeam, quam quod mature ingenii tui divinitatem perspexi, et exorientes laudes tuas, quantum potui, celebravi, demumque te mihi unum præcipue semper observandum esse duxi. Sed nimis provectus sum, quum tamen parvam partem tuarum virtutum attigerim: amor autem idem ille, et ingens admiratio tui, me ultra quam nunc oportebat abripuit, atque asportavit. Vale et me ama. Florentiæ pridie Calend. Martii MDXLV.

VICTORII ARGUMENTUM ELECTRÆ.

Cæso per dolum Agamemnone, regnoque Argivorum occupato, Ægisthus filios quoque ipsius interimere voluit. Orestes infans e media cæde a sorore Electra ereptus, servo in aliam terram asportandus traditur: feminis vitam socia facinoris

Clytæmnestra ab adultero impetravit. Quarum alteram ferociorem quum jam nubilem Ægisthus videret, periculum sibi inde creari existimans, nobili alicui dare nuptum recusavit, nec domi grandem jam tenere, metuens furtivas nuptias, tutum esse credens, colono cuidam conciliavit, qui se indignum eo matrimonio intelligens, integram eam servavit. Orestes adultus, et patris ulciscendi, et regni recuperandi cupidus, clam in agrum Argivum se contulit, sororemque, quam extra urbem vivere audierat, invenit: a qua quid fieri oporteret admonitus, ususque opera veteris sui conservatoris, manuque fidelis amici comitisque Pyladis, Ægisthum primum in agro immolantem necavit; deinde Clytæmnestram, tractam in insidias ab Electra, interfecit. Quo parricidio perpetrato, statim ipsos vehementer pœnituit, quod toto pectore expetiverant, fecisse. Confectos filios ægritudine, ac se sceleris damnantes, affines ipsis sanguine Castor ac Pollux adventu suo consolantur; et quid e re nata facere illos opus sit docent, cunctaque plena maximarum perturbationum componunt.

Exitus igitur fabulæ ἀπὸ μηχανῆς, ac similis admodum dissolutioni Orestis. Quod enim hic faciunt Dioscuri, illic Apollo præstitit. Utriusque autem finis, quum minime tristis sit, (non male enim actum est cum superstitibus, ac voti pene compotes omnes facti sunt) magis proprius esse comœdiæ, quam tragœdiæ, videtur: nam quod in argumento hic fingit poeta, colonum illum a virgine, quam domi diu habuerit, se abstinuisse, non verisimile est: quod tamen vitium ipse purgare summo studio conatur, quum eum, quamvis pauperem hominem, nobili stirpe natum dicit, ut generositas animi iniquitate fortunæ extingui non potuerit. Præterea cum reformidasse eum Orestem narrat, si quando revertisset, ne pœnas illi daret violatæ sororis, sed etiam secum quoque illum cogitasse demonstrat, non habuisse jus in alienam filiam Ægisthum, ut ratæ nuptiæ illæ ullo pacto esse potuerint. Si quid aliud hujuscemodi est in coagmentatione rerum, quod ratione careat, nec satis belle cohæreat, id eruditi ac ingeniosi viri videbunt. Neque enim nunc nobis propositum est id accurate ostendere. Utinam ut hæc fabula partes quasdam habet elegantissimas, summoque artificio confectas, necnon optimarum verissimarumque sententiarum tota plena est, ita reprehensione hac, culpaque vacaret, ac rectam οἰκονομίαν haberet.

Ἡ μὲν σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν ὁρίοις τῆς Ἀργείας γῆς. Ὁ δὲ Χορὸς συνέστηκεν ἐξ ἐπιχωρίων γυναικῶν.

In indice personarum Vict. om. Κλυταιμνήστρα. Addidit Æm. Portus.

---

1. Ὦ γῆς παλαιὸν Ἄργος] Idem fere significare videtur, ac si dicas ὦ Ἄργος, παλαιὰ τῆσδε τῆς γῆς πόλις, sive ὦ κτῆμα τῆσδε τῆς γῆς, παλαιὸν Ἄργος. Ex parte similia sunt Phœniss. 1065. ἑπτάπυργα κλεῖθρα γᾶς, et Soph. Œd. Col. 297. πατρῷον ἄστυ γῆς ἔχει. Notandum autem est hoc genus compellationis per vocativum, ad quam in sequentibus non amplius respicitur. Exclamationem verius dixeris quam compellationem. Pari modo noster in Andromachæ initio:

Ἀσιάτιδος γῆς σχῆμα, Θηβαία πόλις,
Ὅθεν ποθ' ἕδνων σὺν πολυχρύσῳ χλιδῇ
Πρίαμου τύραννον ἑστίαν ἀφικόμην.

ubi fallitur Brunckius, qui σχῆμα et πόλις nominativos putat, omisso ἐστί. Nam Alcestidis quoque initium non multum differt:

ὦ δώματ' Ἀδμήτει', ἐν οἷς ἔτλην ἐγὼ
θῆσσαν τράπεζαν αἰνέσαι, θεός περ ὤν.
Ζεὺς γάρ, etc.

Cf. etiam nostræ fabulæ, v. 55. sqq. et 430. sqq. SEIDL. γῆς additum est πλεοναστικῶς (id est, ita ut ad sensus integritatem nihil conferat, quamquam ad copiam poeticam non superfluum sit) ut Herc. f. 462. ἔγκληρα πεδία τἀμὰ γῆς κεκτημένος et sæpius, eadem constructione, qua τῆς Ἀττικῆς εἰς Μαραθῶνα et similia dicuntur. Argos vero intelligitur non urbs, sed tota regio; hinc additur quod in ea præcipuam religionem habet Ἰνάχου ῥοαὶ, non *et Inachi fluenta*, ut vertit post Stiblinum Barnesius, sed ita ut toti subjungatur pars, ut in illis Ἴδην δ' ἵκανεν πολυπίδακα, μητέρα θηρῶν, Γάργαρον et sim. MATTH.

2. ὅθεν ποτ' ἄρας ναυσὶ χιλίαις] Agamemnon mille naves bello instructas contra Trojam duxit, unde Græci in illa expeditione dicuntur χιλιόναυς στρατός. De qua re lege Homerum

in navium catalogo et Euripidis Iphigen. Aul. 231 seqq. BARN.

4. Ἰλιάδι χθονί] Imperite positus anapæstus. Scribendum Ἰλίᾳ χθονί cum Bothio. Vitium non fugerat Elmsleium, cui Ἰδαίᾳ corrigendum videbatur in *Edinburgh Review* fasc. 37. p. 70. et in Museo Cantabrig. 6. p. 296.

6. ἀφίκετ'] Verbo ἀφικνεῖσθαι similiter *de redeuntibus* utitur noster Hec. v. 964. Æschyl. Pers. v. 15. Agam. 515. Idem usus est verbi μολεῖν, ut infr. v. 48. aliorumque verborum ejusdem significationis. Vid. Heindorf. ad Platon. Protag. 4. p. 462. SEIDL.

εἰς] Scribendum ἐς.

7. ναῶν] Recte de templis, non de navibus intelligit Barnesius, coll. v. 1000.

σκύλοισι μὲν γὰρ θεῶν κεκόσμηνται δόμοι.

8. εὐτύχησεν] Scribendum ἠὐτύχησεν.

14. δόμοισιν ἔλιφ'] Vulgo δόμοις ἔλιπεν. Elegantiores numeros restituit Seidlerus, ἔλιφ' ex Or. 63. memorans.

22. παῖδ' ἀριστέων—ποινάτορ'] Libri παῖδας Ἀργείων—ποινάτορας. Correxit Porsonus ad Med. 5.

25. πλέων Matthiæ. Vulgo πλέον, ut Alc. 727.

27. Edd. κτανεῖν σφ' ἐβουλεύσατ' ὠμόφρων· ἡ δ' ὅμως. Paris. β. γ. Flor. 1. 2. κτανεῖν σφ' ἐβουλεύσαντ' ὠμόφρων δ' ὅμως. Sic etiam Paris. α. nisi quod τ' habet pro σφ'. Hinc Seidler. κτανεῖν σφε βουλεύσαντος ὠμόφρων ὅμως, deleto δ'. MATTH.

29. ἐς ἄνδρ' ὀλωλότα, *quod ad mariti necem attinet.* ut Ion. 571. ἐς σὴν ἀνεύρεσιν. Herc. 63. ἐς πατέρα. et infra 37. ἐς γένος. MATTH.

30. φθονηθείη] μεμφθείη adscriptum in marg. Flor. 2.

32. φυγάς] φύλαξ Flor. 1. 2.

33. εἶφ' Barnesius. Libri εἶπεν.

37. δὲ δὴ] γε μήν Stobæus 97, 5.

38. ἔνθεν] I. e. ἐξ οὗ, τοῦ πένητα εἶναι. MATTH.

43. ἀνὴρ] ἀνὴρ libri.

44. ἤσχυνεν] ἤσχυν' ἐν margo Flor. 2.

52. Sensus est: is sciat, se prava mentis, (statuendi, judicandi) regula metiri sive æstimare continentiam, i. e. se perperam judicare de continentiæ laude. Δικαίους κανόνας dixit noster fragm. Belleroph. 6. 5. SEIDL.

53. *καὐτὸς αὖ τοιοῦτος ὢν*] Verte, *ipsumque contra talem esse*. scil. qualem me dicat, *μῶρον*. SEIDL.

59. *ἀφείην* Portus. Libri *ἀφίην*.

61. *χάριτα τιθεμένη*] Poterat *τιθεμένη χάριν* dicere. Conf. ad Hel. 1378.

63. *Πάρεργα—δόμων*] I. e. *νόθους*. Vid. Hesych. v. *πάρεργον*. SEIDL.

66. *Καὶ ταῦτ'—ἀφίσταται;*] Construe *καὶ οὐκ ἀφίστασαι, ἐμοῦ λέγοντος ταῦτα*, sive *καίπερ ἐγὼ λέγω ταῦτα*, scil. *δεῖν σε ἀφίστασθαι*. SEIDL.

73. *συνεκκομίζειν* i. e. *συμπονεῖν, συμβαστάζειν*, ut explicant scholiastæ ad Orest. 678. et Hippol. 467. Videtur hoc verbum nostro proprium esse. Idem Euripidi significant *συνεκπονεῖν* et *συνεκφέρειν*. SEIDL.

80. 81. *ἀργός* explicandi causa subjectum sibi habet *ἄνευ πόνου*, fere ut in illis *ἔρημος ἀνδρῶν μὴ ξυνοικούντων ἔσω*. MATTH.

θεοὺς ἔχων ἀνὰ στόμα, i. e. *quantumvis deos habeat in ore*. Proxime *βίον* intellige *victum*. SEIDL.

82. *Πυλάδη*] Hinc patet, Pyladem adesse, ut mutam personam; nihil enim hic vicissim loquitur. BARN.

84. *Ὀρέστην τόνδ'*] Addidisse *τόνδε* videtur poeta, ne auditor forte nomen loquentis ignoraret. MUSG.

87. *μυστηρίων*] Scribendum *χρηστηρίων* cum Barnesio.

89. *ἀλλάξων*] I. e. *ἀμείψων, ut rependam*. SEIDL.

92. *ἐπέσφαξ' αἷμα μηλείου φόνου*] I. e. *ἔθυσα*. Infra v. 281. *μητρὸς αἷμ' ἐπισφάξασ' ἐμῆς*. *Αἷμα μηλείου φόνου* est *αἷμα ἐκ μηλείου φόνου*. *Ταύρειον φόνον* apud Euripidem legimus Hel. 1607. coll. v. 1598. et Æschyl. Sept. ad Theb. 44. SEIDL.

94. *βαίνω πόδα*] Citat Musgravius Heracl. v. 805. *ἐκβὰς πόδα* et Orest. 1487. *ἀρβύλαν προβὰς*, ad quem locum vid. Porsonum, qui ex ipsa nostra fabula addit v. 1173. *βαίνουσιν ἐξ οἴκων πόδα*. Confer. etiam Lobeck. ad Ajac. p. 225. seq. SEIDL.

95. Ed. pr. Flor. 1. 2. *δυεῖν δ' ἀμίλλαιν ξυντ.* Par. *α.* *δυοῖν δ' ἀμίλλαις.* MS. *β.* *δυεῖν δ' ἀμίλλαις*, superscripto *δυοῖν*. Pierson. Veris. p. 238. *δυοῖν δ' ἄμιλλαν ξυντ.* i. e. *δύο δὲ ἀμιλλώμενος, ἢ Αἴγισθον κτανεῖν, ἢ πόδ' ἐκβαλεῖν εἰς ἄλλην χθόνα*. Lobeck. ad Soph. Aj. 611. p. 311. vix dubitat quin ita scripserit poeta *δυοῖν δ' ἄμ' ἄλλοιν ξυντ.* "Significat autem Orestes sese

cum Pylade et ministro (qui cum ipso in scenam prodiit, cf. v. 761—765. 766—770.) itineris et cædis consilium communicasse." MATTH. Illud δυοῖν spectat non magis ad sequentia quam ad præcedentia. Nam quo potissimum studio in patriam redierit, paulo ante Orestes dixit, v. 89. φόνον φονεῦσι πατρὸς ἀλλάξων. Jam pergit sic: *Recessi autem ad fines hujus terræ, duarum rerum studium componens*, (i. e. studium meum ex simplici faciens duplex, sive, primario meo studio aliud studium adjungens, hoc scilicet,) *ut facile in aliam terram elabi possim, si quis speculatorum me cognoverit quærentem sororem (dicunt enim eam cum viro habitare neque virginem adhuc esse) ut conveniam*, etc. Ita optime cohærent omnia. Investigare autem sororis sedem etiam in finibus regni poterat, quod regis filiæ sors etiam hic vix ignorari poterat; sed petere fines regni ad eam investigandam non poterat, nisi ante comperisset, eam *hic* habitare. Ceterum ἄμιλλαν dicit, (*periculum* vertit Reiskius,) quod in utraque re reluctantes habebat inimicos. Similiter Sophocles Electr. 493. γάμων ἀμιλλήματα. SEIDL.

96. Marg. MS. *a*. et Flor. 2. ἵν' ἐμβάλω.

98. s. ἐν γάμοις ζευχθεῖσαν οἰκεῖν'] Ita v. 211. μάτηρ δ' ἐν λέκτροις φονίοις ἄλλῳ σύγγαμος οἰκεῖ. Hel. 298. μετ' ἀνδρὸς οἰκεῖν βαρβάρου. SEIDL.

107. προσπόλων] Scribendum πρόσπολον cum Seidlero.

108. ἐγκεκαρμένῳ] Scribendum ἐν κεκαρμένῳ cum Dobræo.

112. 127. σύντειν', ὥρα, ποδὸς ὁρμάν] συντείνειν ὥρα ποδὸς ὁρμάν Dobræus. Alloquitur Electra se ipsam.

113. 128. ὦ ἔμβα ἔμβα κατακλαίουσα] Hujus versus numeros ad ceteri carminis similitudinem revocare licet scribendo ἔμβα βᾶ κατακλαίουσα. L. DINDORF. in Thesauro Stephani vol. 3. p. 800.

115. Ἀγαμέμνονος κούρα libri. κούρα recte delevit Seidlerus.

116. μ' ἔτικτε Seidlerus. με τέκε libri.

117. Τυνδάρεω] Scribebatur Τυνδαρέου.

118—124. Hæc in quattuor versus sunt digerenda κικλήσκουσι— | φεῦ φεῦ— | ὦ— | κεῖσαι—Ἀγάμεμνον, et in antistropho—133—139.

120. τῶν ante σχετλίων, quod deerat in ed. pr. Musgrav. addidit e cod. *a*. quocum consentiunt duo Florr. MS. *β*. τῆς σχετλίων. MATTH.

121. ζόας] Libri ζωᾶς.

123. σᾶς ἀλόχου σφαγείς] De constructione participii cum genitivo vid. ad Orest. 498.

126. ἀδονάν] ἀηδόνα scriptum apud Galenum vol. 1. p. 284, 35. ed. Basil. (vol. 5. p. 153. ed. Chart.)

131. λατρεύεις] Cum accusativo hoc verbum itidem junxit noster Iph. T. 1122. ut observat Musgravius. Citat ibi ille Suidæ glossam: λατρεύω, τὸ τιμῶ· αἰτιατικῇ, et Vit. Gregor. Nazianz. τριάδα λατρεύων ἀνθ' Ἡρακλέους. Sed videtur Suidas nonnisi scriptores ecclesiasticos respexisse. Tota enim glossa hæc est: λατρεύω· τὸ τιμῶ. αἰτιατικῇ. ὡς τὸ, οὐκ ἐλάτρευσαν τὴν κτίσιν οἱ θεόφρονες παρὰ τὸν κτίσαντα. δοτικῇ δὲ, ἐπὶ τοῦ θύω, ὡς τὸ λατρεύειν ζῶντι θεῷ. Verum nostro loco nihil mutandum esse persuasit mihi unus ille Iphigeniæ locus. Ac videtur quidem constructio verbi ejusdem significationis θεραπεύειν hunc usum invexisse. SEIDL. Mihi probabilior Dobræi sententia videtur τίν' ἀν' οἶκον corrigentis.

133. πατρῴοις, ἐπὶ] Victorius annotavit πατρῴαις ἐπί. Quam lectionem qui probabit, conjunget οἰκτρὰν ἐπὶ πατρῴαις συμφοραῖς. Sed major vis in vulgata. *Tu me reliquisti in paterna domo ad acerbissimam fortunam*, i. e. in qua acerbissimam fortunam eram passura. Confirmant hanc explicationem proxima τῶνδε πόνων. SEIDL.

134. ἀδελφεάν] Scribendum ἀδελφάν cum Heathio.

140. Scribendum uno versu θὲς—νυχίους et in antistropho 157. 158.

θὲς] Victorius adscripsit, πρὸς ἑαυτὸν (sic) τοῦτό φησι ἡ Ἠλέκτρα ἀφελῶς. Ea loquendi ratio tanto alienior ab hoc loco est quum ἐμῆς additum sit. Recte Dobræus θῶ corrigere videtur.

Versui 142. ἐπορθοβοάσω respondet 159. ἰώ μοί μοι, quæ ut exæquarentur, ἰώ μοι ἰώ μοι positum est, quod parum probabiliter in locum usitati istius tragicis ἰώ μοί μοι inferas. Mihi non dubium est quin ἐπορθοβοάσω, seu potius ἐπορθροβοάσω, ut Tanaquil Faber corrigebat, genuinæ sit interpretatio scripturæ ἐπορθρεύσω.

ἐπορθοβοάσω] ἐπορθροβοάσω Reiskius et ante eum Tan. Faber. non absurde quidem illi, cum propter v. 102. tum quia lamenta veteres per diluculum libentius edidisse videntur. vid. Eurip. Suppl. v. 980. Troad. v. 183. Soph. Electr. v. 91.

Confer etiam hujus fab. v. 909. MUSG. Sic ὀρθογόη et ὀρθοβόας jam antiquitus confusa sunt cum ὀρθρογόη et ὀρθροβόας, ut ambigant nonnulli, quomodo voces illæ scribendæ sint. Vid. interpp. ad Hesych. v. ὀρθογόη et Etym. M. p. 631. 4. coll. Schæf. ad Apoll. Rhod. Schol. p. 327. Etiam in nostri Suppl. 977. libri fluctuant inter ὀρθευομένα et ὀρθρευομένα, et Æschyl. Agam. v. 29. inter ἐπορθιάζειν et ἐπορθριάζειν. SEIDL.

143. ἰαχὰν] Scribendum ἰακχὰν cum Seidlero, addito commate. Quod post ἰαχὰν libri addunt ἀοιδὰν, glossema est, recte deletum a Matthiæo.

Alterum Ἀΐδα adjecit Hermannus Elem. doctr. metr. p. 550.

144. ἐνέπω Seidlerus. Libri ἐννέπω.

146. διέπομαι] Verbum neque aliunde cognitum neque aptum huic loco, qui τάκομαι, ἔγκειμαι vel simile quid postulat.

148. τε] Scribendum δέ.

ἐπὶ κούριμον Barnesius. Libri ἀποκούριμον. Detonso capite Electram esse supra dictum v. 108.

149. θανάτῳ σῷ] Similiter Æschylus Choëph. 51. δεσποτῶν θανάτοισι. SEIDL.

157. λουτρὰ] Agamemnonem, quo tempore balneum egrediebatur, occisum esse docet Æschyl. Eumen. v. 636. MUSG.

162. Τροίας] Vulgo Τροίας.

ὀδίου Hermannus. Legebatur ὀδοῦ.

οὐ μίτραισι γυνή σε Seidlerus. Libri οὐ μίτραις σὲ γυνή.

μίτραις—στεφάνοις] Qualia in victores conjici a consanguineis solebant. vid. Pindar. Pyth. 9. in fine, huj. fab. v. 887. MUSG.

165. Ad λώβαν ex antecedentibus intelligo σέ. Sic Orest. 1037.

σὺ νῦν μ', ἀδελφὲ, μή τις Ἀργείων κτάνῃ,
ὕβρισμα θέμενος τὸν Ἀγαμέμνονος γόνον.

Postquam te bipenni Ægisthi contumeliam fecerat, duxit illum, quem furtivum maritum habuerat. Interpretes locum non intellexerunt. Sensus est: sed postquam te occisum Ægisthi contumeliæ obtulit, nacta est illum, quem clam mariti loco habuerat. SEIDL.

167. κόρα] κούρα Flor. 1. 2.

168. ἀγρότειραν] Libri ἀγροτέραν. Correctum ex Plut. V. Lysandri p. 441 D.

169. Versus ex dochmio et glyconeo compositus, diversis sibi respondentibus glyconei formis.

γαλακτοπότας] Pastorem dicit.

170. οὐριβάτας] οὐρειβάτας ed. pr. ὀρειβάτας Flor. 1. 2. Restitui οὐριβάτας: de quo dixi ad Aristoph. Av. 276.

171—179. Hæc in quattuor versus sunt dividenda ἀγγέλλει— | Ἀργεῖοι— | οὐκ— | τάλαιν'—νύμφαις, pariterque 193—201.

173. παρ' Ἥραν] Ad templum Junonis.

174. παρθενικαὶ, i. e. παρθένοι. Ita Theocritus Idyll. 18, 2. Hom. Il. σ'. 567. Od. λ'. 39. Hymn. 30, 14. Herm. SEIDL.

177. ὄρμοις ἐκπεπόταμαι] Hesych. ἐκπεπότημαι—ἐκπέπληγμαι, quam glossam huc refert Abresch. Miscell. Observ. 6. p. 272. Sed Hesychii explicatio non satis videtur huic loco convenire. Namque ἐκπέπληγμαι de timore potius accipias, ut noster Suppl. 100. φόβος μ' ἀναπτεροῖ, quam de gaudio, ut nostro loco, cui conferri potest Æschyl. Choeph. 224.

ἰχνοσκοποῦσά τ' ἐν στίβοισι τοῖς ἐμοῖς
ἀνεπτερώθης, κἀδόκεις ὁρᾶν ἐμέ.

et Soph. Aj. 693.

ἔφριξ' ἔρωτι, περιχαρὴς δ' ἀνεπτόμαν.

Victorius tamen in margine ὄρμοισι πεπόταμαι, suprascripta littera M, ex quo conjicias, Euripidem scripsisse ὄρμοισιν πεπόταμαι. Verbum enim simplex eodem modo ponitur, ut Aristoph. Nub. 318. ἡ ψυχή μου πεπότηται, ad quem locum schol. et Suidas ἀνέπτη, ἀνεκουφίσθη, et Av. 1445. ἀνεπτερῶσθαι καὶ πεποτῆσθαι τὰς φρένας. SEIDL. ὄρμοις πεπόταμαι Flor. 1. ὄρμοισι πεπόταμαι Flor. 2. Recte Seidlerus ὄρμοισιν πεπόταμαι. Scriptura vulgata ὄρμοις ἐκπεπόταμαι, quacum vix credam libros Parisinos consentire, primi editoris conjecturæ deberi videtur.

178. Ed. pr. οὐδὲ στᾶσα χορούς. MS. α. et β. Flor. 2. οὐδὲ χοροὺς στᾶσα. χοροῖς restituit Seidler. collato Iph. T. v. 1143. χοροῖς δὲ σταίην. οὐδ' ἱστᾶσα χορούς Reiskius.

180. ἑλικτὸν] εἰλικτὸν Flor. 1. 2.

κρούσω] Id est κρούουσα κινήσω. BECK.

πόδ' ἐμόν Canterus. Libri πόλεμον.

181. χορεύω Porsonus. Legebatur χεύω.

182. ἦμαρ] Scribendum ἅμαρ.

185. εἰ πρέπουτ' Reisk. pro εἴ πέρ ποτ'. Ad hunc v. in marg. Flor. 2. notatum est manu recentiore λείπει κῶλον. item ad v. 188. MATTH. 185. 186. itidemque 187. 188. in unum versum conjungendi, pariterque 209. 210. et 211. 212.

186. κούρᾳ Reiskius. Libri κούρας.

τᾷ βασιληίᾳ Seidlerus. Libri τὰ βασιλεία. Scribendum τᾷ βασιλείᾳ cum Victorio.

187. Τροίᾳ θ', ἃ τοὐμοῦ L. Dindorfius. Libri τὰ Τροία (τᾷ Τροίᾳ Victorius) θ' ἃ μου.

189. μεγάλος Flor. 1.

θεός] Juno: vid. v. 173.

190. χρῆσαι] Recte Reiskius *accipe mutuo*. In eundem modum vertitur in edit. Stiblini: *pallia utenda accipe, quæ induas*. Χρῆσον est *da mutuo*, χρῆσαι *mutuo accipe*. Aristoph. Thesmoph. 250.

ἀλλ' ἱμάτιον γοῦν χρῆσον ἡμῖν τουτοὶ
καὶ στρόφιον. οὐ γὰρ ταῦτά γ' ὡς οὐκ ἔστ' ἐρεῖς.
ΑΓ. λαμβάνετε, καὶ χρῆσθ'. οὐ φθονῶ.

cf. ejusd. fabulæ, v. 219. SEIDL.

τε additum ex conjectura Seidleri.

δῦναι] Notandum simplex δῦναι de *veste*, pro ἐνδῦναι. Hom. Il. ψ'. 739. δύσαντο χιτῶνας. SEIDL.

191. χάρισιν Musgravius. Libri χάρισαι.

προσθήματ'] προθήματ' Flor. 1. 2.

192. σοῖσιν] Libri σοῖσι.

195. εὐχαῖσι Seidlerus. Scribebatur εὐχαῖς.

θεοὺς] τοὺς θεούς γε MS. *a*. et Flor. 1. 2.

198. οὐ παλαιῶν] Notandum κλύει primum cum accusativo, deinde cum genitivo junctum, ut ἀκούειν Æsch. Sept. c. Theb. 205. MATTH. Verba Heathius recte explicat *sacrificiorum olim a patre oblatorum*.

200. τοῦ τε καταφθιμένου Elmsleius ad Suppl. 984. Legebatur τοῦ καταφθιμένου.

206. χέρνησι] Ambiguum est, rectius scribatur χέρνησι an χερνῆσι. Usitatior est altera ratio, quam præfert Henr. Steph. Thes. vol. 4. p. 438 E. comparans γυμνής. Sed, quoniam in Hesychio quoque scriptum reperimus χέρνης, malui retinere, quod libri offerunt. SEIDL.

209. φυγὰς] Notanda syllaba anceps in medio systemate: cujus exempla aliquot attulit Seidlerus, velut Soph. Phil. 184. 1103. Eurip. Suppl. 992.

210. Inepte illatum ναίουσ' post ναίω. Corrigendum cum Musgravio οὐρείας ἀν' ἐρίπνας.

211. φονίοις Barnesius. Libri φόνιος.

218. φυγῇ—ποδί] Vid. ad Or. 1468.

221. προσπίτνω σε μὴ θανεῖν] Vid. ad Aristoph. Eq. 1273.

222. κτάνοιμι Matthiæ. ἂν κτάνοιμι libri. Id κτάνοιμ' ἂν esse potest, quod conjecit Barnesius.

225. ἐμέ] ἐμοῖς ed. pr. et Flor. 1. Correctum ex Flor. 2. qui ἐμοῖς.

226. οὐκ ἄλλως] οὐ καλῶς Flor. 1. 2.

καὶ τάχ' οὐκ ἄλλως ἐρεῖς] Scil. ἢ ἐγώ, *et statim mecum consenties.* Respicit ad ea, quæ modo dixerat, οὐκ ἔσθ' ὅτου θίγοιμ' ἂν ἐνδικώτερον. SEIDL.

233. ἔχων] ἔχει Dio Chrys. 13. p. 220. (vol. 1. p. 420. Reisk.)

234. νόμον] τόπον Dio.

235. ἤ που] οὔπω MS. α. Scribendum οὔ που ex Flor. 1. 2. De quo diximus ad Helen. 135.

σπανίζων] σπανίζει Dio.

236. ἀσθενῆ δ' ἅτε φ. Dio.

237. ἐκ κείνου MS. γ. Flor. 1. 2. ἐκείνου ed. pr.

238. ὅπως Elmsleius. Legebatur ὅπου.

240. γε Heathius. Libri τε.

συντετηκὸς Reiskius. Libri συντέτηκας.

244. δαὶ] δὲ Flor. 1.

247. ξεῖνε Barnesius. ξένε ed. pr.

248. τινί] Vulgo τινά. Sed margo Flor. 2. γρ. καὶ τινί, ἵν' ᾖ ὁ νοῦς Μυκηναίων τινὶ ἐγαμήθης.

249. ὡς] ᾧ (id est ᾧ) MSS. α. β.

251. ἐν τοῖσδ'] Ed. princ. ἐν τοῖς δὲ.—Eadem ed. et MSS. omnes τηλορὸς, quam vocem distraxi in duas τῆλ' ὄρος. Ad τῆλε intellige, si placet, ἄστεως, collat. supra v. 244. ἐκ τοῦ δὲ ναίεις ἐνθάδ' ἄστεως ἑκάς. Arist. Nub. 138. τηλοῦ γὰρ οἰκῶ τῶν ἀγρῶν. Ὄρος ναίω, ut supra v. 210. οὐρείας ναίουσ' ἐρίπνας. Piersonus Veris. p. 258. legi vult τῇδ' ὄρους. SEIDL. τηλουρὸς dici solet, non τηλορός. Recte igitur corrigere videtur Seidlerus.

252. *Quantum conjicere licet ex ædium specie, necesse est, ut eas incolat agri fossor aut bubulcus.* REISK.

256. ἀπαξιῶν Schæferus. Libri ἀναξιῶν.

259. οὐ κύριον] I. e. Non putat ei, qui me dedit, jus fuisse hoc faciendi. Iphig. Aul. 703. Ζεὺς ἠγγύησε, καὶ δίδωσ' ὁ κύριος. SEIDL.

264. σ' ἡ τεκοῦσα] Nota pronominis collocationem minus usitatam. Plane sic Soph. Œd. Col. 994. πατήρ σ' ὁ καίνων. SEIDL.

267. μ' ἐβούλετ' Porsonus. Vulgo με βούλετ'.

268. δῆθε] Usitatum est δῆθεν: δῆθε hoc uno loco legitur, qui suspectus fuit Elmsleio ad Med. 787. corrigenti ὡς παῖδα δῆθεν μὴ τέκοις ποινάτορα. non male. Sic παῖδα—ποινάτορα v. 22. in παῖδας—ποινάτορας corruptum est in codicibus.

272. φίλαι σοι] φίλαισι Flor. 1. 2.

275. Post ἀκμὴ cum Heathio interrogationis notam posui. Locum autem, secus atque ille, interpretor sic: Hoccine tu interrogabas? Turpis profecto est talis interrogatio. Nonne summum jam res nacta est fastigium, i. e. nonne tanta jam sunt matris meæ et Ægisthi flagitia, ut ultra progredi non possint? Quis igitur quæret, quid Orestem in patriam reversum facere deceat, quum apertum sit, illos mortem commeruisse? Intelligit sororis mentem Orestes respondens, sed *quomodo* fieri poterit cædes? SEIDL.

276. δή om. Flor. 1.

291. κἀκ] καὶ Dobræus.

295. σοφοῖσι δ'] Libri σοφοῖσιν. Correctum ex Stobæo 3, 27.

οὐ] καὶ Stobæus. Sensus est: nimia sapientia v. c. si quis sapientis non esse putat misereri et idcirco omnem misericordiam ex animo ejicit, damno est hominibus. MATTH.

296. ἐνεῖναι Stobæus. Libri μὲν εἶναι.

σοφήν] σοφόν Stobæus.

298. ἄστεως Elmsleius. Libri ἄστεος.

308. tanquam parenthesin facit. Addit autem hæc, quia puellam suas sibi ipsam vestes texere per se non indecorum est, sed ita demum, si alioqui nuda futura sit. ἤ est *alioqui*. MATTH.

310. MS. β. ἀνέροτος.

ἱρῶν] Scribebatur ἱερῶν.

311. Ed. pr. ἀναίνομαι δὲ γυν. δέ ejecit Barnes. Proprie ad se invicem referuntur αὐτὴ μὲν ἐκμοχθοῦσα,—αὐτὴ δὲ—φορουμένη, ut hæc participia e ναίω nexa sint. Sed, quum oratio interpellata sit parenthesi, simul ex αὐτὴ δὲ sqq. etiam pendent, αὐτὴ δὲ - - ἀναίνομαι. Pro γυναῖκας Flor. 2. γυμνὰς. ἀναίνομαι

γυναῖκας est fugio mulierum coetum, quippe inter eas non referenda, earumque consortio indigna, ἀναίνομαι Κάστορα, fugio Castorem, quippe nec hujus conjugio digna. MATTH.

313. ἔμ' ἐμνήστευον Scaliger. ἐμὲ μνήστευον vulgo.

315. ἕδρας] ἕδραις Scaliger. Sed πρός cum accusativo etiam in quiete usurpatur. Soph. El. 930. τοῦ γὰρ ἀνθρώπων ποτ' ἦν Τὰ πολλὰ πατρὸς πρὸς τάφον κτερίσματα; Xen. Hell. 2, 1, 25. ἐν λιμένι καὶ πρὸς πόλιν, ubi paulo ante erat πρὸς οὐδεμιᾷ πόλει. MATTH.

Ἀσιήτιδες] Scribendum Ἀσιάτιδες cum L. Dindorfio. Aliena ab senariis forma est Ἀσιήτιδες. Legitima est in Androm. v. 1. Ἀσιάτιδος γῆς σχῆμα, Θηβαία πόλις.

316. ἔπερσ'] πέρθειν et πορθεῖν interdum significant αἰχμαλωτίζειν, ut explicat schol. ad Phœn. 568. SEIDL.

324. οὐπώποτε χοὰς Piersonus Veris. p. 340. Libri οὐπώποτ' οὐ χοάς. Porsono placebat, numeris elegantioribus, οὔπω χοάς ποτ'.

325. πυρὰ δὲ χέρσος ἀγλαϊσμάτων] χέρσος proprie est adjectivum, ut hic, et sonat idem, quod ἔρημος, χηρεύουσα, ἐνδεής, ἄκαρπος, ἀνήροτος. Sophocles χέρσους παῖδας vocat virgines illocatas et innuptas, Œdip. Tyran. v. 1501. χέρσους φθαρῆναι κἀγάμους ὑμᾶς χρεών. Hinc terra inculta χέρσος dicitur, subaudito γῆ. Quare χέρσος hoc in loco est idem, atque ἄμοιρος, ut sit: πυρὰ ἄμοιρος τῶν ἀγλαϊσμάτων, hoc est, inferiarum, quæ in mortuorum honorem fieri solebant. BARN.

328. πέτροις—λεύει] Hunc odii explendi morem tangit Argentarius (in Brunckii Anal. vol. 2. p. 274.): ἀλλὰ λίθους ἐπὶ τύμβον, ὁδοιπόρε, μήτε σὺ βάλλε. MUSG.

333. πολλοί] Vocem scil. tribuit manibus et reliquis sui partibus, quas mox enumerat. Vide Hecub. 824. DOBR.

335. ἐκείνου] Orestis.

343. ἢ 'μοῦ L. Dindorfius. Vulgo ἢ μου.

345. μόλης MSS. α. β. Flor. 1. 2. μόλοις ed. pr.

361. ἀντείπητε] Scil. ὦ ξένοι. SEIDL.

363. δυσγενὲς Canterus. δυσμενὲς ed. pr.

364. συνεκκλέπτει γάμους τοὺς σοὺς] Scil. quales sunt. Nondum enim virginem tetigerat. Conf. v. 268. et 269. SEIDL.

378. ἀγαθός] ὦ ἀγαθὸς ed. pr.

380. ἀνὴρ] Libri ἀνήρ.

382. εὑρέθη] Scribendum ηὑρέθη.

383. φρονήσεθ'] φρονήσηθ' Stobæus 86, 4.

οἱ κενῶν δοξασμάτων πλ. πλανᾶσθε; i. e. Qui, majoris scilicet, quam par est, divitias et generis nobilitatem æstimantes, falsarum opinionum pleni a vera via aberratis. Similiter Isocrates Epist. ad liberos Jasonis, p. 1006. Bas. ὑμᾶς ταῖς διανοίαις πλανᾶσθαι καὶ πολλῶν διαμαρτάνειν πραγμάτων. SEIDL.

384. τῇ δ' ὁμιλίᾳ] I. e. et potius ex vita et moribus de mortalium nobilitate judicabitis? SEIDL.

385. Post εὐγενεῖς ponatur signum interrogandi.

386. τοιοῦτοι] τοιοίδε Stobæus.

387. φρενῶν] βροτῶν Stobæus.

388. δόρυ Stobæus. Vulgo δορί. Heracl. 744. κακὸς μένειν δόρυ.

391. ἀλλ' ἄξιος γὰρ ὅ τε παρὼν ὅ τ' οὐ παρὼν] Ænigmatice loquitur Orestes, de seipso, qui cum revera præsens esset, absens putabatur, utpote qui nuntius Orestæ habitus est, ipse Orestes existens. BARN. ὁ παρών, nimirum ἔργῳ, ὁ οὐ παρών, λόγῳ, i. e. *sive adsit, sive absit*, ut v. 405. Plat. de Leg. 8. p. 831 D. πᾶσαν τέχνην καὶ μηχανὴν, καλλίω τε καὶ ἀσχημονεστέραν, ἐθέλειν ὑπομένειν. MATTH.

394. s. ὡς ἐμοὶ—ξένος] Videtur hoc dicere: Diviti hospiti præfero pauperem, qui propenso sit animo. SEIDL.

397. ἐβουλόμην δ' ἂν, εἰ dictum esse videtur pro ἐβουλόμην δ' ἂν, εἰ οἷόν τ' ἦν, κασίγνητον σόν με ἄγειν. MATTH.

398. ἐς] Scribendum εἰς.

407. ἔν τε μικροῖς ἔν τε μὴ] Sive tenuia sint sive non tenuia, i. e. larga, quæ apponuntur. MATTH.

στέρξουσ' Flor. 1. 2. στέξουσ' ed. pr.

ὁμῶς Seidlerus. Vulgo ὅμως.

408. ἐπεί νυν ἐξήμαρτες] Continuat Electra suam orationem non attendens ad mariti objectionem. Sensus est: Quandoquidem in eo peccasti, quod hospites hosce recepisti, quum sis in re tenui, &c. SEIDL.

409. παλαιὸν τροφὸν] Vid. ad Herc. f. 45.

ἐμοῦ] ἐμὸν MS. β. Flor. 1. 2.

φίλου] Scribendum φίλον ex MS. β.

410. Ταναὸν] Hujus fluvii nomen Τάνος scribitur apud Pausaniam 2, 38, 7. ποταμὸς δὲ καλούμενος Τάνος· εἷς γὰρ δὴ οὗτος ἐκ τοῦ Πάρνωνος κάτεισι ῥέων διὰ τῆς Ἀργείας, καὶ ἐκδίδωσιν ἐς τὸν Θυρεάτην κόλπον.

412. πόλεος] πόλεως libri.

413. αὐτὸν Flor. 1. 2. αὐτὸν τόνδ' ed. pr.

εἰς δόμους ἀφιγμένον, i. e. domum suam reversum e pascuis. Cf. ad v. 6. Respicitur ad verba *ποίμναις ὁμαρτεῖ*, v. antecedente. Bene enim Heathius monet, domum suam ipsi proficiscendum fuisse, ut inde dapes hospitibus peteret. SEIDL.

418. *πικρὰ δ' ἀγγείλαιμεν ἂν*] *Cum nostro malo nunciaremus.* Sic *πικρῶς* Androm. 284. DOBR.

424. *τοσαῦτα τὰν* ed. pr. ex conjectura, ut videtur, editoris. Nam codices Parisini tres et Flor. 1. 2. consentiunt in *τοσαῦτά γ' ἐν*.

426. *γνώμη πέσῃ* Schæferus. *γνώμη πέσοι* libri. *γνώμης πέσοι* Stobæus 91, 6.

428. *ξένοις*] *φίλοις* Plut. Mor. p. 33 C. et Stobæus. At *ξένοις* haud dubie legit Dio Chrys. p. 117 B. *ἀνδρὶ δὲ πένητι μὴ φαύλῳ τὴν φύσιν ἀρκεῖ τὰ παρόντα· καὶ τὸ σῶμα μετρίως ἀσθενήσαντι, τοιούτου ποτὲ νοσήματος ξυμβάντος, οἷά περ εἴωθε γίγνεσθαι τοῖς οὐκ ἀργοῖς οὐδὲ ἑκάστοτε ἐμπιπλαμένοις ἀνακτήσασθαι, καὶ ξένοις ἐλθοῦσι δοῦναι προσφιλῆ ξένια κ. τ. λ.* Cf. p. 118 B. 114 A.B. quæ loca attulit Wyttenbach. ad Plut. p. 281. MATTH.

429. *ἐφ' ἡμέραν*] *ἐφημέρου* Stobæus.

430. *ἐς σμικρὸν*] *εἰς μικρὸν* Stobæus.

431. *χὠ*] *καὶ* Stobæus.

432. Metrum

⏑́ – – ⏑̆ | ⏑́ ⏑ – | ⏑́ ⏑ – ⏑

κλειναὶ νᾶες] Similem locum vid. Troad. a v. 122. De hoc alloquii genere supra diximus ad v. 1. SEIDL.

434. *πέμπουσαι χοροὺς*, i. e. *ducentes choreas.* Ita dicitur *πομπὴν πέμπειν*. vid. Henr. Steph. Thes. 3. p. 197 A. Quid velit poeta, ipse optime explicat Hel. 1467. *Φοίνισσα Σιδωνιὰς ὦ ταχεῖα κώπα—χοραγὲ τῶν καλλιχόρων δελφίνων.* Cf. etiam Soph. Œd. Col. 717. et nostri Iphig. T. 427. SEIDL. *πέμπουσα* error typothetæ pro *πέμπουσαι*.

435—437. et 440. 441. in unum versum conjungendi, in antistropho 445—447. et 450. 451.

435. 436. His versibus utitur Aristoph. Ran. 1317.

435. *ἵν'*] Cave de tempore intelligas. In prægressa sententia latet *in mari*. Noster Iph. Taur. v. 426.

ἐπ' Ἀμφιτρίτας ῥοθίῳ δραμόντες·
ὅπου πεντήκοντα κορᾶν
τῶν Νηρήδων χοροί. SEIDL.

ἔπαλλε] I. e. ἐπάλλετο. vid. Porson. ad Orest. 316. qui tamen ibi male corrigit ἀμπάλλεθ', metro non intellecto. Eodem modo paulo post v. 476. habebimus ἔπαλλον pro ἐπάλλοντο. SEIDL.

ὁ φίλαυλος ἔπαλλε δελφὶς] Delphis dicitur φίλαυλος, ob amorem musicæ, quo hic piscis ardere præ cæteris putatur. Quod Aul. Gellius 16, 19. Arionis exemplo ostendit. Historiam nobis primus tradidit Herodotus 1, 24. Præterea quod Delphines sint φιλάνθρωποι, et proinde navigantibus comites se facere soleant, et, ut vocat Euripides, φίλαυλοι, tradit Oppianus in Halieuticis 1, 670. et Plinius Natural. Histor. 9, 8. Gellius 7, 8. BARN.

436. κυανεμβόλοισιν] κυανεμβόλοις Flor. 1. 2. et Aristophanes. Vid. ad v. 447.

439. Ἀχιλῇ Heathius. Libri Ἀχιλλῇ.

440. Τρωικὰς vel Τρωίας Seidlerus. Libri Τροίας.

442. Εὐβοΐδας Seidlerus. Vulgo Εὐβοΐδας. Conf. ad Heracl. 83.

444. Bene Reiskius: "Nereides ferebant labores aurearum Vulcani incudum, h. e. instrumenta, parata super incude Vulcani." In genitivorum concursu noli offendere. Ceterum hæc Achillis arma audacter poeta dixit μόχθους ἀσπιστὰς τευχέων, *labores armorum scutatos*, partem potiorem, scutum, commemorans. SEIDL. ἔφερον longe ineptissimum. Fort. ἔμολον. Sensus enim est, Nereidas et Nymphas ad naves Græcorum et arma Achillis spectanda ex consuetis sedibus venisse. DOBR.

445. πρυμνὰς explicandum puto de ἐξοχαῖς τοῦ ὄρους. Hesych. πρυμνὸν, τὸ ἔσχατον, τὸ ἄκρον (coll. Suida sub eadem voce) et πρύμναι, αἱ ἄκραι. Vid. etiam Etym. M. p. 693. 36. SEIDL.

446. ἱερὰς] ἱερᾶς Hermannus in præfat. ad Iphig. Aul. p. xviii.

447. Νυμφαίας σκοπιὰς] Retinui hic atque in stropha lectionem vulgatam, quamquam, ut Hel. 1323. legimus Νυμφᾶν σκοπιὰς et Phœniss. 239. οὐρεῖαι σκοπιαὶ θεῶν, ita et hoc loco fortasse scribendum est Νυμφᾶν σκοπιὰς, et in stropha κυανεμβόλοις, quod ipsum offert Aristophanes loco laudato. SEIDL.

448. Interpretes in eo videntur consentire, Nereidas in Pelio et Ossa quæsivisse Achillem. Sed, quæso, cur? Nimirum ut arma Vulcani ei traderent. At tum temporis Achilles erat ad Trojam. An intellexerunt illa arma, quæ prius habuit Achil-

les, quibus Patroclum Hector exuit? Sed etiam de his diversa tradit Homerus Il. σ'. 82. sqq. Nihil superest, quam ut dicas diversam ab Homerica Euripidem secutum esse fabulam, id quod hac in re mihi quidem parum probabile fit. Nam quod Nereidas, non Thetin, quemadmodum Homerus narrat et ipse noster Iphig. Aul. v. 1073. arma Achilli attulisse tradit, id nihil momenti facit, quum Nereides perpetuæ sint Thetidis comites. Minus etiam probat illud, quod in armorum descriptione non singula quæque ex Homero transtulit, ut potius, si hoc fecisset, mirandum ducerem. Hinc adducor, ut longe aliud quid, quam quod interpretes opinantur, in corrupta ista lectione κόρας μάτευσ' latere putem, quod tamen quale sit, equidem non potui reperire. Versum primitus fuisse glyconeum, ex stropha intelligitur. SEIDL.

449. ἱππότας τρέφεν Ἑλλάδι] πατὴρ ἱππότας aperte de Peleo, Achillis patre, dicitur, qui et Homero dicitur ἱππηλάτα Πηλεὺς, Iliad. η'. v. 125. BARN.

450. εἰνάλιον Seidlerus. Libri ἐνάλιον.

451. ταχύπορον πόδ'] I. e. ταχύπορον πόδας, ut supra v. 437. dicitur κοῦφος ἅλμα ποδῶν, Iphig. Aul. 206. ἰσάνεμος ποδοῖν, Androm. 1237. ταχὺς πόδας. Commemoro hæc, ne quis nimis audaci metaphora ταχύπορον tanquam epitheton referat ad πόδα. SEIDL.

452. Ἰλιόθεν— | λιμέσιν— | τᾶς— | κλειναῖς— | τοιάδε— | δείματα — | περιδρόμῳ — | Περσέα — | ποτανοῖσι πεδίλοι- | σι — | Διὸς— | τῷ— ed. pr.

τινος] τινές Flor. 1. 2.

453. Ναυπλίοισι] Intelligendus Argis vicinus λιμὴν Ναυπλίειος, de quo Orest. v. 54. Strabo 8. p. 368. ἡ Ναυπλία τὸ τῶν Ἀργείων ναύσταθμον. MUSG.

459. Metrum non fert λαιμοτόμον, de quo Seidlerus "Dedi λαιμοτόμαν pro λαιμοτόμον, versus causa, ut ad φυὰν pertineat. Heathii λαιμοτόμου propter hiatum ferri nequit. De terminatione feminina vid. Lobeck. ad Ajac. v. 175. p. 243. Ad ὑπὲρ ἁλὸς intellige ἀερθέντα, vel simile quid."

460. ποτανοῖσι πεδίλοις] Alatis pedibus erat Perseus, ut et capite. Talaria enim et petasum Mercurii habuit. Historiam Persei tradit Hyginus Astron. Poet. in tit. Perseus, item Ovid. Metam. l. 4. fab. 16, 17, 18, 19. l. 5. fab. 1, 2, 3. Apoll. Bibl. 2, 4. BARN.

461. ἴσχειν] Pendet ab ἔκλυον v. 452.

462. ἀγροτῆρι] Heathius: "Ideo, ut puto, *agrestis* dictus Mercurius, quia in Arcadia natus et educatus, et ejus regionis præcipue patronus.

Κυλλήνης μεδέοντα καὶ Ἀρκαδίης πολυμήλου.

Hom. Hymn. ad Mercur. v. 2." Commemorat Pausanias 9. 34. 3. aram Mercurii Ἐπιμηλίου. Conferre operæ pretium est Epigramm. Adesp. 236. Brunck. Anal. 3. p. 198. ubi pene contrarium de Mercurio prædicatur:

οὐ γὰρ ὀρειοχαρὴς ὥρμᾶς, οὐδ' ἀκρολοφίτας. SEIDL.

466. ἂν, i. e. ἀνά. Sic Æschyl. Suppl. 362. ἀμπέτραις ἠλιβάτοισιν, ad quod exemplum nostro loco scribendum foret ἀμπτεροέσσαις. SEIDL. Scripsi ἄμ.

468. Ὑάδες] Producta syllaba prima ut in Ion. 1156.

469. Ἕκτορος ὄμμασι τροπαῖοι] Ita legendum pro τροπαίοις assero. Non enim est credibile, nec poeticæ fidei consentaneum, Hectoris adhuc vivi caput in Achillis clypeo signatum; sed hæc est poetæ mens, has omnes imagines in Achillis clypeo depictas, Hectoris oculis adspectu formidabiles; hoc est: τροπαίους, ἃς οὐκ ἂν τλαίη ἀντίον ἰδεῖν. Quod Homerus etiam de Myrmidonibus, Achillis amicis, ait, Iliad. τ'. v. 14. Μυρμιδόνας δ' ἄρα πάντας ἕλε τρόμος, οὐδέ τις ἔτλη Ἄντην εἰσιδέειν, ἀλλ' ἔτρεσαν. Euripides diceret: Τὰ δὲ τεύχεα Μυρμιδόνων ὄμμασιν ἦσαν τροπαῖα. BARN. Recepi emendationem Barnesii.

470. χρυσοτύπῳ Seidlerus. Libri χρυσεοτύπῳ.

471. ἀοίδιμον] *Celebrem prædam*, i. e. de qua poetæ canunt. BARN.

473. περιπλεύρῳ κύτει] Loricam dicit.

474. λέαινα] Recte interpretantur de Chimæra, de qua Homerus Il. ζ'. v. 181; recte etiam paulo post Πειρηναῖον πῶλον de Pegaso. SEIDL. Pegasus sic dictus quod ad Pirenen bibens a Bellerophonte caperetur. vide Strabon. p. 379 C. MUSG.

475. ὁρῶσα Bothius. Libri θορῶσα.

476. δόρει Hermannus. δορὶ libri. Vid. ad Soph. Aj. 1056.

ἔπαλλον] Vid. ad v. 435.

477. Metrum

⏑ –́ – | –́ ⏑ – ⏓ ⏓ ⏑ –.

480. ἔκανες] Vulgo ἔκανεν. Illud dedi, quod in proximis allocutio est, et quod similiter in fine carminis fit infra v. 740.

ὃν οὐ μνασθεῖσα πόσιν κτείνεις.—Paulo post pro Τυνδαρὶς ἀλέχεα scripsi Τυνδαρὶ, σὰ λέχεα, i. e. *tuum maritum.* Æschyl. Agam. 1115. τὸν ὁμοδέμνιον πόσιν λουτροῖσι φαιδρύνασα. Nostræ fabulæ infra v. 1151. ἃ πόσιν κατέκαν' αὐτόχειρ. Pluralem autem λέχεα de persona posuit noster etiam Hel. 790. 980. et λέκτρα Andr. v. 929. SEIDL.

484. θανάτοισι] Pluralem θάνατοι sæpius noster usurpat, ubi de violenta, sive, quod fere eodem redit, de præmatura morte, sermo est. Eodem modo Æschylus et Sophocles, ut Æschyl. Choëph. 51. Soph. Electr. 206. SEIDL.

σὰν δ' L. Dindorfius. Legebatur κἂν.

485. ἔτ' Seidlerus. Vulgo ἔτι.

486. ὄψομ'] Incertum est hoc an ὄψομαι scripserit poeta. Aptissima catalexis foret ὄψομαι αἷμ' ἐκχυθὲν σιδάρῳ, hoc metro

⏑ ⏑́ – – | ⏑ ⏑́ ⏑ – –.

488. ἦν ποτ'] Piersonus Veris. p. 242. emendandum esse monet ὃν ποτ', quod non Electram senex, sed Agamemnonem educasset, comparans v. 409. et 506. Sed non video, quare non idem ille senex, qui infra v. 554. παλαιὸν λείψανον φίλων vocatur, Electram quoque et Orestem educare potuerit. SEIDL. Quum Electra duobus aliis in locis hujus fabulæ Agamemnonem ab sene illo educatum esse dicat nulla sui ipsius mentione addita, valde probabilis Piersoni conjectura est, nec mirandum librarium minus attentum ἦν propter παῖς, quod antecedit, posuisse.

489. ἔχει] Electra.

490. τῷδε pertinet ad γέροντι, et valet ἐμοί. SEIDL.

προσβῆναι] Pendet infinitivus ab ὀρθίαν v. præcedente, in quo latet οὐ ῥᾳδία, sive potius a tota sententia prægressa. SEIDL.

491. ἐξελκτέον Hartungus apud Stiblinum p. 663. ἐξελεκτέον codices Paris. tres et Flor. 1. 2. ἐξελεικτέον ed. pr.

492. διπλῆν ἄκανθαν] Recte explicant *curvam* (senio) *dorsi spinam.* Musgravius confert Virgil. Æneid. 12, 927. et Plutarch. Camill. p. 274. Addo Virgil. Æneid. 11, 645. *duplicatque virum* (hasta) *transfixa dolore.* Valer. Maxim. 5. 1. extern. 1. *duplicatum frigore corpus.* SEIDL.

496. πελάνους, quæ est Jacobsii conjectura, remansit ex editione Matthiæ. Recte libri στεφάνους. " Serta, coronas, quibus

in more apud veteres erat, quando hospites excipiebant, ut hi convivantes capita redimirent. Ita Hercules hospitio ab Admeto acceptus Alcest. 759. *στέφει δὲ κρᾶτα μυρσίνης κλάδοις.*" HEATH.

497. *παλαιόν τε θησαύρισμα Διονύσου τόδε*] Correptam diphthongum fuerunt qui jure suspectam haberent: sed quod eam ob caussam *παλαιὸν* in alius vocis sedem, veluti *πολιὸν*, migrasse censent, mihi videntur in errore versari. Neque enim alio vocabulo usus est Euripides neque corripuit diphthongum, sed *παλεόν* scripsit. In quam rem tribus utimur documentis. Ac primum quidem ex Herodiano petimus, qui in libro *περὶ μονήρους λέξεως* p. 4, 18. ubi de accentu nominum in *αλεος* exeuntium agit, ita scribit, *ἐπὶ γὰρ τοῦ τέλους λαμβάνει καὶ τὴν ὀξεῖαν, ὡς ἔχει τὸ γαλεὸς, ἀλεὸς, παλεός*: nam ita aperte corrigenda scriptura codicis *παλαιός*, quæ hoc quidem in loco non minus vitiosa est quam Taurinensis libri *γαλαιὸς* pro *γαλεός*. Deinde in Sophoclis Orithyiæ fragmento 655. (apud Strabonem 8. p. 295.) legitur

Ὑπέρ τε πόντου πάντ' ἐπ' ἔσχατα χθονὸς
νυκτός τε πηγὰς οὐρανοῦ τ' ἀναπτυχὰς
Φοίβου τε[a] *παλαιὸν κῆπον—.*

et apud Aristophanem in Lysistr. v. 988.

ὑπὸ τῆς ὁδοῦ. παλαιόρ γα ναὶ τὸν Κάστορα.

Quos apertum est pariter dixisse *παλεὸν* et *παλεόρ*. legitque *παλεὸς* in Aristophanis versu scholiasta. Ad hæc accedunt recentiorum quorundam poetarum exempla, velut Damocratis apud Galenum vol. 13. p. 821. *παλαιοῦ τ' ἐλαίου μυᾶς ἐπιρρεπέστερον—.* p. 862. *παλαιοῦ τ' ἐλαίου τοῦ καλοῦ δὶς εἴκοσι.* p. 863. *παλαιοῦ δ' ἐλαίου σχινίνου τε προσφάτου.* et in epigrammate apud Pocockium, *Αἰγύπτιοι ὡς ἐνέπουσιν | ἱρῆες, μύθων τῶν παλαιῶν ἴδριες.* Nam sic (vel *παμπαλαίων*) Jacobsius in scriptis miscellaneis vol. 4. p. 143. recte videtur corrigere quod ex lapide posuit Pocockius ΜΥΘΩΝ ΠΑΜΩΝ ΔΡΙΕΣ.

498. *ὀσμῇ κατῆρες*] Recte videtur explicare Marklandus ad Suppl. 121. *odore instructum*. Hesychii glossam *κατῆρες*,

[a] In versu Sophoclis *τε* delendum videbatur censori doctissimo in *Foreign Quarterly Review* fasc. 13. p. 247. Id ego quoque deleturus eram, si salvo sensu ejici posse visum esset. Nihil vero tribuendum exemplo Timothei apud Athenæum 3. p. 122 D. *τὸ παλαιὸν δ' ἦν Κρόνος ἄρχων*, ubi Meinekius recte corrigere videtur *τὸ πάλαι*.

κατηρτισμένοι ἐν ἐρήμῳ, bene Schæferus emendat κατηρτισμένον ἐρετμῷ, nisi verius fortasse est κατηρτισμένον, εὐήρετμον. Ceterum de vino ἀνθοσμίᾳ, vid. Athen. Deipn. p. 32 a. ibique Schweigh. SEIDL.

ἐπεισβαλεῖν] Scribendum ἐπεσβαλεῖν.

499. τοῦδ' Reiskius. Libri τῷδ'.

504. ἀνέμνησαν] Lege ἀνέμνησεν. *An mea infortunia tibi in memoriam revocarunt* (domus nostræ mala)? DOBR.

508. δ' οὖν Elmsleius. Legebatur γοῦν.

τοῦτό γ' οὐκ ἠνεσχόμην. i. e. *verum ab hoc mihi non potui temperare*, scil. ne sepulcrum Agamemnonis adirem et honorarem. Spectat enim ad proxime sequentia. SEIDL.

509. πάρεργ' ὁδοῦ, i. e. quum huc me conferrem, in via simul illuc deflexi. SEIDL.

512. τύμβῳ δ' ἀμφέθηκα μυρσίνας] Vide supra v. 324. BARN.

513. οἷν Schæferus. Libri ὅιν.

519. ἐθαύμασ'] *Coluit*. Aristides vol. 2. p. 270. πῶς ἄξια ταῦτα τοῦ Διονύσου καὶ τοῦ Ἡρακλέους, οἳ παρ' ὑμῖν (Thebanis) φύντες παρ' ὑμῶν πρῶτον ἐθαυμάσθησαν; MUSG. Æschylus de eadem re adhibuit πρεσβεύειν Choëph. 485. SEIDL.

520. Recte monuerunt interpretes, Euripidem h. l. irridere Æschylum Choëph. a v. 164—230. Nec tamen jure hoc fecit Euripides. Bene enim senserat Æschylus, animum anxium curisque depressum etiam ex vanis rebus sæpe spem captare. SEIDL.

521. χρῶμα ταὐτὸ Scaliger et, si quid ex silentio colligendum, Flor. 1. 2. χρώματ' αὐτῆς ed. pr.

ἔσται] ἐστιν Musgrav. Mihi futurum positum videtur ob comparationem nondum institutam, sed nunc demum instituendam, ut infra v. 533. MATTH.

528. ὁ μὲν παλαίστραις] Cf. Bacch. 428. Jungo: παλαίστραις ἀνδρὸς εὐγ. *palæstra, qualem vir nobilis exercet.* MATTH.

530. ὁμοπτέρους] Beckius monet, respicere huc Pollucem Onom. 6, 156. ὁμοπτέρους δὲ τοὺς ὁμοτρίχους εἰπόντος Εὐριπίδου. Cf. Hesych. v. ὁμόπτεροι. SEIDL.

536. δυοῖν ἀδελφοῖν] Male Musgravius "Orestis et Electræ." In universum dicit *fratris et sororis*. Nos: *zweyer Geschwister*. SEIDL.

538. μολὼν] Scribendum μόλοι cum Musgravio: nisi versus post hunc excidit.

543. Ed. pr. et Florr. παῖς νῦν τοῦτ' ἂν ἔχῃ φάρη; MS. β. ἔχοι, quod supra scriptum habet α. Voces transposuit Barnes. Sed vereor ne hac transpositione vestigia veræ lectionis deleta sint: verum enim videtur, quod Elmslei. proposuit ad Med. 326. not. s. [not. v. ed. Oxon.] p. 140. πῶς ἂν, τότ' ὢν παῖς, ταῦτ' (sic Portus) ἀνὴρ ἔχοι φάρη; ἀνήρ ob prægressum παῖς pene necessarium est, νῦν minus necessarium. Cf. ad Med. 60. Recte etiam Elmslei. ταῦτ' ad sententiam melius esse dicit quam ταῦτ'. MATTH. Prætuli ταὐτὰ νῦν. Vocabulo ἀνήρ opus non est, quum id ipsum addito νῦν significetur.

544. MS. γ. ξυναύξουθ'.

546. Edd. ἢ τῆσδε σκοποὺς λαθὼν χθονός. At recte Elmslei. ad Bacch. 960. "Sensus hanc scripturam postulat: σκοποὺς λαθὼν ἐκείρατ', ἢ τῆσδε χθονός" (sc. τις, *civis aliquis hujus terræ*. vid. Musgrav. ad Troad. 859.) "Non enim ad Agamemnonis sepulcrum, sed ad Argivorum fines vigilabant custodes, neque civium causa, sed hostium constituti erant." Quum autem MSS. α β γ, adde Flor. 1. 2. pro λαθὼν habeant λαβὼν, MS. β. etiam σκότους pro σκοπούς, egregie Seidler. hæc sic emendavit: ἢ τῆσδε, σκότος λαβὼν, χθονός. Iph. T. 994. ὡς δὴ σκότος λαβόντες ἐκσωθεῖμεν ἄν; MATTH.

ἢ τῆσδε] ἢ 'κ τῆσδε Piersonus probabiliter.

556. ἐξέκλεψε] Libri ἐξέθρεψε. Emendavit Piersonus Veris. p. 241. collatis v. 16. 286. 416. 540. Soph. El. 11—14. Æschyli Choëph. 747.

558. εἰσδέδορκεν] Scribendum ἐσδέδορκεν.

565. λαβεῖν] Offendit hæc vox Musgravium. Sed vera vulgata. Senex, quod satis demonstrat verbum φαίνει, initio incertus animi est, utrum verum Orestem videat, an vana ejus imagine ludatur. Jubet igitur Electram preces mittere ad deos, ut vere sibi dent eum, cujus imaginem ipsi conspiciant. Ac, si vel displiceat hæc explicatio, recte tamen se habet λαβεῖν. Nondum enim acceperat, quippe quæ fratrem nondum agnovisset. SEIDL.

571. ὁρᾶν MS. β. Flor. 1. 2. ὁρῶν ed. pr.

573. οὐλὴν] Talem Ulyssis ἀναγνώρισιν ex cicatrice factam Homerus describit Od. T, 392. BARN.

576. προσπίτνειν] Vulgo προσπιτνεῖν.

580. οὐδέποτε δόξασ' Musgravius. Vulgo οὐδέποτ' ἐδόξασ'.

582. ἦν Musgravius. Libri ἦν δ'.

ἐκσπάσωμαι] ἀσπάσωμαι Flor. 1. 2.

583. Electræ tribuebatur. Correxit Musgravius.

587. πυρσὸν h. l. dixit noster, quod alibi dicit φῶς. SEIDL.

ὃς, i. e. Orestes, qui latet in voce πυρσόν. Liberius etiam Sophocles Œd. Col. 729. εἰληφότας φόβον νεωρῇ τῆς ἐμῆς ἐπεισόδου, ὃν μήτ' ὀκνεῖτε, ubi ὃν pertinet ad ἐγώ, quod latet in τῆς ἐμῆς. SEIDL.

589. ἔβα Matthiæ. ἔβασε Flor. 1. 2. et ed. pr. ἔβασα Paris. tres.

594. εἰς] Scribendum ἐς.

θεοὺς] τοὺς θεοὺς Flor. 1. 2. Punctum post θεούς delevit et τύχᾳ pro τύχα scripsit Tyrwhittus.

596. ss. Cf. Soph. Electr. a v. 1288. SEIDL.

598. ἤλυθες] Hac forma noster in iambico trimetro utitur etiam Troad. 376. et auctor Rhesi v. 656. SEIDL.

600. τήν, quod deest in ed. pr. addidit Canter. et esse videtur in Florr. MATTH.

601. τι εὐμενὲς φίλων i. e. εὐμένειά τις φίλων, et hoc pro εὐμενεῖς φίλοι τινές. Tum ἄργον pro Ἄργος Flor. 1. MATTH.

602. ἀνεσκευάσμεθ' ab argentariis petitum videtur, quorum mensæ ἀνασκευάζεσθαι, *amoveri*, *tolli e foro* dicuntur a Demosthene in Apatur. p. 895, 5. in Timoth. p. 1204, 26. 1205, 2. quum ipsi non sunt solvendo et decoxerunt. Quorum quum fortuna eversa sit, ἀνασκευάζεσθαι h. l. est *everti*. MATTH.

603. Pro τῷ συγγέν. Porson. Adv. p. 272. conj. πῶς συγγ. Vix opus: *quem conveniam, et noctune an interdiu?* MATTH.

606. εὕρημα] I. q. ἕρμαιον. BARN.

τὸ] τοι Seidlerus.

607. Flor. 1. 2. τὸ κοινῇ μετ.

608. Ista, ἐκ βάθρων—ἐλπίδ', parenthesi includi debent. Ita igitur verte: Tu vero, (nam funditus periisti totus amicis nec spem ullam reliquam fecisti) hæc a me audiens accipe. HEATH.

611. Infinitivo λαβεῖν explicatur prægressum πάντα, vel ἐν χερὶ τῇ σῇ πάντ' ἔχεις idem est atque ἐν χειρὶ τῇ σῇ ἔνεστι πάντα λαβεῖν. Tum λαβεῖν esse videtur pro ἀναλαβεῖν, ἀνασῶσαι. MATTH.

613. Θυέστου παῖδα] Ægisthum.

619. ἐσῆλθε] Scribendum εἰσῆλθε.

622. Προσηκάμην τ. ῥ.] Suidas: προσήκαντο, αἰτιατικῇ, κατεδέξαντο. Hesych. προσίεται, ἀρέσκεται, προσδέχεται, ἡδέως λαμβάνει. SEIDL.

624. ἐλπίδ' Barnesius. Libri ἐλπίδας.

925. ἐπόρσυν' ἔροτιν] Ita MSS. α. γ. [et Flor. 1. 2.] MS. β. ἐπόρσυν' ἔρωτιν. Margo MS. α. ἑορτὴν, Αἰολικῶς. Tragicos non penitus voces Æolicas repudiasse patet ex Rhes. v. 438. Herc. Fur. v. 868. Soph. Antigon. v. 640. ἔροτιν agnoscit, nec ut Æolicum notat, Etymologus. Vetus Oraculum apud Phlegontem Trallianum de Olympiis, p. 140. ed. Meurs.

—θῆκε δ' ἔπειτ' ἔροτιν καὶ ἔπαθλα θανόντι
Οἰνομάῳ· τρίτατος δ' ἐπὶ τοῖς παῖς Ἀμφιτρύωνος
Ἡρακλῆς ἐπέλεσσ' ἔροτιν καὶ ἀγῶν'—

Ed. Victor. ἐπόρσυν' ἑορτήν. MUSG. Interpretes ad Hesychii glossam ἐροτὴν ἑορτὴν, Κύπριοι, præter hunc Phlegontis locum citant Eustath. Od. B. p. 74. (1430. 34. ed. R.) et Od. Φ. p. 759. (1908. 57.) Ceterum in Hesychio, Etymol. M. aliisque locis ad imitationem cognati ἑορτὴ vocem istam scribunt ut oxytonon, male, ut patet ex Eustathio. SEIDL.

630. ἦ πού] Scribendum οὔ που ex Flor. 1. 2. Vid. ad Helen. 135.

631. οἳ σέ γ' Piersonus Veris. p. 244. οὓς ἐγ' libri.

632. δ' om. Flor. 1. 2.

633. Ed. pr. λέξω γὰρ ἴδιον τοῦτο. MS. α'. ἄλλων γὰρ ἴδιον. MS. β. δίλων γὰρ ἴδιον, unde Musgr. fecit δούλων γὰρ ἴδ. quod habere videntur Flor. 1. 2. Certe ex iis nihil enotatum. Sed Porson. apud Kidd. p. 227. δμώων γὰρ ἴδ. MATTH. Recepi emendationem Porsoni. δούλων vix esse credam in Flor. 1. 2. Quod in ed. pr. positum est λέξω, editoris esse conjectura videtur scripturam corruptam utcunque corrigentis.

634. ἂν addunt codices, om. ed. pr.

635. στείχων ὅθεν] I. e. στείχων ἐκεῖθεν, ὅπου. MATTH.

ἐσόψεται] Scribendum εἰσόψεται.

636. παρ' Piersonus. γὰρ libri.

637. γ' addidit Piersonus.

638. γε Reiskius. Libri τε.

641. πόσει non potest dubitari quin ex versu proximo huc sit illatum. Quod animadvertit Reiskius, qui satis probabiliter τάχει vel βραχεῖ conjecit.

642. ἐξωρμᾶτ' Reiskius. Vulgo ἐξορμᾶτ'.

645. τοιαῦτα] *Ita est.* Sic etiam Hecub. 776. SEIDL.

647. Flor. 1. ἐξετήσομαι pro ἐξαρτύσομαι. Flor. 2. ἐξαιτήσομαι. γρ. ἐξαρτίσομαι.

649. ὅδε Tyrwhittus. Libri τόδε.

651. Porson. Adv. p. 272. legit: λέγω, γεραιὲ, τάδε. citans Iphig. A. 1395. Mihi versus insititius esse videtur, ex eo confictus, quod aliquis ad ἀπάγγελλε adscripserat Κλυταιμνήστρᾳ. Nam satis erat dicere ἀπάγγελλε, matri nimirum, quod e præcedente versu facile intelligitur; nec memini duos imperativos, quorum prior genus, alter partem designat, λέγε—ἀπάγγελλε, deinceps positos. MATTH. Recte hunc versum delet Matthiæ.

654. δέχ' Elmsleius ad Heracl. 602. Legebatur λέγ'.

656. λόχι'—νοσήματα Musgravius. Libri λοχεῖ'—νοσήματος.

658. δακρύσει γ' ἀξίωμ' ἐμῶν τόκων, i. e. δακρύσει, ὅτι τέκνα ἃ ἔτεκον οὐκ ἔχουσιν ἀξίωμα. Deflebit dignitatem liberorum meorum, quæ scil. nulla est, i. e. deflebit indignam et humilem liberorum meorum conditionem. SEIDL.

661. εἰσίτω Musgravius. Libri εἰσίω.

662. οὐκοῦν τραπέσθαι σμικρὸν εἰς Ἅιδου τόδε] Recte Musgravius monet, per τόδε Clytæmnestram intelligi non posse. Mea sententia ludit in verbis dicitque hoc: οὐκοῦν σμικρὸν (ἐστὶ) τραπέσθαι τόδε (δηλονότι ὃ λέγεις ΕΙΣ ΔΟΜΩΝ πύλας, ὥστε εἶναι) ΕΙΣ ΑΙΔΟΥ. Facile igitur est, parva mutatio est, si quod dicis εἰς δόμων πύλας, mutamus, ut sonet εἰς ᾅδου scil. πύλας. Similis lusus est in Soph. Antig. 567. ἀλλ' ἥδε μέντοι μὴ λέγε. SEIDL. Post τόδε punctum ponatur.

666. ἔπειτ' ἀπαντῶν Piersonus. ἔπειτα πάντων libri.

667. ὥστ' αὐτά Elmsleius ad Iph. T. 934. Libri ὡς ταῦτα.

672. οἴκτειρέ θ' ἡμᾶς] Musgravius οἴκτειρ' ἔθ' ἡμᾶς. Sed nihil mutandum. Illud θ' spectat ad proximum Ἥρα τε, v. 674. et σύ τε, v. 677. Interrumpit enim Orestæ orationem Electra. SEIDL. οἰκτείρεθ' Flor. 1. 2. Recte fortasse Dobræus οἴκτειρον: quod ab librariis mutatum esse potest propter proximum οἴκτειρε.

673. σοῦ Barnesius. Legebatur σούς.

ἐκγόνους] Scribendum videtur ἐκ γένους, quod conjecit L. Dindorfius in Thesauro Stephani vol. 3. p. 386 C. collato

Heracl. 36. Θησέως παῖδας—ἐκ γένους Πανδίονος. Eadem corruptela Ion. 737.

677. ἀνοσίως οἰκῶν] Id est ἀνοσίως ἀναιρεθείς. BARN.

Versus 678. incommode interponitur, quum et 677. et 679. ad solum Agamemnonem spectent. Itaque Seidler. eum ante v. 677. collocavit, ego uncinis inclusi, ut spurium. Nam etiam καί—τε a consuetudine tragicorum abhorret; χεῖρας ᾗ δίδωμ' ἐμάς Barnes. vertit, *cui tendo manus meas*, Musgrav. pro *quam manibus pulso* accepit. Neutrum alibi me legere memini. MATTH. Recte hunc versum delet Matthiæ.

682. 683. Hoc ordine Reiskius: inverso libri.

684. οἶδ'] οἶδεν Flor. 1. 2.

685. προφωνῶ] Flor. 1. 2. προσφωνῶ. πρὸς τάδε, *propterea*, ut apud Æsch. Eumen. 542. Sept. c. Th. 314. quæ loca attulit Hermann. ad Viger. p. 863. n. 425. Cf. infra 688. Sed alibi semper hæc formula, sicut πρὸς ταῦτα, ab initio sententiæ ponitur, ut de veritate lectionis dubitem, etiam quod *propterea* non satis videtur accommodatum esse. Mirum etiam, Euripidem dicere maluisse Αἴγ. θανεῖν, quam Αἴγ. κτανεῖν. MATTH.

690. εὐτρεπὲς] τὸ ξίφος. BARN.

691. ὀλολύξεται] Eodem modo de clamore læto Æschylus usurpat ἐπολολύζειν, Sept. ad Theb. 827. Choëph. 939. ὀλολυγμὸς, Sept. ad Theb. 270. et noster Orest. 1137. ubi vid. scholiast. Etiam ὀλόλυγμα sic legimus Heracl. 782.—In fine versus recte ed. princ. δέ σου. Barnesius δὲ σοῦ. SEIDL.

694. εὖ πυρσεύετε κραυγὴν ἀγ. τ.] Explica Reiskium secutus: tumultum, qui a luctantibus (Oreste et Ægistho) orietur, mihi indicate. Bene ille citat, v. 749. De voce πυρσεύειν confer Suidæ glossam, cujus initium hoc est: πυρσεύω σοι τὴν σωτηρίαν, ἀντὶ τοῦ ἐκφαίνω. SEIDL. πυρσεύετε i. q. σημαίνετε. quasi hodie diceres, *send me intelligence by telegraph*. DOBR.

699. Fabula, quæ in hoc carmine narratur, pluribus exponitur a scholiastis ad Orest. v. 803. et 995. seqq. Construe: κληδὼν ἐν π. φ. μένει, Πᾶνα, ἀγρῶν ταμίαν, εὐαρ. ἐν καλ. μοῦσαν ἡδ. πνέοντα πορεῦσαί ποτε χρυσέαν ἄρνα καλλ. ὑπὸ ἀταλᾶς ματέρος Ἀργείων ὀρέων. Ad ὑπὸ ἀταλᾶς ματέρος (i. e. ἀρνὸς) intellige οὖσαν. Similiter noster de ave matre Troad. v. 147.

μάτηρ δ' ὥς τις πτανοῖς κλαγγὰν
ὄρνισιν ὅπως ἐξάρξω 'γὼ
μολπάν.

Hæc autem agna mater dicitur fuisse Ἀργείων ὀρέων, i. e. τροφεῖσα ἐν Ἀργείοις ὄρεσιν. SEIDL. Verba ἀταλᾶς ὑπὸ ματέρος jungenda videntur cum vv. χρυσέαν ἄρνα πορεῦσαι, ut ὑπό idem fere sit quod ὑπέκ, ut ὑπὸ πτερῶν σπάσας Andr. 442. Vid. ad Hec. 53. 654. Andr. l. c. *agnam ab uberibus matris abstractam.* Ἀργείων ὀρέων κληδών, *fama in montibus orta.* MATTH.

ματέρος] Scribendum ματρός.

700. Ἀργείων ὀρέων ποτὲ κληδὼν] Hæc verba versui antistrophico 714. χρυσήλατοι, σελαγεῖτο δ' ἀν' ἄστυ duobus modis accommodari possunt ut aut Ἀργηίων ὀρέων scribatur aut, quod minus probabile videtur, Ἀργείων ἐξ ὀρέων. Ἀργείων et in antistropho χρυσήλατοι præcedenti versui addit ed. pr.

701. πολιαῖσι φήμαις] Apollonides in Anthol. H. Steph. p. 11.

Θρηϊκίης φάτνης πολιὸς λόγος εἰς ἐμὸν ὄμμα
ἤλυθε. MUSG.

φήμαις] Scribendum φάμαις.

703. ἠδύθροον] Scribendum ἀδύθροον.

705. χρυσέαν— | πορεῦσαι— | κάρυξ— | ἀγορὰν ἀ.—Μυκηναῖ- | οι— | ὀψόμενοι— | φάσματα— | ἐγέραιρον οἴκους ed. pr.

χρυσέαν ἄρνα καλλιπλόκαμον πορεῦσαι] Duobus modis hunc versum metiri licet, ut aut ex duobus creticis cum clausula choriambica compositus sit, aut χρυσέαν per synizesin in duas syllabas contracto ab dochmio incipiat. Quæ altera ratio probabilior est quum mox ejusdem metri versus non ambiguus sequatur 710.

707. κάρυξ] Scribendum κᾶρυξ.

βάθροις codices Parisini tres et Flor. 1. 2. βαράθροις ed. pr.

711. φάσματα, δείματα, id est δειματόεντα φάσματα, ut recte Barnes. nam portenta animum de futuro eventu anxium reddunt. MATTH. Non integra hujus versus lectio est: deest enim in fine syllaba una. Recte Erfurdtius χοροί in κῶμοι mutare videtur. Quo recepto in unum versum conjungenda sunt verba φάσματα—οἴκους. et in antistropho 724. τὰν—πείμναν, hoc metro,

– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – | – ⏑ – | – ⏑ ⏑ – ⏑ – –

712. χοροί, ad placandam iram deorum, quæ agno aureo portendi videbatur, instituti. MATTH.

Ἀτρειδᾶν, i. e. Atrei et gentis ejus. Sic Soph. Œd. Col. 1066. Θησεῖδαι de Theseo cum militibus suis. SEIDL.

713. *θυμέλαι*] Quid proprie significaret *θυμέλη*, non videtur Polluci satis certo constitisse. Sic enim ille 4, 123. *ὀρχήστρα, ἐν ᾗ καὶ ἡ θυμέλη, εἴτε βῆμά τι οὖσα, εἴτε βωμός*. Collatis tamen locis tragicorum, in quibus ea vox occurrit, videor mihi statuere posse, *θυμέλην* primario sensu esse, atrium amplum, et magnificum, sive id in regum divitumque ædibus, sive in Deorum templis, esset. De postremo hoc genere adhibetur Euripid. Suppl. v. 73. Ion. v. 46. v. 114. et v. 128. Pratinæ apud Athenæum, p. 617. Altera notio unice convenit Æschyl. Suppl. v. 677. Eurip. Iph. in Aul. v. 152. Locus, quem tractamus, alterutram quidem admittit, sed priorem commodius. Solenne enim in magna publicaque lætitia erat templa Deorum sacrificandi causa aperire. Plutarchus Parallel. p. 422. *πᾶν εὐθὺς ἱερὸν ἀνέῳγεν στεφανηφορούντων*. Idem p. 496. *πᾶς δὲ ναὸς ἀνέῳκτο καὶ στεφάνων καὶ θυμιαμάτων ἦν πλήρης. χρυσήλατοι θυμέλαι*, ut *χρυσήρεις οἴκους*, Ion. v. 155. *χρυσήρεις θριγκοὺς*, Iph. in Taur. v. 120. MUSG.

ἐπίτναντο i. e. *ἐπετάννυντο*, ut Il. *φ'*, 7. *ἠέρα δ' Ἥρη πίτνα* i. e. *ἐπέτασε*. Od. *λ'*, 392. MATTH. Syllaba *χρυ* versui proximo addatur.

719. *ὡς* additum ex Par. tribus.

ἐπίλογοι ineptum ad sensum metroque contrarium vocabulum. Recte corrigit Seidlerus *ὡς ἐστὶ λόγος, Θυέστου*.

721. *ἄλοχον*] Aëropam.

722. *ἐκκομίζει πρὸς δώματα*, i. e. *ἐξ Ἀτρέως δωμάτων κομίζει πρὸς τὰ ἑαυτοῦ δώματα*. SEIDL.

723. *ἀγόρους*] *ἀγορᾶς* Flor. 1. 2.

725. *χρυσόμαλλον* Musgravius. Libri *χρυσεόμαλλον*.

δῶμα Heathius. Libri *δώματα*.

ποίμναν] Sic Latini *pecus* de una ove nonnunquam adhibent. MUSG.

726. Versus recte divisi in editionibus veteribus *τότε δὴ— | ἄστρων*—et v. 729. *λευκὸν— | τὰ δ'— | θερμὰ— | νεφέλαι— | ξηραί—ἕδραι*, pariterque in antistropho.

728. *μετέβασ'* Musgravius. *μεταβὰς* Par. tres et Flor. 1. 2. *μεταβάλλει* ed. pr. ex interpolatione editoris, ut opinor.

732. *θερμᾷ* Dobræus. Libri *θερμά*.

θεοπύρῳ] Trisyllabum, quasi *θευπύρῳ* scriptum esset.

734. *ξηραί τ' Ἀμμωνίδες ἕδραι*] Ammonis Jovis templum et

oraculum erant in Libyæ desertis, de qua re copiose Quintus Curtius Hist. Alexandri l. 4. ubi sterilitatem loci arenosi notat et oraculum ejusque sedem optime describit. Vide etiam lexicographos. Quod autem fontibus et aquis careant hæ sedes, testatur Euripides in Alcest. v. 115. Εἴτ' ἐπὶ τὰς ἀνύδρους Ἀμωνιάδας ἕδρας, etc. Quod tamen de locis intelligendum, per quos ad hoc oraculum eundum; ipse enim locus, ubi templum erat, mirifice fontibus et arboribus et fructibus beatur; ut idem docet Curtius ibidem. BARN.

735. ἀπειρόδροσοι Bothius. Legebatur ἄπειροι δρόσου.

736. ὄμβρων Διόθεν στερεῖσαι] ὄμβρων τοῦ οὐρανοῦ στερηθεῖσαι. In Ægypto enim nunquam pluit, Nilus illis sufficit, unde et dicitur Ζεὺς Αἰγύπτιος, ὅτι Διὸς δίκην τὴν γῆν ὑδραίνει. Vid. ad Helen. v. 2. Libyca autem desertus raro pluviis irrigatur, et tum quidem nihilo plus fœcundatur. BARN.

739. ἀέλιον Canterus. Libri ἀελίου.

740. Verba ἀλλάξαντα δυστυχίᾳ βροτείῳ, quorum primum metro adversatur, reliqua duo autem plane inertia sunt et inutilia, non puto dubitari posse quin a grammatico lacunæ explendæ caussa adjecta sint. Metri quidem vitium vitari potuisset posito ἀμείψαντα. Sed Euripidis verba haud dubie sic comparata fuerunt ut versus 741. ab integro inciperet vocabulo.

742. θνατᾶς ἕνεκεν δίκας] *Mortalis judicii causa*, i. e. propter vindictam, quam illi fratres inter se exercuerunt. SEIDL.

744. Ed. pr. μῦθοι, κέρδος δέ. δέ omittit MS. β. Flor. 1. 2. Si sensus est, qui esse debet, *ad deorum cultus*, rectius est πρὸς θεῶν θεραπείας. MATTH.

746. συγγενέτειρα] Vox rarissima, et vix alibi, credo, occurrens. Vis ejus cognoscitur ex voce γενέτειρα, *matrem* significante, unde sequitur, συγγενέτειραν esse, *quæ simul procreavit*, i. e. simul cum marito. MUSG.

ἀδελφῶν] Orestis et Electræ.

751. πῶς ἥκομεν i. q. πῶς ἔχομεν. Herod. 1, 102. ἑωυτῶν εὖ ἥκοντες. ib. 149. ὡρέων ἥκουσαν οὐκ ὁμοίως. *qua pugnæ fortuna utimur?* MATTH.

752. Flor. 1. 2. πλὴν ἐμφόνιον i. e. ἐμ φόνιον ex antiqua pronuntiatione. Flor. 1. etiam οἰμωγάς. MATTH.

769. πατρός γ' ed. pr. γ' delevit Barnesius.

770. *ταῦθ'*] *ταὔθ'* Portus. Mihi mutatione non opus videtur. Ταῦτα intelligo *ὅτι τέθνηκε*. Ad proxima cf. Troad. 74. *ἕτοιμ', ἃ βούλει, τἀπ' ἐμοῦ*. SEIDL.

ἃ γ' οὖν Elmsleius. *ἃ γοῦν* vulgo.

772. *τίνι*] *τίνος* Flor. 1. 2.

774. *ἀπήραμεν πόδα*] *αἴρειν πόδα* noster dixit Hec. 951. *πόδ' ἔξω δωμάτων αἴροντι*. Hel. 1626. *ποῖ σὸν πόδ' αἴρεις*; Troad. 343. *κοῦφον αἴρῃ βῆμα*. SEIDL.

775. *εἰσβάντες*] Scribendum *ἐσβάντες*.

δίκροτον εἰς] *εἰς δίκρουν* Scaliger. Poterat lenius *δίκροον εἰς*, quod proposuit Lobeckius ad Phryn. p. 233. Sed recte legi videtur *δίκροτον*.

778. *κάρᾳ* Portus. *κάρα* ed. pr.

780. *πορεύεσθ' ἔστε τ'* Musgravius. Libri *πορεύεσθέ τ'*.

781. *Ἀλφειόν* ed. pr. *Ἀλφεόν* Flor. 1. *Ἀλφεῖόν* Flor. 2.

785. *θοίνῃ* Seidlerus. Legebatur *θοίνην*.

787. *ἐς ταὐτὸν ἥξετ'*] *Quum mane e lecto exsurrexeritis, eodem pervenietis*, quo scilicet pervenissetis, si ad me non deflexissetis, i. e. iter vestrum nihilominus perficere poteritis. SEIDL.

800. *σφαγεῖον ἔφερον* Scaliger. Libri *σφάγι' ἐνέφερον*.

801. *πῦρ ἀνῆπτον* Canterus. *πυρὰν ἧπτον* Flor. 1. 2. ed. pr.

805. *πολλάκις με βουθυτεῖν*] De hoc infinitivo vid. interpp. ad Suppl. 3. Victorius in margine; *λείπει ἀττικῶς τὸ δότε*. SEIDL.

807. *τοὺς δ' ἐμοὺς ἐχθροὺς κακῶς*] Scil. *πράσσειν*. Anacoluthon est. Latet in antecedentibus *εὖ πράσσειν ἐμέ*.—Conferri hic potest Clytæmnestræ oratio in Soph. Electr. v. 850. SEIDL.

809. *γεγωνίσκων*] Conf. interpp. ad Hesych. v. *γεγωνίσκει*. SEIDL.

811. s. *μοσχίαν τρίχα τεμὼν*] Pilos ex victimæ capite ante sacrificium resecabant, quod proprie dicebatur *ἀπάρχεσθαι*, de qua re vide Eustathium in illud Odyss. *ξ*. v. 422. *Ἀλλ' ὅγ' ἀπαρχόμενος, κεφαλῆς τρίχας ἐν πυρὶ βάλλεν*. BARN.

σφαγὶς] Recurrit hæc vox infra v. 1142. Pollux 10. 97. *τῶν δὲ μαγείρου σκευῶν καὶ κοπίδες καὶ σφαγίδες*. SEIDL.

813. Distinguit Reiskius: *κἄσφαξ', ἐπ' ὤμων μόσχον ὡς ἦρ. χ.* *et mactabat vitulum ex humeris famulorum dependentem.* Vulgata distinctio idem dicit. SEIDL. Sed præstat Reiskii interpunctio. Ceterum comparetur Helen. v. 1562.

815. ἐκ τῶν καλῶν] Musgravius: "Videndum, an melius sit ἐν τῶν καλῶν." Exquisitior lectio librorum: neque de una re sermo est, sed de duabus. SEIDL.

816. Historica hæc, non a poeta ficta. Dissertatio Dorica de honesto et turpi p. 55. ed. Gale. Θεσσαλοῖσι δὲ καλὸν τὼς ἵππως ἐκ τᾶς ἀγέλας λαβόντι αὐτὼς δαμᾶσαι, καὶ τὼς ὄρεας· βῶς τε λαβόντι αὐτὼς σφᾶξαι, καὶ ἐκδεῖραι, καὶ κατακόψαι. Hinc si quis putet, Ægisthum rem indecoram ab Oreste petere, facile est poetam defendere. Addi potest, homines liberales, etiam Isæi tempore, in re divina facienda propriis manibus operatos esse, habitumque arctæ necessitudinis indicium, si quis adjutor alicujus in hujusmodi re assumeretur. τὰ ἱερὰ, inquit ille, συνεχειρουργοῦμεν, καὶ συνετίθεμεν. Isæus, p. 64. ed. Ald. MUSG.

ἀρταμεῖ, i. e. κατακόπτει. Eadem significatione noster usurpavit in Peliasin, teste Hesychio v. ἀρταμεῖν. SEIDL.

819. εὐκρότητον, i. e. *bene coactum, induratum malleo*, ut recte interpretatur D'Orvillius ad Chariton. p. 86. Confer Soph. Antigon. v. 435. MUSG.

Δωρίδ'] Paulo post v. 836. vocatur Δωρικὴ κοπίς. Memorabile est, veteres grammaticos nonnisi δορίδος mentionem facere, quod derivant a δέρειν. Hesychius et Etym. M. δορίδες, μάχαιραι μαγειρικαὶ, εἰς τὸ ἐκδεῖραι τὰ θύματα ἐπιτήδειοι. Pollux 6, 89. δορίδας, αἷς ἔδερον, (coll. 10. 104.) ubi Jungermannus citat Eustath. ad Il. β'. 184. 8. ἐντεῦθεν (ἀπὸ τοῦ δέρω τοῦ ξέω) καὶ δορίδες. Hesychius tamen: Δωρικὴ—ὅπλισις τις οὕτως ἐκαλεῖτο, καὶ κατασκευή. καὶ Δώριος. Victorius in margine adposuit glossam: εἶδός τι μαχαίρας ἡ δωρίς. SEIDL.

820. εὐτρεπῆ πορπόματα Flor. 1.

825. ἱππίους] Ed. Victor. ἱππείους. Sed legendum ἵππιος. δρομεὺς ἵππιος est cursor, qui in δρόμῳ non communi, sed ἱππίῳ, laborat, ὁ ἵππιον δρόμον ἀγωνιζόμενος, ut ait Pollux 3, 147. Pausan. p. 193. δρόμοι δέ εἰσι τοῦ ἱππίου, μῆκος μὲν δίαυλοι δύο. Hinc intelligas mendosum esse apud nostrum ἱππίους. Vide et Hesych. v. ἵππειος. MUSG. Recepi Musgravii emendationem.

826. ἱρὰ] Scribebatur ἱερά.

827. λοβὸς] Pars jecinoris, quam nunc lobulum Spigelii dicimus. Scholiastes Æschyli: λοβὸς, μέρος τοῦ ἥπατος, ad Eumen. v. 158. MUSG. Utrum lobulum Spigelii dicat, dubitari potest. Namque lobus etiam quadratus, quem vocant,

nonnumquam deest, ut audivi ex viro harum rerum perito. SEIDL.

828. πύλαι] Pollux 2. s. 215. Καλεῖται δὲ τοῦ ἥπατος, τὸ μὲν αὐτοῦ, πύλαι, καθ' ἃς ὑποδέχεται τὸ αἷμα, ὅπερ διὰ μιᾶς φλεβὸς εἰς πάσας τὰς φλέβας ἀπ' αὐτῶν ἀναπέμπεται· τὸ δὲ, λοβοὶ ἡπατίαι, καθάπερ οἱ τοῦ πνεύμονος λοβοὶ πνευμονίαι. SEIDL.

δοχαὶ χολῆς] *Receptaculum bilis.* Hoc enim magni in extispiciis momenti erat. Plutarch. Op. Mor. p. 1102 B. θεοῦ δὲ θυσία μὴ παρόντος, ὥσπερ ἱερὸν (l. ἱερεῖον) δοχῆς, ἄθεόν ἐστι καὶ ἀνεόρταστον, καὶ ἀνενθουσίαστον τὸ λειπόμενον, μᾶλλον δὲ ὅλον ἀτερπὲς αὐτῷ καὶ λυπηρόν. vid. Hesych. v. δέξις. MUSG.

πέλας] Mavult Musgravius πελᾶν. Sed vide ne ad πέλας intelligendum sit οὖσαι. Erat enim hoc abnorme et insolens. Attendebatur autem in extispiciis ad tales ἐκτροπὰς, quas Hesychius vocat voce πύλαι, cujus hæc glossa est: Πύλαι. Ἀριστοφάνης Τελμισσεῦσιν, ἀπὸ (l. ἐπὶ) τῶν θυτῶν λέγει. ἐκεῖνοι γὰρ ἐπισκέπτονται τὰς ἐκτροπὰς τοῦ ἥπατος καὶ τὰς φλεβάς. SEIDL.

829. προσβολάς, *fortunam, eventum,* ut apud Antiphontem p. 123. ed. Steph. ubi Reisk. in indice recte interpretatur *impetum infesti numinis in hominem impium incurrens, velut aries in mœnia.* Sic etiam apud Aristoph. Pac. 39. accepit Bergler. supra 655. erat μητρὶ προσβάλλει φόνον *cædem infligit.* MATTH.

835. πευστηρίαν] Musgravius cum Porto subaudiri putat θοίνην, vel δαῖτα. Malim θυσίαν. Erit autem θυσία πευστηρία sacrificium exploratorium, ad explorandos deos institutum, quemadmodum dicuntur sacrificia ἱλαστήρια, καθαρτήρια, σωτήρια, etc. Vid. ad Lamb. Bos. Ellips. v. θῦμα p. 191. coll. p. 198. Schæf. Poterat igitur etiam dicere πευστήρια. SEIDL. Flor. 1. 2. παστηρίαν, et vs. sq. Flor. 1. θοινασόμεθα. Ad πευστηρίαν e θοινασόμεσθα supple θοίνην, ut Herc. f. 177. κῶμον ex ἐκώμασεν. MATTH.

836. Φθιάδ'] Vafre Orestes cultrum Phthioticum poscit, utpote hoc tempore Thessali personam gerens. MUSG.

837. κοπίδ'; ἀπορρήξω] κοπίδ', ἀπορρῆξαι Musgravius.

χέλυν] Reiskius: "Χέλυν hic loci est *pectus,* compages costarum et sterni, h. e. tota thoracis arca χέλυς dicitur, a similitudine testudinis." Henr. Steph. Thesaur. v. χελύσσομαι citat schol. Nicandr. Alexiph. v. 81. διὰ χέλυος, τουτέστι τοῦ στήθους, τὴν ἀναφορὰν τῶν ἐρυγμάτων ποιεῖται. SEIDL.

838. κόπτει] σκόπει Flor. 1.

σπλάγχνα h. l. sunt viscera thoracis, pulmones et cor. Nam antea de visceribus abdominis dixerat. REISK.

843. ἠλάλαζε Seidler. explicat ἐθορυβεῖτο, scil. *manus pedesque jactans*. Nam cognata esse ἀλαλάζω et ἀλάλημαι. hoc a Suida reddi τεθορύβημαι, hinc ἀλαλητὸς, ἀλαλή θόρυβος, ut explicantur ab Hesych. Etymol. M. aliis. τυμπάνων, αὐλοῦ ἀλαλαγμόν commemorari Cycl. 65. Hel. 1352. Hinc mirum esse, si solum verbum ἀλαλάζειν, a quo ista descendant, de nullo alio nisi de vocis strepitu dici potuerit. At primum ἀλάλημαι, ἀλαλὴ, ἀλαλητός non nisi a grammaticis explicantur τεθορύβημαι et θόρυβος, in scriptoribus ipsis non nisi de sono, quem voce ac clamore edunt, usurpatum invenitur, quod ne ipsum quidem de ἀλάλημαι id est *vagor* valet. A vocis similitudine nil mirum ἀλαλαγμός ad sonum tibiæ vel tympani translatum esse in oratione lyrica, ut ἰαχὰ συρίγγων Ion. 502. At σῶμα ἠλάλαζε *strepitum dedit*, qui cum voce humana comparari posset, vel σ. ἰάχει, ridicule dictum esset, certe comice, ut Aristoph. Ran. 19. ὁ τράχηλος τὸ γέλοιον οὐκ ἐρεῖ comice, non per negligentiam aliquam, dixit. Itaque unice verum puto, quod Valcken. apud Pierson. ad Mœrin p. 356. conj. ἐσφάδαζε. De vocabulo δυσθνήσκων vid. Lobeck. ad Phryn. p. 616. MATTH. Recte Matthiæ Valckenarii conjecturam probare videtur.

847. εἶπε] Orestes.

849. δὲ Porsonus. Vulgo τε.

853. γέροντος—ἀρχαίου] Conf. v. 287.

856. κάρα 'πιδείξων Heathius. κάρα γ' ἐπιδείξων libri.

859. εἰς] Scribendum ἐς.

861. κουφίζουσα, i. e. κούφως κινοῦσα sive ποιοῦσα. Cf. nostri Suppl. 1057. δύστηνον αἰώρημα κουφίζω. SEIDL.

862. νίκας] Scribendum νικᾷ cum Cantero.

στεφανηφορίαν Musgravius. στεφανοφορίαν ed. pr. Restituenda forma Dorica στεφαναφορίαν ex Flor. 1. 2. de qua dixi ad Soph. Trach. 214.

863. κρείσσω Seidlerus. Libri omnes κρείσσω τοῖς. Id Canterus, recte desiderans articulum, κρείσσω τῆς scripserat. Omitto alias aliorum opiniones, quorum nemo vidit κρείσσω τῆς (nam sic scribendum) ab librario esse illatum, quum ultimæ vocabuli στεφαναφορίαν syllabæ fecissent ut οἶαν excideret.

865. Duo πενθημιμερῆ trochaica.

867. νύξ videtur vocari misera Electræ conditio, quam adhuc toleravit, sicut φῶς, φέγγος est felix rerum status. MATTH.

868. ἀμπτυχαί, puto, αἰθέρος, quod additur Ion. 1444. *oculus meus liber est* (respicitur ad ὄμμ' ἐλεύθερον i. e. ἐλευθερίαν, ut Herc. f. 218.) *et quem ille nunc intuetur, aer et cœlum*, e quo spiritum duco. MATTH. ἀμπνοαὶ Reiskius. Quod aptius videtur.

870. δὴ 'γὼ καὶ δόμοι—μου] Paulo negligentius loquitur. Explicatur illud ἐγὼ per δόμοι μου. Canterus et Scaliger conjiciunt δὴ 'χω. SEIDL. Scribendum δὴ 'χω cum Cantero.

875. χωρήσεται] Mira locutio χωρεῖν χόρευμα. Scribendum videtur χορεύσεται. Futurum medii activa significatione legitur apud Æschyl. Agam. 35.

αὐτὸς δ' ἔγωγε φροίμιον χορεύσομαι. SEIDL.

877. βασιλῆς Seidlerus. Libri βασιλῆες.

878. τοὺς Matthiæ. Legebatur τούσδ'.

882. ἀνδήματα Blomfieldus ad Æschyli Sept. c. Th. 740. Scribebatur ἀναδήματα. ἀγάλματα ex v. 871. 873. scribendum videbatur Burneio in *Monthly Review* 1799. p. 97.

883. ἕκπλεθρον] Vulgo ἔκπλεθρον. De quo Tyrwhittus "Vox ἕκπλεθρον occurrit etiam in Medea, v. 1178. ubi a scholiaste redditur: μέγα καὶ ὑπερβαῖνον πλέθρου μέτρον, qui tamen sensus neque illi loco, neque huic, quem versamus, omnino convenit. Re perpensa, vix dubito, quin vox utrobique scribi debeat ἕκπλεθρον cum adspirata, et verti *sex πλέθρων*, i. e. *stadium*. Πλέθρον enim est ἕκτον μέρος τοῦ σταδίου. Suidas in voce. Qua igitur analogia pro ἑξάπηχυς, *sex cubitorum*, ἑξάπλευρος, *sex laterum*, dici jubet Phrynichus ἕκπηχυς, ἕκπλευρος, eadem pro ἑξάπλεθρος usurpatur ab Euripide ἕκπλεθρος. Posito igitur, quod ἀγὼν ἕκπλεθρος nihil aliud est, quam ἀγὼν σταδιαῖος facilis erit et elegans hujus loci explicatio, et etiam alterius in Medea, v. 1178. si pro ἕκπλεθρον reponamus ἑκπλέθρου:

Ἤδη δ' ἀνέλκων κῶλον, ἑκπλέθρου δρόμου
Ταχὺς βαδιστὴς τερμόνων ἀνθήπτετο."

Eodem modo intellexerat Reiskius; Phrynichi autem observationem confirmat locus in Navigio Luciani: ἑκστάδιος γάρ σοι ἡ ἀρχή. MUSG.

887. Παίδευμα nonnumquam ponitur, ubi expectes παῖς.

Noster Cyclop. 596. σύ τ', ὦ μελαίνης νυκτὸς ἐκπαίδευμ', ὕπνε. cf. Fragm. Æol. 9. 5. SEIDL.

889. ἀεὶ] αἰεὶ ed. pr.

894. δέ τῳ—προθῶμεν] Ita Barnesius. Vulgo δὲ τῷ προσθῶμεν. Verte: et ut rem alicui clare cognoscendam exhibeamus, ob oculos ponamus. SEIDL.

896. Plena locutio esset, ὃν εἴτε χρῄζεις θηρσὶν ἁρπαγὴν προθεῖναι, πρόθες, εἴτε χρῄζεις σκῦλον οἰωνοῖσιν ἐρεῖσαι, ἔρεισον. SEIDL.

902. μή μέ τις φθόνῳ βάλῃ] Vera videri potest Tyrwhitti emendatio φθόνος, si compares Phœniss. 93. μή μοι ἔλθοι ψόγος, Orest. 972. φθόνος νιν εἷλε, Alcest. 1138. φθόνος μὴ γένοιτό τις θεῶν, coll. Suppl. 348. Iph. Aul. 1097. Hercul. Fur. 1219. ὡς μὴ μύσος με σῶν βάλῃ προσφθεγμάτων. Sed explicari tamen librorum lectio potest μή μέ τις βάλῃ εἰς φθόνον, λέγων με νεκροὺς ὑβρίζειν. Orestis responsio quodammodo indicat, τις de persona accipiendum esse. SEIDL.

903. σοι] σε Flor. 1. 2.

904. φιλόψυχος Flor. 1. 2.

907. Alloquitur Ægisthum.

916. μητέρ'] Hic et infra 919. intellige ἐμήν. SEIDL.

920. ἠδίκεις] Jure Canteri conjecturam ἠδίκει improbat Heathius. Sensus est: In te quidem putabas matrem meam justam fore, in patrem autem meum fecisti ut injusta esset. SEIDL.

921. ἴστω appositum est quasi παρενθετικῶς, ut alibi ἴσθι interponitur. Cogitatur vero τις, quod statim sequitur. MATTH.

923. δύστηνός ἐστιν] Ex vulgari syntaxi dicendum fuisset δύστηνος ὤν, sive ὅτι δύστηνός ἐστιν. SEIDL.

924. ἐκεῖ, παρὰ τῷ προτέρῳ ἀνδρί. Cf. Phœn. 1418. ubi ἐκεῖσε est πρὸς ἐκεῖνον. MATTH.

925. ᾧκεις Musgravius. οἰκεῖς libri.

926. ᾔδησθα Lobeck. de apostropho p. 6. Vulgo ᾔδεισθα.

940. εἰ μὴ—ὁμιλῆσαι] Notetur hæc constructio. Plena oratio est, τὰ δὲ οὐδὲν ἐστὶ, εἰ μὴ τοιοῦτόν τι, οἵῳ sive ὥστε αὐτῷ βραχὺν χρόνον ὁμιλῆσαι. SEIDL.

942. αἴρει κάρα] Vulgo αἴρει κακά. quod verum esse non potest, quia αἴρειν κακά esse nequit *mala tollere* s. *amovere* (hic quoque ob duplicem vim vocis *tollere* erratum est) sed potius

mala attollere, majora facere, augere. Felicissime Tyrwhitt. αἴρει κάρα, *caput tollit,* id est, *eminet* s. *elucet:* cui non satis accommodatum esse participium παραμένουσα non video, quomodo videri potuerit Seidlero, nec longius petita metaphora, quam τὰ τέκνα Ἄρεος ἐκκρεμάννυται v. 944. Is mavult ἀρκεῖ κακά, *arcet mala.* At quomodo ἡ φύσις (i. e. ἡ εὐγένεια, *animus generosus*) arcere mala dici potest, quum homines generosi animi mala quidem magno animo tolerare soleant, minime vero ab iis immunes esse? MATTH.

943. ἄδικος] ἀδίκως Stobæus 93, 5.

944. ἐξέπταν'] ἐξέπτητ' Stobæus.

σμικρὸν] μικρὸν Sextus Empir. adv. mathem. 11, 54. βραχὺν ὁμιλήσας χρόνον Stobæus, ad v. 940. aberrans.

945. ἃ δ' εἰς γυναῖκας] Facile intelligitur ἐποίεις. Cf. Lamb. Bos. Ellips. p. 647. Tecte significat Electra, Ægisthum cum aliis quoque mulieribus consuesse. SEIDL.

948. ἀραρώς Scaliger et, ut videtur, codices. ἀραρών ed. pr.

951. χοροῖς Canterus. κοροῖς ed. pr. fortasse errore typothetæ. [χοροῖς ed. pr. Rom. in bibl. Bodl. κοροῖς ed. Brubachii.]

952. Tollenda distinctio post εἰδὼς, et plene distinguendum post δέδωκας, et post κακοῦργος ὢν minus plene distinguendum, ut cum verbo δοκείτω jungatur. Sensus: *Pereas, o nullius earum perite rerum, quarum, post tempus detectus, pœnas dedisti. Ita homo facinorosus ne mihi putet,* &c. Electra appellat Ægisthum imperitum earum rerum, quarum pœnas dedit, quia ii, qui cædem et adulterium ausi sunt, vigilantes et strenui esse debent. HEATH. Recte Heath. hæc sic explicat οὐδὲν εἰδὼς ἐκείνων, ὧν etc. Sed addendum erat, duo hic confusa esse: οὐδὲν εἰδὼς ἐκείνων ὧν δίκην δώσειν ἔμελλες (quod ad sensum eodem redit, ac οὐδὲν εἰδὼς, ὅτι δίκην τούτων δώσειν ἔμελλες)· ὧν νῦν δίκην δέδωκας. MATTH.

953. Interpunctionem post ὧν omittit editio Brubachii, quamvis commate post δέδωκας distinguens. [Sic etiam ed. pr. in bibl. Bodl.]

960. τε Reiskius. Libri γε.

961. μὴ] μ' ed. pr.

966. γε Schæferus. Libri τε.

975. μητροκτόνος — φεύξομαι] *Cædis maternæ accusabor.* MATTH.

τόθ'] Quum Apollinis responsum accipiebam. SEIDL.

976. μή Reiskius. μήν libri.

977. μητρὶ MS. a. Vulgo μητρός.

978. τῷ δ' αὖ—διαμεθεὶς Porsonus ad Phœn. 1638. Libri τῷ δαὶ—διαμεθίης.

980. ἱρὸν] Scribebatur ἱερόν.

981. τάδε Flor. 1. 2. Vulgo τόδε.

982. πέσῃς] Corrigendum πεσεῖ; cum Elmsleio ad Med. 1120.

983. ἢ Matthiæ. Vulgo ἤ. εἰς Flor. 1. 2.

985. προβάματος MS. β.

988. ἰὼ om. Flor. 1, deletum est in Flor. 2.

993. τιμὰς σωτῆρας] Τιμὴ hic valet *munus*. Noster Iphig. Taur. 777. ξενοφόνους τιμὰς ἔχω, de Iphigenia, coll. v. 53. τέχνην τήνδ', ἣν ἔχω ξενοκτόνον. Æschyl. Eum. 416. τιμάς γε μὲν δὴ τὰς ἐμὰς πεύσει τάχα, et passim in ista fabula. In Comici Ecclesiaz. 5. ubi de lampade dicitur λαμπρὰς ἡλίου τιμὰς ἔχεις, non satis accurate vertunt *splendidos solis honores habes*, dilucidius, *splendidum solis munus*. Conf. Valcken. ad Hippol. v. 106. SEIDL.

997. νῦν post καιρὸς recte addere videtur Musgravius.

999. τοῦδ' ὄχου] τοῦ λόχου Flor. 1. 2.

1002. ἐξαίρετ'] Intellige, si opus est, δῶρα. SEIDL.

ἀπώλεσα] ἀπώλεσεν Flor. 1.

1007. δοῦλαι] δέξαι Flor. 1.

1011. βουλεύματα] βουλεύεται Flor. 1. 2.

1012. ἐς] Scribendum εἰς.

1014. γυναῖκα, γλώσσῃ] Notanda syllaba correpta ante γλ, ut in versu Æschyli apud Photium s. v. ὀκτώπουν, κέντημα γλώσσης, σκορπίου βέλος λέγω. Simili libertate δεινά ante μνηστεύω altera syllaba correpta dixit Euripides Iphig. A. 847.

1015. ὡς μὲν παρ' ἡμῖν, οὐ καλῶς, etc.] Hunc locum nemo intellexit. Alii aliter vertunt, sed inepte omnes. Mutandum autem nihil puto præter interpunctionem. Vulgo enim plene distinguitur post τις versu antecedente, et post ἡμῖν nulla est interpunctio. Loci sensus hic est: *Rem dicam, quamquam, ubi malam famam mulier nacta est, orationi ejus invisi quid inest*, (i. e. ejus orationem inviti audiunt, neque æqua lance pendunt), *injuria, ut mihi quidem videtur, sed rem ipsam* (nulla personæ ratione habita) *decet cognoscere, et, si hac*

cognita aliquis odio dignus videatur, tum demum æquum est, eum odisse, sin minus, odio abstinere. Πικρότης igitur est idem quod πικρόν τι, *invisi, molesti quid*, qua significatione sæpissime adjectivum illud apud nostrum occurrit, ut Med. 226. πικρὸς πολίταις ἐστὶν ἀμαθίας ὕπο, Hel. 295. etc. In ipsa nostra fabula supra legimus v. 418. πικρὰ δ' ἀγγείλαιμεν ἄν. Quod attinet ad verba παρ' ἡμῖν, cf. nostri Heracl. 881.

παρ' ἡμῖν μὲν γὰρ οὐ σοφὸν τόδε,
ἐχθροὺς λαβόντα μὴ 'ποτίσασθαι δίκην,

i. e. nobis hoc non videtur sapiens. SEIDL.

1016. μαθόντας Reiskius. Vulgo μαθόντα σ'.

ἔχῃ Seidlerus. ἔχεις vulgo. ἔχῃς Flor. 1. 2.

1018. δ' ἔδωκε Dawesius et, ut videtur, Flor. 1. 2. δέδωκε ed. pr.

1019. ἃ γειναίμην Dawesius. ἃ 'γειναίμην libri.

1022. πυρᾶς Tyrwhittus. Libri πύλας. Iphig. T. 26. ἐλθοῦσα δ' Αὐλίδ' ἡ τάλαιν' ὑπὲρ πυρᾶς | μεταρσία ληφθεῖσ' ἐκαινόμην ξίφει. MUSG.

1023. Ἰφιγόνης] Rarior Iphigeniæ nominis forma, de qua dixi in Thesauro Stephani.

1026. συγγνώστ' ἂν ἦν Scaliger. Libri σύγγνωστά νιν.

1027. Ἑλένη Heathius. Libri Ἑλένης.

1028. προδότιν Flor. 1. 2. προδότην ed. pr.

1030. τοίνυν Flor. 1. 2. τὸ νῦν ed. pr.

1032. μαινάδ' ἔνθεον κόρην] Cassandram notat. De qua re Homerus Odyss. λ'. v. 420. Οἰκτροτάτην δ' ἤκουσα ὅπα Πριάμοιο θυγατρὸς, Κασσάνδρης, τὴν κτεῖνε Κλυταιμνήστρη δολόμητις Ἀμφ' ἐμοί. Item Æschylus et Seneca in Agamemnone, et Euripides in Troad. BARN.

1033. ἐπεισέφρησε—δύο—κατεῖχ' ὁμοῦ Dawesius. Libri ἐπεισέφρηκε—δύω—κατείχομεν.

1034. τοῖσιν αὐτοῖς Canterus. τοῖς αὐτοῖσι ed. pr.

1039. λαμπρύνεται] *Se jactat.* SEIDL.

1042. μ' additum ex MSS. α. γ. Flor. 1. 2.

1045. κτείνοντα] Recte Matthiæ corrigit κτείναντα.

1046. ἥνπερ] Accusativus ἥνπερ pendet ab ἐτρέφθην. Plene ἐτρέφθην ἐκείνην ὁδὸν, ᾗπερ ἦν πορεύσιμον, scil. πρὸς τοὺς ἐκ. πολ. SEIDL.

1052. χρῆν] Recte Matthiæ χρή: est enim sententia generalis.

1053. Post φρενήρης ponatur colon.

